# BASCIANI LANDI PLACENTINI SVMMI philoſophi, græcarumque literarum peritiſsimi,

## IN PATAVINO GIMNASIO MEDICINAE THEORICEN MAGNA cum laude profitentis, in Tres Ariſtotelis Libros de Anima iam pridem ab eodem è græco in latinum ſtudioſè conuerſos,

*Oppido quàm elegans, ac noua expoſitio: verborum Miſteria, Auctoriſque ſenſum miro quodam artificio reſerans.*

*CVM PRIVILEGIIS.*




VENETIIS

Apud Hieronymum Scottum. 1569.

# CLARISS.<sup></sup>

# CLARISS.MIS INTEGERRIMISQ. VIRIS SEBASTIANO ERICIO, DANIELIQ. SANVTO, PATRITIIS VENETIS,

Bologninus Zalterius Bibliopola Fœlicitatem.

SVPERIORIBVS Menſibus (bono certè ſtudioſorum genio dirrigente) Ariſtotelis ſummi Philoſophi Tres de Anima Libri ad meas manus peruenere, à Baſsiano Lando Placentino, viro vndecunque doctiſsimo (dum viueret) non modo elegantiſsimè de græcis verſi, ac interpretati, ſed etiam commẽtarijs pulcherrimis, & breuitate, perſpicuitateq́;, ſupra quàm dici poſsit, admirandis illuſtrati, ac enucleati. Hos vt primum accepi eruditiſsimis hominibus (quorum frequentia noſtram ſępenumerò bibliothecam exornat) perlegendos ac diligentius perpendendos tradidi. Eosq́; de operis editione (de qua iam cogitare mecum ipſe cœperam) conſului (nephas enim fore arbitrabar, ſi quæ vir ille tum græcarum literarum peritiſsimus: tum philoſophiæ totius, artisq́; medicæ decus vnicum ſummis vigilijs, atque laboribus ad optimarum diſciplinarum ſtudia prouehenda, conatusq́; diſcentium iuuandos elaborauerat, demumq́; perfecerat: ea ſtudij ſapientiæ amatores per meam ignauiam diutius laterent.) Tanta verò fuit operis eruditio, tantaq́; puritas, & integritas; vt ex tot claris, ſapientibusq́; viris: quot meis precibus allecti iſtud opus examinandum libentiſsimè ſuſceperunt, vix vnus, at ne vix quidem inuentus eſt, qui ſupprimendum illud fore cenſuerit. Quin tantum abeſt, vt ab eius euulgatione eorum quiſquam me deterruerit: vt omnes etiam vehementiſsimè concitarint, atq; id à me certatim efflagitarint: nedum popoſcerint. His itaque conſulentibus, firmato animo, operi typis cudẽdo me dudum accinxi. Quoniam verò tenuit conſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit; vt nihil prorſus ex doctorum hominum monumentis in lucem prodeat, quod liminari quodam (vt ita dicam) præſidio ſit deſtitutum: Ego quoq; hunc proſequens morem inſignem aliquem, illuſtremq́; virum, qui operi præeſſet, ac veluti tutelaris quidam Deus faueret deligere ſtatui. Nam pręterquàm quòd conſuetudo ſic fieri oportere ſuadet, ratio quoq; ſatis firma, ac euidens ad id peragendum quodam modo cogere videtur, nihil eſt enim adeo terſum, aut elegans (his præſertim temporibus) etiam ſi Mercurium authorem iactet, ac præſeferat, quòd maledicendi libido, quæ mortalium animos acriter inuaſit turpiter non exagitet, atq; conculcet, niſi adſit, præſtoq́; ſit, qui & ingenij ſummis viribus præſtans, & inſigni authoritate conſpicuus irruentes vndiq; momos, ac ſycophantas intuitu ſolo territet, ac procul arceat. Mihi igitur ſciſcitanti, accuratiusq́; perquirẽti Ecquis nam operi prodeunti patronus opportunè accerſeretur, haud ſanè pauci ſeſe obtulere, quos ad huiuſmodi prouinciam ſuſcipiendam ſatis idoneos probè cognoui: At vos inprimis Sebaſtiane Ericie, Danielq́; Sanute viri ornatiſsimi, omniq́; laude maiores duo ceu lumina quædam præ cœteris effulſiſtis, quos reliquis omnibus multis de cauſis anteferendos fore decreui. Nam, vt ea miſſa faciam, quæ cum aliis quoque ſunt vobis communia generis nobilitatem,

ſplen-

ſplendorem, authoritatemq; & huiuſmodi: Inſignis certe eruditio, ac reconditarum, abditarumq; artium, & ſcientiarum intima, abſolutaq; comprehenſio, quibus vterq; veſtrum mirifice decoratur, id ſuo quodã iure poſtulare videtur. Nemo eſt enim qui philoſophicam tractationem cum opus fuerit tueri firmius poſsit: quàm qui vniuerſam philoſophiam in numerato habeat. Præter has autem alia his omnibus longe potior, peculiariorq; huiuſce mei conſilij cauſa extitit. Quod ambo dum adoleſcentes adhuc eſſetis eximij illius viri auditores diu fuiſtis, nectareosq; philoſophiæ amnes ex eius ore fluentes pleniſsimè hauſiſtis. Quòdq; iſthæc ipſa quæ nunc impreſſa euulgãtur vos pridem veſtris auribus ex ipſo authore percepiſtis, quo fit vt longe melius quã alius quiſquã eorum oĩum rationem reddere cuiq; poſsitis. His ergo potiſsimum rationibus permotus (minutiores enim ſciens prætereo) dedicationem hanc haud temerè ni fallor inſtituiſſe mihi videor. Suſcipite igitur viri clariſsimi, inq; veſtram recipite fidem fœcundiſsimæ illius mentis, quę veritatem haud ita pridem in tam vaſta, diuerſaq; numeroſitate apud mortales ſedulò perquirens eminus proſpiciebat: nunc verò (ſi coniectare fas eſt) cominus ſine anxietate apud Deos intuetur, egregios, nobilesq; fœtus, eosq; fouete, atq; protegite, ſic enim gratiam non vulgarem quietis eius viri manibus retuliſſe videbimini, à quo ſingularem aliquando inſtitutionem, admirabilemq; ſapiẽtiam excęperitis. Valete, meq; Reipub. literarię pro virili fauentem, numenq; veſtrum religiosè collentem aliquo numero habetote.

# ARISTOTELIS STAGIRITAE DE ANIMA.

## Libri Tres,

A' Baſsiano Lando Placentino ſummo Philoſopho Græcarumq́ue literarum peritiſsimo,

*In Patauino Gymnaſio Medicinæ Theoricem ſumma cum laude profitente paulo ante è Græco conuerſi, & pulcherrimis commentarijs illuſtrati.*

### Particula Prima.

ΤΩΝ καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν ὑπολαμβάνοντες, μᾶλλον δ' ἑτέραν ἑτέρας, ἢ κατὰ ἀκρίβειαν, ἢ τῷ βελτιόνων τε καὶ θαυμασιωτέρων εἶναι, δι' ἀμφότερα ταῦτα τὴν περὶ ψυχῆς ἱστορίαν εὐλόγως ἂν ἐν πρώτοις τιθείημεν.

*CVM omnem ſcientiam rem eſſe bonam arbitremur, ac honorabilem, & alteram altera magis, ex eo talem eſſe putemus, uel quia euidentior eſt, uel quia rerum eſt earum, quæ magis præſtabiles, magiſque ſunt admirabiles; animæ hiſtoriam nimirum ob hæc utraque non iniuria ponendam in primis eſſe cenſemus.*

### Explanatio.

QVATVOR ſunt poteſtates, quas partes & differentias philoſophi nuncupare conſueuerunt. His quidem corpus inanime ab inanimato diſtinguitur. Prima pars eſt qua viuimus, de qua loquitur Ariſt. in ſecundo lib. Altera qua ſentimus; ſed ſenſus eſt duplex, nimirum interior & exterior. De exteriore quidem diſputat ſub finem ſecundi libri. De interiore verò ſub principium tertij. Iam verò tertia pars eſt, qua intelligimus & ſapimus: de qua ſermonem inſtituit & perficit ſub medium tertij libri. Quarta eſt qua mouemur loco: de qua diſputat ſub finem tertij libri. Ex quo planum fit, materiã ſubiectam, in qua verſatur Philoſophus in hoc toto opere, eſſe animam diſtinctam in quatuor partes ſiue differentias. Et idcirco inter initia, hoc eſt in hoc primo libro oſtendit neceſsitatem, præſtantiam, difficultatem, ordinem & methodum verſandi in hac materia, hoc eſt contemplandi animæ naturam & eſſentiam. Ex qua contemplatione materiæ ſubiectę poſſemus colligere, quatuor differentias corporis animati, & illius quidem mortalis. Quoniam omne corpus mortale aut viuit, aut ſentit, aut intelligit, aut loco mouetur. Porrò neceſsitas ea eſt, quòd totius Phyſiologiæ ſubiectũ genus eſt corpus mobile, cuius partes & affectiones quæruntur, atque partium principia. Sed corporis mobilis pars quoque eſt animal: nam ſub eius ambitu continetur. Animalis autem principium eſt anima. Ergo animæ ſcientia cadit ſub contemplationẽ Phyſiologi. & ideo eſt pars Phyſiologiæ, tum maximè neceſſaria, tum præſtantiſsima, tum vtiliſsima ad cognitionem animalium. Itaque iure optimo de Anima generatim prius eſt dicendum, quàm de animalibus. Nam quot ſunt partes communis generis, totidem quoque ſunt ſcientiæ Phyſiologicæ, quæ multæ vocantur à multis partibus. Et vna ab vno genere communi, & ab vno fine communi, qui eſt Veritas. Nam omnes illæ partes ad vnum finem communem diriguntur. Principiò igitur Ariſt. in prima particula proponit animæ præſtantiam, quam ſumit à ſubiecti euidentia, & nobilitate, atque admiratione. Inquit enim τῶν καλῶν καὶ τιμίων. Hoc eſt, rerum pulcherrimarum & eximiarum cognitionem ὑπολαμβάνοντες, hoc eſt exiſtimantes ex conſenſu philoſophorum, alteram alteri præferendam, ἢ κατ' ἀκρίβειαν, hoc eſt euidentiori modo demonſtrandi, ſicut Mathematica præſtantior eſt Aſtrologia & alijs ſcientijs. Vel, quod mihi magis probatur, quoniam res quam contemplatur eſt ſua natura ſenſibus euidentior. ἢ τῷ βελτιόνων, hoc eſt nobilitate ſubiecti generis & admiratione, vt Philoſophia diuina præſtantiſsima eſt omnium aliarum ſcientiarum, quia genus ſubiectum eſt Deus maximus, & Dij minores, quibus nihil nobilius, nihil admirabilius à nobis excogitari poteſt. δι' ἀμφότερα. hoc eſt, tum propter modum, tum propter ſubiectum. Modus quidem demonſtrandi euidentiſsimus eſt inter modos ſcientiarum naturaliũ, quia progredimur in diſquiſitione animæ ab effectu in cauſas. Vel propter euidentiam ſubiecti generis, quia nihil euidentius eſt, quàm quòd anima ſit. Propter verò ſubiectum, quia anima eſt pars nobiliſsima omnium partium Phyſiologiæ, & admirabilior omnibus partibus, cuius eſſentiã quia eſt occulta ideo illam potius admiramur quàm intelligimus. Et propterea hæc pars ſiue ſcientia, quam hic Ariſt. profitetur, nulli parti Phyſiologiæ cedit, aut euidentia ſui, aut nobilitate & admiratione: τὴν περὶ ψυχῆς ἱστορίαν. Materia ſubiecta propria eſt artium: obiectum verò appoſitè dicitur finis ſiue ſcopus: ſubiectum genus eſt ſcientiarum, cuius partes & affectiones inquirimus & demonſtramus, ſimul & partium principia. Hic Ariſt. proponit ſubiectum genus, cuius partes & proprietates quæruntur & demonſtrantur. Sed vocat Animæ hiſtoriam, quia progreditur ab effectibus ſiue affectibus ad cauſas. Ergo genus ſubiectum huius operis eſt Anima, non corpus animatum, vt aliqui minuti philoſophi falsò opinantur. Sed animati obiter quæruntur ab Ariſt. affectiones propter affinitatem & relationem animæ ad corpus animatum; vt in octauo libro Phyſicorum genus ſubiectũ eſt Motus ęternus, ſed de primo Motore fit mẽtio propter relationẽ ad motũ. Philoſophus autẽ moralis conſiderat affectus animæ, nempe irã & me-

tum, & aliis perturbationes, quatenus proficiſcũtur ab anima prædita vel vitio vel virtute. Phyſiologus verò contemplatur eatenus, quatenus ab eſſentia animæ fluunt & prodeunt. Ergo modus conſiderandi diuerſus eſt. Itaque genus ſubiectum analogum eſt Anima, quæ prius affertur de rationali, quàm de ſentiẽte & vegetatiua. Quod quidẽ genus Ariſt. ponit & an ſit & quid ſignificet: ſed quęrit quid ſit eius natura & eſſentia ſiue ſubſtãtia, ἐν πρώτοις. Intelligit Philoſophus inter partes primas Phyſiologiæ, quaſi dixerit, ἐν πρώτοις μερεσὶ τῆς φυσιολογίας. Quoniam anima tenet primas inter partes Phyſiologiæ, tum ſui euidentia, tum nobilitate, tum admiratione, vt modò præmonebam. Nobilitate quidem, quia partibus naturalibus quæ ſunt infra hunc globum lunæ eſt melior pars. Admiratione, quoniam occulta eſt. Quæ cum ſit cognitu difficillima, rapit philoſophos in ſui admirationem.

Particula II.

Δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἅπασαν ἡ γνῶσις αὐτῆς μεγάλα συμβάλλεσθαι. μάλιστα δὲ πρὸς τὴν φύσιν ἔστι γὰρ οἷον ἀρχὴ τῶν ζώων.

*Videtur autem ad ueritatem omnem ipſius animæ cognitio multum conferre, & præcipue ad eius naturæ ſcientiam. Eſt enim anima tanquã principium animaliũ.*

Explanatio.

Hic vtilitatem non mediocrem declarat Philoſophus, quoniam inquit, hanc cognitionem, quam profitetur in hoc opere, multum conferre ad omnem ſcientiam, cuius finis veritas eſt. Ad moralem enim diuinam, mathematicam & logicam ſcientiam vtilis eſt. quia anima eſt in qua fabricantur propoſitiones & theoremata, ex quibus conſtituuntur omnes artes, & omnes ſcientiæ. Et ideo vtile eſt cognoſcere principium & fundamentum quo nitantur principia omnium artium & ſcientiarum. Sed præcipuè Ariſt. ſubiunxit, conferre πρὸς τὴν φύσιν, hoc eſt ad Phyſiologiam ſiue naturalem philoſophiam. Siquidem eſt certiſsimum principium, quoniam eſt formale principium, ſiue forma ipſorum animalium. Et ideo illa particula, οἷον, aliquid certi potius quã dubij in ſe continet, quia nihil eſt certius, nihil euidentius quàm quòd anima ſit principium internum & forma animalium. Quare interpretes ſignificantius vertiſſent, illum verſiculum. ἔστι γὰρ οἷον ἀρχὴ τῶν ζώων, Eſt enim verbi cauſa principium omnium animalium.

Particula III.

Ἐπιζητοῦμεν δὲ θεωρῆσαι καὶ γνῶναι τήν τε φύσιν αὐτῆς καὶ τὴν οὐσίαν, εἶθ' ὅσα συμβέβηκε περὶ αὐτήν. ὧν τὰ μὲν, ἴδια πάθη τῆς ψυχῆς εἶναι δοκεῖ. τὰ δὲ κοινὰ δι' ἐκείνην καὶ τοῖς ζώοις ὑπάρχειν.

*Atque perſpicere cognoſcereque naturam eius & ſubſtantiam quærimus, deinde ea quæ circa ipſam accidunt. Quorum quædam affectus ipſius proprij, quædam animalibus etiam per ipſam ineſſe uidentur.*

Explanatio.

Hic diſponit ordinem problematum de ſubſtantia atque paſsionibus animæ. Inquit enim quærimus θεωρῆσαι hoc eſt per ſigna cognoſcere, & γνῶναι id eſt, per cauſas. τὴν φύσιν, hoc eſt naturam per quam animal viuit, ſentit, mouetur hoc eſt, quæ anima eſt. Itaque Naturam meo quidem iudicio Ariſt. retulit ad vitam, ſenſum & motum animalis: ſubſtantiam verò ad ipſammet animam, ſiue ad eſſentiam animæ. ὅσα συμβέβηκε. propria opera animæ ſunt intelligere, ratiocinari, abſtrahere, contemplari. Communia ſunt, viuere, ſentire, moueri. Seruat enim hunc ordinem, quia primò definit Animam eſſe principium viuendi, ſentiendi, & mouendi. Per quam definitionem declarat naturam animæ. Deinde definit eſſe Entelechiam. per quam oſtendit animæ ſubſtantiam. Poſtremò poſitis definitionibus affectiones inquirit vniuerſas ipſius animæ.

Particula IIII.

Πάντη δὲ καὶ πάντως ἐστὶ τῶν χαλεπωτάτων λαβεῖν τινα πίστιν περὶ αὐτῆς. καὶ γὰρ ὄντος κοινοῦ τοῦ ζητήματος καὶ πολλοῖς ἑτέροις, λέγω δὲ τοῦ περὶ τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ τί ἐστι, τάχ' ἄν τῳ δόξειε μία τις εἶναι μέθοδος κατὰ πάντων περὶ ὧν βουλόμεθα γνῶναι τὴν οὐσίαν. ὥσπερ γὰρ καὶ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἰδίων ἀπόδειξις. ὥστε ζητητέον ἂν εἴη τὴν μέθοδον ταύτην.

*Verum enim omni ex parte atque omnino difficillimum eſt fidem aliquam de ipſa accipere. Nam cùm hæc quæſtio communis etiam ſit cum alijs rebus plurimis, de ſubſtantia dico & quid eſt, unus cuipiam fortaſſe modus, una uia quædam eſſe uidetur, qua cognoſcere quidnam ſit unaquæque poſſumus rerum, quarum ſubſtantiã percipere uolumus; perinde atque modus unus eſt hiſce quo proprij rerum demonſtrantur affectus. Quapropter quærendum eſt, quænam ſit illamet hodus.*

Explanatio.

Citra controuerſiam hic Ariſt. rei difficultatem proponit, quoniam inquit eſſe difficillimum cognoſcere quid ſit anima, & difficillimum inuenire methodum cognoſcendi ipſam. Nam methodus eſt inſtrumentum in ipſis ordinibus concluſum tractandi ſiue inueniendi omnia problemata certo ordine diſpoſita, in omni arte & omni ſcientia. Anima quidem cognitu eſt difficillima, quia difficultas oritur aut ex re, aut ex facultate noſtra. Ex re, quæ minimè eſt, qualis eſt materia prima, quæ vix poteſt mouere noſtram facultatem cognoſcendi, quia eſt quoddam tertium inter nihil & aliquid. Ex facultate verò, quia rei obiectæ non eſt capax, vt Deus maximè eſt, pariter & mentes cœleſtes, quibus anima noſtra eſt quàm ſimillima. Vt enim veſpertilionis oculus ad ſolem cæcutit, ita in cognitione diuinarum formarum, ſua tamen natura cognobilium mens noſtra vacillat. Tam verò methodi difficillima eſt inuentio; quia dubium eſt an vna ſit: quemadmodum vna

eſt

eſt methodus cognoſcendi quoque accidentia propria, quæ dicitur. Demonſtratio, cuius ope probamus paſsiones inhęrere ſuo ſubiecto. An potius multæ ſint methodi, ut aliqui opinantur. Itaque cum animæ eſſenciatum methodus rei difficultatem & magnitudinem planè oſtendunt. ἑτέροις. hoc eſt rebus alijs quàm animæ. τὴν οὐσίαν. Hoc debet referri ad primam definitionem animæ, quam Ariſt. traditurus eſt. ᾗ τοῦ τί ἐστι. Referendum id opinor eſſe ad ſecundam definitionem.

## Particula V.

εἰ δὲ μή ἐστι μία καὶ κοινή τις μέθοδος περὶ τὸ τί ἐστι, ἔτι χαλεπώτερον γίνεται τὸ πραγματευθῆναι. δεήσει γὰρ λαβεῖν περὶ ἕκαστον, τίς ὁ τρόπος. ἐὰν δὲ φανερὸν ᾖ, πότερον ἀπόδειξίς ἐστιν ἢ διαίρεσις ἢ καί τις ἄλλη μέθοδος. ἔτι πολλὰς ἂν ἀπορίας ἔχοι καὶ πλάνας, ἐκ τίνων δεῖ ζητεῖν. ἄλλαι γὰρ ἄλλων ἀρχαί, καθάπερ ἀριθμῶν ἐπιπέδων.

*Quod ſi non unum quædam, & communis methodus ſit inueniendi quid ſit, longè difficilior ipſa pertractatio ſit. oportebit enim de unaquaque rerum accipere, quis ad unam quanque modus accommodabitur, ſi non pateat illam eſſe demonſtrationem, uel diuiſionem, uel aliquam aliam methodum, longe plures difficultates erroresque emergent in ijs exquirendis, aliarum nanq; rerum alia principia ſunt ut numerorũ & ſuperficierũ.*

### Explanatio.

Si non vna, & communis methodus, cum alijs rebus eſt, ſed multarum rerum multe methodi, erit difficile, accõmodare ad ſingulas res ſuas methodos ἐὰν δὲ φανερὸν ſi planum fiat eſſe vnam & communem methodum, rurſus quęrendum eſt an ſit demonſtratio, an diuiſio, an alia methodus ſicut reſolutio, & definitio ἔτι πολλὰ; præterea quęrere ex quibus principijs oporteat conſtare definitionem animæ id in multas dubitationes, & errores nos cõpellit, quia diuerſarum rerum diuerſa ſunt principia ex quibus definitio conſtituitur, ſicut numeri principium eſt ſingularitas, ſuperficiei linea & punctus.

## Particula VI.

πρῶτον δ᾽ ἴσως ἀναγκαῖον διελεῖν ἐν τίνι τῶν γενῶν, καὶ τί ἐστι. λέγω δὲ πότερον τόδε τι, καὶ οὐσία, ἢ ποιόν, ἢ ποσόν. ἢ καί τις ἄλλη τῶν διαιρεθεισῶν κατηγοριῶν. ἔτι πότερον τῶν ἐν δυνάμει ὄντων, ἢ μᾶλλον ἐντελέχεια. διαφέρει γὰρ οὔ τι σμικρόν.

*Primum autem fortaſſe neceſſarium eſt diuidere atq; accipere in quo genere collocetur, quidq́ue ſit anima, utrum ſit ſubſtantia, an in qualitate, uel in quantitate, uel in alio quodam categoriarum genere collocetur. Deinde peruestigandum eſt, utrum eorum ſubeat rationem quæ potentia ſunt, an potius quidam ſit actus. Non enim parum intereſſe uidetur.*

### Explanatio.

Difficultas oſtenditur ratione animæ, quia difficile eſt iudicare an ſit in genere ſubſtantiæ vt pars, an vt totum. Quoniam anima eſt totum diffinibile: ſiquidem definitionis eius partes ſunt genus & differentia; & totum potentiale ſiue formale, cuius partes ſunt potentiæ multæ; & totum eſſentiale, cuius partes ſunt tres animæ ſiue formæ. Et ideo Ariſt. vſus eſt hac particula, ἴσως, hoc eſt fortaſsis, ἐν τίνι τῶν γενῶν, hoc eſt in quo genere categoriarum ſit. καὶ τί ἐστι, hoc eſt quod genus ſit, proximumne an remotum. λέγω δὲ, hoc eſt an ſit ingenere ſubſtantiæ, an accidentis. ſiue an ſubſtantia ſit, an accidens vbi animaduertendum eſt, τόδε τι & οὐσία non pro eodem accipi ab Ariſt. quia τόδε τι refert Ariſt. ad ſubſtantiam primam, οὐσίαν verò ad ſubſtantiam ſimpliciter. Cùm ergo inquit, quærens an ſit, οὐσία, perinde eſt ac ſi quæreret, an ſit, ſubſtantia ſecunda ἔτι ἢ, hoc eſt vtrum ſit actus an potentia: ita enim dicunt vt forma & id quod capax eſt formæ: quia forma re ipſa eſt, quod eſt capax formæ nondum eſt.

## Particula VII.

σκεπτέον δὲ, καὶ εἰ μεριστή, ἢ ἀμερής. καὶ πότερον ὁμοειδὴς ἅπασα ψυχή, ἢ οὐ. εἰ δὲ μὴ ὁμοειδής, πότερον εἴδει διαφέρουσιν ἢ γένει. νῦν μὲν γὰρ οἱ λέγοντες καὶ ζητοῦντες περὶ ψυχῆς, περὶ τῆς ἀνθρωπίνης μόνης ἐοίκασιν ἐπισκοπεῖν.

*Conſiderandum eſt præterea, ſi partibilis ſit necne, & utrum eiuſdem ſit ſpeciei omnis anima necne: & ſi non ſit eiuſdem ſpeciei utrum ſpecie tantum, an etiam genere differat. Nunc enim hi qui dicunt atque quærunt de anima, de humana tantum quærere perſcrutariq́; uidentur.*

### Explanatio.

Citra omnium controuerſiam hic Ariſt. inquirit an multæ ſint animæ loco differentes, vt Plato opinatur quia inquit, εἰ μεριστή. alludens ad opinionem Platonis. εἰ ἀμερής. hoc eſt, an vna eſſentia indiuidua, à qua proficiſcuntur multæ facultates in diuerſis partibus corporis. καὶ πότερον. id eſt, an anima ſit eiuſdem ſpeciei, ſed tot ſint quot indiuidua. & ſi non ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed differant ſpecie, an contineantur ſub eodem genere, an diuerſo. νῦν μὲν. Cauſa quæſtionis affertur, quia ſubiectum genus huius libri eſt anima humana, quæ differt ſpecie à vegetatiua & ſenſitiua. Sed ſub genere analogo continentur. Analogia enim triplex eſt, aut perfectionis, ſicut animal de homine & bruto dicitur, homo tamen eſt animal perfectius. Aut attributionis, ſicut ſanum eſt genus ad quod refertur tum animal, tum vrina, tum cibus. Aut temporis prioris & poſterioris: ſicut quantitas eſt genus numeri & figuræ. Ex hac quidem particula facile intelligi poteſt, qualis ſit ſcopus principalis ſiue ſubiectum totius operis. Eſt enim principalis ſcopus de anima humana.

### Particula VIII.

Εὐλαβητέον δ', ὅπως μὴ λανθάνῃ, πότερον εἷς ὁ λόγος αὐτῆς ἐστι, καθάπερ ζώου, ἢ καθ' ἕτερον ἕτερος, οἷον, ἵππου. κυνός. ἀνθρώπου. θεοῦ. τὸ γὰρ ζῶον τὸ καθόλου, ἤτοι οὐδὲν ἐστιν, ἢ ὕστερον, ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τι κοινὸν ἄλλο κατηγοροῖτο.

*At cauendum eſt, ne nos prætereat utrum una ſit eius ratio, ut animalis, an unius cuiuſque ſit alia ratio, ut equi, canis, hominis, Dei. Animal autem univerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt. Et quidquid itidē aliud communiter prædicatur.*

### Explanatio.

Danda eſt, inquit, opera, ne ignoremus an definitio animæ ſit afferenda vt definitio generis, qualis eſt definitio animalis, ſubſtantia animata ſentiēs: an vt ſpeciei, qualis eſt hominis, animal rationale mortale: vel canis, animal irrationale mortale latrabile. Nam genus & ſpecies, ſicut animal & homo, eſt quædam notio & vniuerſale, quod ex ſingularium ſimilitudine colligitur, quia vniuerſale aut eſt in re ſiue in multis, aut poſt multa, ſiue dicitur de multis. Nam quod ante multa eſt, idea Platonis eſt, quæ aut nihil eſt, aut ſi eſt aliquid, eſſe poſterius ſingularibus iudicatur, hoc eſt in multis ſingularibus eſt, à quibus habet ortum vi & opera mentis.

### Particula IX.

Ἔτι δὲ εἰ μὴ πολλαὶ ψυχαὶ, ἀλλὰ μόρια, πότερον δεῖ ζητεῖν πρότερον τὴν ὅλην ψυχὴν, ἢ τὰ μόρια. χαλεπὸν δὲ καὶ τούτων διορίσαι, ποῖα πέφυκεν ἕτερα ἀλλήλων.

*Præterea ſi non plures ſunt animæ, ſed partes, utrum animam totam an partes quærere prius oporteat. Difficile autem eſt id quoque determinare, quaenam inquam partes à quibus diuerſa ſint.*

### Explanatio.

Difficile inquit eſt ſtatuere, quæ poteſtates ſiue partes animæ conueniant, & quæ differant in homine, & animatis: quia in quibuſdam animalibus ſunt occultæ, in alijs ſunt euidentiores. πολλαὶ ψυχαί. vna quidem eſt eſſentia animæ, ſed multæ poteſtates, quæ ab illa deriuant & fluunt, quas hic Ariſt. μόρια. hoc eſt particulas animæ nūcupat. ὅλην ψυχὴν intelligit totam ſubſtantiam animæ.

### Particula X.

Καὶ πότερον τὰ μόρια δεῖ ζητεῖν πρότερον, ἢ τὰ ἔργα αὐτῶν. οἷον, τὸ νοεῖν. ἢ τὸν νοῦν. καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ τὸ αἰσθητικόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εἰ δὲ τὰ ἔργα πρότερον, πάλιν ἄν τις ἀπορήσειεν, εἰ τὰ ἀντικείμενα πρότερον τούτων ζητητέον. οἷον, τὸ αἰσθητὸν, τοῦ αἰσθητικοῦ. καὶ τὸ νοητὸν, τοῦ νοητικοῦ.

*Et utrum ipſas partes, an ipſarum partium operationes prius quærere oporteat, ſicut intelligere, an intellectiuum, & ſentire, an ſenſitiuum. Et eodem modo de cæteris. Quòd ſi operationes ſint exquirendæ prius, rurſus profectò quiſpiam dubitabit, ſi oppoſita prius ſint inquirenda, ut ſenſibile prius quàm ſenſitiuum, & intelligibile quam intellectiuum.*

### Explanatio.

Τὰ μόρια, hoc eſt partes ſiue poteſtates intelligendi, ſentiendi, mouendi & viuendi. τὰ ἔργα, hoc eſt actiones, ſicut intelligere quod vocat Ariſt. τὸ νοεῖν. τὸν νοῦν, hoc eſt poteſtatem intelligēdi. ἐπὶ τῶν ἄλλων, hoc eſt actionibus & poteſtatibus. Ἀντικείμενα. Hæc omnia ordine ſe conſequuntur, temperatura ſiue forma, facultas, actio, & obiectum. Sicut color eſt obiectum quod agit, viſio eſt actio, facultas eſt poteſtas videndi, forma eſt in oculo. Et ideo dubitat Ariſt. an prius de obiectis ſit dicendum, quā de poteſtate ſiue facultate agendi.

### Particula XI.

Ἔοικε δ' οὐ μόνον τὸ τί ἐστι γνῶναι χρήσιμον εἶναι, πρὸς τὸ, θεωρῆσαι τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων ταῖς οὐσίαις, ὥσπερ ἐν τοῖς μαθήμασι τί τὸ εὐθὺ, καὶ τί τὸ καμπύλον. ἢ τί γραμμὴ καὶ ἐπίπεδον, πρὸς τὸ κατιδεῖν πόσαις ὀρθαῖς αἱ τοῦ τριγώνου γωνίαι ἴσαι. ἀλλὰ καὶ ἀνάπαλιν τὰ συμβεβηκότα συμβάλλεται μέγα μέρος πρὸς τὸ εἰδέναι, τὸ τί ἐστιν. ἐπειδὰν γὰρ ἔχωμεν ἀποδιδόναι κατὰ τὴν φαντασίαν περὶ τῶν συμβεβηκότων, ἢ πάντων, ἢ τῶν πλείστων, τότε καὶ περὶ τῆς οὐσίας ἕξομεν τι λέγειν ὅτι κάλλιστα. πάσης γὰρ ἀποδείξεως ἀρχὴ, τὸ τί ἐστιν. ὥστε καθ' ὅσους τῶν ὁρισμῶν μὴ συμβαίνει τὰ συμβεβηκότα γνωρίζειν, ἀλλὰ μηδ' εἰκάσαι περὶ αὐτῶν εὐμαρὲς, δῆλον ὅτι διαλεκτικῶς εἴρηνται καὶ κενῶς ἅπαντες.

*Non ſolū autem ipſius quid eſt cognitio conferre uidetur ad perſpiciendas eorum cauſas, quæ ſubſtantijs accidunt; ut in Mathematicis conſerre quid eſt rectum, & quid curuum, uel quid linea, quid ſuperficies, ad cognoſcendū quot rectis trianguli anguli ſint æquales. Nam ipſum quid eſt, eſt principium demōſtrationis. Sed econuerſo etiam accidentia magnam afferunt opem ad illud percipiendum. Cum enim per imaginationem de accidentibus aut omnibus aut pluribus reddere poſſumus, tum aliquid etiam de ſubſtantia dicere poterimus optimè. Quare patet eas omnes definitiones diſſerendi modo uaneque dictas & aſſignatas eſſe, quibus non fit ut accidentia percipiantur, aut de ipſis coniectura facilis habeatur.*

### Explanatio.

Antiphona eſt. Contradicat enim quis, ſuperuacaneum eſt quærere poteſtates & partes animæ,

vt ſubſtantia tota cognoſcatur. Reſpondet philoſophus, non ſolum eſſe vtile quærere quid ſit res, per ſua principia, quia cognoſcimus cauſas accidentium eius rei: ſed etiam per accidentia propria, utpote quæ nota nobis ſint, & ducant in notitiam rei. Id quod exemplo Mathematico hunc in modum illuſtrat. Rectum inquit eſt cuius medium non exit ab extremis. Curuum verò eſt, cuius medium exit ab extremis. Et linea eſt longitudo illatabilis. Superficies eſt latitudo ſine profunditate. Hæc quidem ſunt principia & cauſæ cognoſcendi cur triangulum habeat tres angulos æquales duobus rectis. Hæc præbent nobis occaſionem quęrendi cauſas huius paſsionis. Quo fit, vt ex cognitione paſsionis ſubinde cognoſcamus & cauſas & quid ſit triangulum. quoniam eſt quaſi agnitio & quędam reminiſcentia. ἐπειδὰν. Accidentia per quę cognoſcimus cauſas & definitiones rei debent eſſe propria, qualis eſt riſus hominis, & paritas & imparitas numeri. ἀποδιδόναι, hoc eſt afferre rationem euidentem ſenſibus ipſis. τί, quia notitia non eſt perfecta ex accidentibus, πάσης γὰρ. Quanuis accidentia conferant ad cognoſcendas definitiones, cognitio tamen ea nō eſt perfecta, quia perfecta eſt per demonſtrationem, cuius principium eſt definitio, ὥστε. Omnes definitiones quę non explicant cauſas accidentium omnium ſunt dialecticę, hoc eſt probabiles & vanę, quia ſciēter non ſunt aſsignatę.

## Particula XII.

Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, πότερόν ἐστι πάντα κοινὰ καὶ τοῦ ἔχοντος, ἢ ἔστι τι καὶ τῆς ψυχῆς ἴδιον αὐτῆς. τοῦτο γὰρ λαβεῖν μὲν ἀναγκαῖον, οὐ ῥᾴδιον δέ. φαίνεται δὲ τῶν πλείστων οὐθὲν ἄνευ σώματος πάσχειν, οὐδὲ ποιεῖν, οἷον ὀργίζεσθαι, θαρρεῖν, ἐπιθυμεῖν, ὅλως αἰσθάνεσθαι. μάλιστα δ' ἔοικεν ἴδιον τὸ νοεῖν. εἰ δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο φαντασία τις, ἢ μὴ ἄνευ φαντασίας, οὐκ ἐνδέχοιτ' ἂν οὐδὲ τοῦτο ἄνευ σώματος εἶναι.

*Eſt etiam de affectibus animæ dubitatio, utrum omnes communes ſint cum eo quod habet animam, an ſit & ipſius animæ proprius aliquis. Hoc enim ipſum accipere quidem neceſſarium eſt, non tamen accipi facile poteſt. Atque plurimi ſunt, quorum ſine corpore nullum aut agere aut pati uidetur, ut iraſci, confidere, cupere, omnino ſentire, maxime autem ipſum intelligere proprio ſimile eſt. Quòd ſi hoc imaginatio ſit quædam, aut ſine imaginatione non ſit, nec iſtud eſſe ſine corpore poteſt.*

## Explanatio.

Hactenus de difficultate quę oritur ex ſubſtātia animę diſputauit Ariſt. Nunc de illa loquitur quę ſumitur ab affectibus ſiue operibus animę. ἔχοντος, hoc eſt corporis. λαβεῖν, ſcire, ἀναγκαῖον, hoc eſt χρήσιμον. nam neceſſarium Ariſt. pro vtili hic ſumit. μάλιστα. ſi habet opus proprium, maximè eſt, inquit Ariſt. intelligere. ἔοικεν. quia nondum eſt clarum. εἰ δ' ἐστιν. Si intelligere eſt propriū opus, aut eſt phantaſia, & ideo anima erit uis corporea ſiue affixa corpori, aut ſaltē non erit ſine phantaſia, id eſt indigebit corporeo inſtrumento. Ergo anima nullum opus exercet ſine corpore.

## Particula XIII.

εἰ μὲν οὖν ἐστί τι τῶν τῆς ψυχῆς ἔργων ἢ παθημάτων ἴδιον, ἐνδέχοιτ' ἂν αὐτὴν χωρίζεσθαι. εἰ δὲ μηθέν ἐστιν ἴδιον αὐτῆς, οὐκ ἂν εἴη χωριστή. ἀλλὰ καθάπερ τῷ εὐθεῖ, ᾗ εὐθύ, πολλὰ συμβαίνει. οἷον ἅπτεσθαι τῆς χαλκῆς σφαίρας κατὰ στιγμήν. οὐ μέντοι γ' ἅψεται τούτου χωρισθὲν τὸ εὐθύ. ἀχώριστον γάρ, εἴπερ ἀεὶ μετὰ σώματός τινός ἐστιν.

*Si igitur operationum animæ uel affectuum aliquis proprius ſit ipſius, fieri poteſt ut ipſa anima ſeparetur. Si uerò nullus ſit eius proprius, non ſeparabilis eſt, ſed eſt de ipſa perinde atque de recto, cui multa quidem ut rectum eſt competunt, ueluti puncto pilam Aeneam tangere, non tamen ipſum unquàm ſeparatum tanget, eſt enim inſeparabile, quippe cùm ſemper aliquo cum corpore ſit.*

## Explanatio.

χωριστὸς. hoc verbo animę immortalitatem oſtendit Ariſt. quia ſi anima habet opus proprium, ſeparatur, hoc eſt immortalis eſt. Si nullum habet proprium, ſed commune cum corpore, vel non exercet ſine corpore ſanè non ſeparatur, hoc eſt mortalis eſt, ἀλλά. Exemplo mathematico illuſtrat, opus animæ commune cum corpore & nullum eſſe proprium. Nam ænea pila puncto inquit tangit planum corpus, & ideo vt mutuus tactus non poteſt eſſe ſine corpore & figura, ita neque anima opus vllum facit ſine corpore, ſiue ſeparata à corpore.

## Particula XIIII.

ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάντα εἶναι μετὰ σώματος, θυμός, πρᾳότης, φόβος, ἔλεος, θάρσος, ἔτι χαρά. καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ μισεῖν. ἅμα γὰρ τούτοις πάσχει τι τὸ σῶμα. μηνύει δὲ, τὸ ποτὲ μὲν ὑπὸ ἰσχυρῶν καὶ ἐναργῶν παθημάτων συμβαινόντων μηδὲν παροξύνεσθαι ἢ φοβεῖσθαι. ἐνίοτε δὲ καὶ ὑπὸ μικρῶν καὶ ἀμαυρῶν κινεῖσθαι. ὅταν ὀργᾷ τὸ σῶμα. καὶ οὕτως ἔχῃ ὥσπερ ὅταν ὀργίζηται. ἔτι δὲ τοῦτο μᾶλλον φανερόν. μηθενὸς γὰρ φοβεροῦ συμβαίνοντος, ἐν τοῖς πάθεσι γίγνονται τοῖς τοῦ φοβουμένου.

*Videntur autem & omnes affectus animæ cum corpore eſſe, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, gaudium, odium denique, atque amor. nam unà cum his ipſum corpus aliquid patitur. Quod quidem ita eſſe ex eo patet. Interdū enim nō iraſcuntur neque timeat, etiamſi ſe uehementer ipſis manifeſtæ ue cauſæ offerant: interdum à paruis quibuſdam mouentur, atque exiguis, ſi feruet cōcitaturq́; corpus, & perinde ſe habet atq; cum afficitur ira.* Hoc magis ex eo patet, quia non-

*nonnulli nulla re pœnitus accidente, quæ quidem poſſit terrere, nulloque imminente periculo ut ij qui metuũt, perturbantur ac afficiuntur timore.*

## Explanatio.

εἰκὸς δὲ. Exemplo naturali oſtendit opera quæ anima facit euidenter communia cũ corpore. opus euidens eſt ira & timor. quare mutatio euidens apparet in pulſu, quando dilatatur & conſtringitur. μᾶλλον δὲ. Affectuum differentias ſumit à uaria temperatura corporum, ut melancholici metuunt propriam vmbram, bilioſi facilè iraſcuntur, pituitoſi difficile.

## Particula XV.

εἰ δ' οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι καὶ τὰ πάθη λόγοι ἔνυλοί εἰσιν. ὥστε οἱ ὅροι τοιοῦτοι ἔσονται τὸ ὀργίζεσθαι, κίνησίς τις τοῦ τοιουδὶ σώματος, ἢ μέρους, ἢ δυνάμεως ὑπὸ τοῦδε, ἕνεκα τοῦδε. καὶ διὰ ταῦτα ἤδη φυσικοῦ τὸ θεωρῆσαι περὶ ψυχῆς, ἢ πάσης, ἢ τῆς τοιαύτης.

*Quæ ſi ita ſe habent, patet affectus rationes eſſe materiales: quare & definitiones ipſorũ ſunt tales: iraſci nanq; motus quidam talis eſt corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc huius gratia. Idcirco naturalis eſt de anima vel omni uel tali conſiderare.*

## Explanatio.

εἰ δ' οὕτως. πόρισμα eſt, colligit.n.ex dictis duas cõcluſiones ὅτι καὶ τὰ πάθη. Prima eſt affectus animæ eſſe λόγους ἐνύλους. i. proficiſci à ratione & forma materiali .i. quæ eſt in materia, & eſt corporea, & ideo nõ poſſe definiri ſine materia & motu, hoc eſt ſine materia ſubiecta mutationi. ut ira eſt motus corporis aut cordis, aut uis iraſcibilis in corde. ἢ μέρους. i. cordis. ἢ δυνάμεως. ſ. iraſcibilis, quæ in corde ſita eſt. ἕνεκα τοῦδε, hoc eſt propter vindictam. eſt.n. appetitus uindictæ. καὶ διὰ ταῦτα. Altera concluſio eſt. Phyſiologus vel conſiderat omnem animam, vel ipſam duntaxat cuius affectus & actiones non poteſt definire ſine materia & motu, cuius ipſa eſt forma ſiue anima.

## Particula XVI.

διαφερόντως δ' ἂν ὁρίσαιντο ὁ φυσικός τε καὶ διαλεκτικὸς ἕκαστον αὐτῶν, ὀργὴ, τί ἐστι. ὁ μὲν γὰρ, ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, ἤ τι τοιοῦτο. ὁ δὲ, ζέσιν τοῦ περικαρδίου αἵματος, ἢ θερμοῦ. τούτων δὲ, ὁ μὲν τὴν ὕλην ἀποδίδωσι. ὁ δὲ, τὸ εἶδος καὶ τὸν λόγον. ὁ μὲν γὰρ λόγος εἶδος τοῦ πράγματος. ἀνάγκη δ' εἶναι τοῦτον ἐν ὕλῃ τοιαδὶ, εἰ ἔσται. ὥσπερ ἐπὶ οἰκίας ὁ καὶ λόγος τοιοῦτος ἂν εἴη, ὅτι σκέπασμα κωλυτικὸν φθορᾶς ὑπ' ἀνέμων καὶ ὄμβρων, καὶ καυμάτων. ὁ δὲ φήσει λίθους. καὶ πλίνθους καὶ ξύλα. ἕτερος δ' ἐν τούτοις τὸ εἶδος, ἕνεκα τωνδί. τίς οὖν ὁ φυσικὸς τούτων. πότερον ὁ περὶ τὴν ὕλην, τὸν δὲ λόγον ἀγνοῶν, ἢ ὁ περὶ τὸν λόγον μόνον, ἢ μᾶλλον ὁ ἐξ ἀμφοῖν. ἐκείνων δὲ δὴ τίς ἑκάτερος.

*Diuerſo autem modo naturalis & diſſerendi artifex unumquodque ipſorum definiet. Nam alter iram appetitionem eſſe dicet doloris uiciſſim aduerſario inferendi, aut aliquid tale. Alter ſanguinis aut caloris eius, qui circa cor eſt, feruorem ebullitionemue. Atque alter materiam, alter formam hoc pacto reddit, & rationem. Hac enim eſt ratio rei, quam neceſſe eſt, ſi fuerit, in tali materia eſſe. Sic enim & domus aſſignari definitio ſolet. Nam quidam talem eius rationem aſſignat, eſſe dicens tegmentum, quod quidem prohibere propulſareque poteſt incommoditates eas, quæ tum à uentis, tum ab imbribus, tum etiam ab æſtu fieri euenireque ſolent. Quidam dicit, lapides eſſe, lateres atque ligna. At alius formam in hiſce ponit, horũ dicendo gratia. Quis igitur iſtorum eſt naturalis; iſne qui materiam aſſignat, & rationem ignorat? an is qui ſolam rationem reddit, & materiam ipſam omittit? an is potius qui utranque complectitur? At illorum uterq; quis eſt?*

## Explanatio.

Digreditur in diſcrimen definiendi, vt oſtendat obiter difficultatem, quæ oritur ex modo definiendi animam. Nam difficultas oritur aut à methodo, aut à natura rei.i. animæ, aut ab affectibus, aut à modo definiendi. Res enim non omnes eodem modo definiuntur. Dialecticus enim definit per formam. formam intelligi volo non formam rei per quam res eſt, ſed notionem communem quam ſibi fabricat ex forma rei, quæ dicitur vniuerſale, ſiue ſit genus ſiue differentia, & per hanc formam conſtituit categorim, quia conſiderat quatenus dicitur ſiue prædicatur. Phyſiologus conſiderat formam rei per quàm res eſt, & ideo definit per materiam ſubiectam formæ. ὁ μὲν τὴν ὕλην. ſ. Phyſicus. ὁ δὲ. ſ. logicus, καὶ τὸν λόγον. id eſt, notionem ipſam. ὁ δὲ τοῦ πράγματος, hoc eſt, definitio Phyſica eſt rei & materiæ. ὥσπερ ἐπὶ οἰκίας. Vt planior fiat difficultas, dubitat Ariſt. Triplex eſt modus definiendi. vnus per materiam, alter per formam, tertius per materiam & formam interrogat igitur Ariſt. quomodo definiat Phyſiologus.

## Particula XVII.

ἢ οὐκ ἔστι τις ὁ περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης τὰ μὴ χωριστὰ, μηδ' ᾗ χωριστά. ἀλλ' ὁ φυσικὸς, περὶ ἅπανθ' ὅσα τοῦ τοιουδὶ σώματος καὶ τῆς τοιαύτης ὕλης ἔργα καὶ πάθη. ὅσα δὲ μὴ ᾗ τοιαῦτα, ἄλλος. καὶ περὶ τινῶν μὲν τεχνίτης ἐὰν τύχῃ, οἷον τέκτων, ἢ ἰατρός. τῶν δὲ μὴ χωριστῶν μὲν, ᾗ δὲ μὴ τοιούτου σώματος πάθη καὶ ἐξ ἀφαιρέσεως, ὁ μαθηματικός. ᾗ δὲ κεχωρισμένα, ὁ πρῶτος φιλόσοφος.

*At enim conſtat neminem eſſe, qui circa materiæ uerſetur affectus non ſeparabiles, & ut non ſeparabiles ſunt, præter ipſum philoſophum naturalem. Et cum naturalis circa omnia ea uerſatur, quæ talis corporis, taliſque materiei ſunt operationes atque affectus. circa autem ea quæ talia non ſunt, non naturalis, ſed alius ſolet uerſari. Atque de nonnullis quidem conſiderat ſi forte fuerit artifex, faber inquam uel medicus.*

*cur. De his autem quæ ſeparabilia quidem non ſunt, attamen non ut affectus corporis talis ſed abſtractione ſumuntur, Mathematicus. At ea quæ ſunt ſeparata, & ut talia ſunt, ipſe primus Phyloſophus contemplatur.*

### Explanatio.

ὁ ἐκ ἔςι τις. Reſpondet, Phyſicum definire per formam ſimul & materiam, quia conſiderat cauſas rerum diuerſo modo quàm alij artifices. Namq; conſiderat formam cum materia & motu, pariter & omnes eius affectus. Neque intelligit ſine materia, neque ſine materia definit: & ſi definit ſine materia, eſt manca definitio: ſi formam amittit, potiorem partem amittit. Quòd ſi alij artifices conſiderant materiam, vt faber lignum, & medicus corpus humanum, non tamen conſiderant qua mobilis eſt materia, ſed qua mobilis eſt ad abacum aut ad ſanitatem. Quemadmodum autem non intelligit formam ſine materia, ita neque formæ actiones & affectus ſine materia. Sic quantitatem intelligit, non quia ſit terminus, ſed quia eſt terminus corporis mobilis. Atque vt conſiderat formam in materia, ita quoque efficientem & finem non intelligit ſine materia.

τῶν ᾗ μὴ χωριςῶν μὲν. Mathematicus conſiderat formã quæ eſt in materia, ſed intelligit ſine materia quia cogitatione fingit ſeparatam, & definit ſine materia, quia non accipit in definitionem materiam in qua eſt, ſed illam prætermittit.

ᾗ κεχωρισμένα. Primus philoſophus conſiderat formam ſeparatam prorſus à materia, & intelligit ſine materia, & definit citra materiam. Hac digreſſione inſinuat nobis Ariſt. philoſophum contemplari id genus animæ tantum, cuius affectus non poſſunt definiri ſine corpore, qualis eſt anima hominis & brutorum. Nam genus ſubiectum huius libri eſt anima ſimpliciter. tex. primo principale eſt anima humana, vt ſupra tex. 8. tractatus eſt.

### Particula XVIII.

ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν ὁ λόγος. ἐλέγομεν δὲ, ὅτι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ἀχώριστα τῆς φυσικῆς ὕλης τῶν ζώων. ᾗ τοιαῦθ' ὑπάρχει, θυμὸς, καὶ φόβος, καὶ οὐχ ὥσπερ γραμμὴ καὶ ἐπίπεδον.

*Sed eò redeundum eſt, unde noſtra deflexit oratio. Dicebamus autem affectus animæ eſſe inſeparabiles ab animalium naturali materia, ut tales ſunt, & non ut ſeparatur linea ſuperficieſque, ſic iram & metum à ſubiecta ſibi materia ſeparari.*

### Explanatio.

ᾗ τοιαῦθ' ὑπάρχει. Sunt affectus animæ, quę conſideratur vt forma in materia. i. forma corporis & non ſeparata à materia quia hæc conſideratio eſt mathematici, qui conſiderat, intelligit & definit formam ſiue figuram, vt lineam. & ſuperficiem ſine materia, quanuis ſint in materia.

### Particula XIX.

ἐπισκοποῦντας δὲ περὶ ψυχῆς ἀναγκαῖον ἅμα διαπορoῦντας περὶ ὧν ἀπορεῖν δεῖ, προελθόντας τῶν τῶν προτέρων δόξας, συμπαραλαμβάνειν ὅσοι τι περὶ αὐτῆς ἀπεφήναντο, ὅπως τὰ μὲν εἰρημένα καλῶς λάβωμεν. εἰ δὲ μή τι καλῶς, τοῦτ' ἀλλαξώμεθα. ἀρχὴ δὲ τῆς ζητήσεως, προθέσθαι τὰ μάλιστα δοκοῦνθ' ὑπάρχειν αὐτῇ κατὰ φύσιν. τὸ ἔμψυχον δὴ, τοῦ ἀψύχου δυοῖν μάλιστα διαφέρειν δοκεῖ, κινήσει τε καὶ τῷ αἰσθάνεσθαι. παρειλήφαμεν δὲ καὶ παρὰ τῶν προγενεστέρων σχεδὸν δύο ταῦτα περὶ ψυχῆς.

*Verumenimuero neceſſe eſt conſiderantes de anima, & de his dubitantes ac ambigentes, quæ nos oportet procedentes inuenire atque percipere, in medium eorum antiquorum afferamus opiniones, qui de anima tractarunt aliquid atque dixerunt, ut ea quidem accipiamus, quæ bene ſunt dicta; ab his autem caueamus, quæ non bene recteque dicta fuere. Initium autem inquiſitionis hoc erit profectò congruum, ſi prius poſuerimus ea, quæ maximè uidentur animæ competere ſua pte natura. Animatum itaque duobus his ab inanimato maxime differre uidetur, motu ac ſenſu. A maioribus etiã noſtris hæc duo ferè de anima accepimus.*

### Explanatio.

In ſuperando hac diffinitione inueniendi quid ſit animo, prius ſtatuit opiniones antiquorum referre, quàm ſuam opinionem, tum vt intelligamus in qua re ſit adiutus, tum vt ſciamus euitare errores quos commiſerunt. ἀρχὴ δὲ. exorditur à tribus hypotheſib. quibus tanquam fundamentis opiniones antiquorum nituntur. τὸ ἔμψυχον δὴ. Prima hypotheſis. Animatum differre ab inanimi motu & ſenſu. Motum intelligo, qui cietur à principio interno, non externo, in omnes loci poſitiones. & ideo fuit dubitabile, an ſtirpes ſint animatæ.

### Particula XX.

φασὶ γὰρ ἔνιοι, καὶ μάλιστα καὶ πρώτως ψυχὴν εἶναι, τὸ κινοῦν. οἰηθέντες δὲ τὸ μὴ κινούμενον αὐτὸ, μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖν ἕτερον, τῶν κινουμένων τι τὴν ψυχὴν οὕτως ὑπέλαβον εἶναι. ὅθεν δημόκριτος μὲν, πῦρ τι καὶ θερμόν φησιν αὐτὴν εἶναι. ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων, τὰ σφαιροειδῆ, πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει. οἷον ἐν τῷ ἀέρι τὰ καλούμενα ξύσματα. ἃ φαίνεται ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων ἀκτῖσιν. ὧν τὴν πανσπερμίαν, στοιχεῖα λέγει τῆς ὅλης φύσεως. ὁμοίως δὲ καὶ λεύκιππος. τούτων δὲ τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν, διὰ τὸ μάλιστα διὰ παντὸς δύνασθαι διαδύνειν τοὺς τοιούτους ῥυσμοὺς, καὶ κινεῖν τὰ λοιπὰ, κινούμενα καὶ αὐτὰ. ὑπολαμβάνοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ παρέχον τοῖς ζώοις τὴν κίνησιν.

*Inquiunt enim nonnulli animam id eſſe, quod maxime primoque monet, atque exiſtimãtes fieri non poſſe, ut id aliud quicquam moueat; quod non moueatur, animam unum quid eorum eſſe putarunt, quæ motu citatur. Quocirca Democritus ignem atque colorem ipſam cen-*

*cenſuit eſſe. Nam cũ ſint infinitæ figuræ, ac indiuidua corpora, rotunda dicit ignem & animam eſſe. Hæc indiuidua corpora ſimilia corpuſculis ijs eſſe, quæ in aere ferri uidentur, in ipſis inquam radijs, qui per feneſtram ingrediuntur, & rerum elementa generandarũ, ſeminaque totius naturæ eſſe dixit. Eadem & Leucippus eſſe cenſebat. Horum igitur corporum ea quæ ſunt rotunda, ignem ac animam aſſerunt eſſe, propterea quòd maximè omnium figuræ tales totum corpus ingredi penetrareque poſſunt, atque cætera mouere, cùm moueantur & ipſa. Arbitrantur enim animam id eſſe, quod motum animalibus præbet.*

### Explanatio.

Secunda hypotheſis. Maximè & primò anima mouet, quia eſt principium motus.

οἰηθέντες. Tertia hypotheſis, anima mouet ſimul & mouetur. Quia opinãtur veteres, nihil poſſe mouere, quin etiam moueatur. Plato in Phædro duabus rationibus probat animam per ſe mouere & moueri. Prima, quia nihil dat quod non habet. Anima dat motum corpori, quo mouetur, quia habet motum. Secũda, quia per quod tale aliquid eſt, illud ipſum eſt prius tale, vt ferrum eſt calidum per ignem. ergo in igne prius eſt calor quàm in ferro. Sed Ariſt. in Phyſicis demonſtrauit nihil moueri niſi corpus: Prçterea animam moueri conceſsit nõ per ſe, ſed per aliud. i. corpus, hoc eſt per accidens, quemadmodum nauta mouetur moto nauigio.

ὅθεν Δημόκριτος. Ex motu 4. opiniones de anima depromit. Prima fuit Democriti & Leucippi, quorũ vterque opinatus eſt animũ componi ex corpuſculis indiuiduis, rotũdis & igneis. Indiuiduis quidem, quia ſunt ſimpliciſsima & penetrabilia in omnes partes corporis, ſed totos fuſa per artus mens agitat molem. Rotundis verò, quia ſua figura globoſa nunquam conſiſtunt. Anima ſemper eſt in motu. Igneis, quia ignis eſt fons caloris, corpus calet opera animæ.

### Particula XXI.

διὸ καὶ τοῦ ζῆν ὅρον εἶναι τὴν ἀναπνοήν. συνάγοντος γὰρ τοῦ περιέχοντος τὰ σώματα καὶ ἐκθλίβοντος τῶν σχημάτων τὰ παρέχοντα τοῖς ζῴοις τὴν κίνησιν, διὰ τὸ μηδ' αὐτὰ ἠρεμεῖν μηδέποτε, βοήθειαν γίγνεσθαι θύραθεν, ἐπεισιόντων ἄλλων τοιούτων ἐν τῷ ἀναπνεῖν· κωλύειν γὰρ αὐτὰ καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα ἐν τοῖς ζῴοις ἐκκρίνεσθαι, συνανείργοντα τὸ συνάγον καὶ πηγνύον. καὶ ζῆν δὲ, ἕως ἂν δύνωνται τοῦτο ποιεῖν.

*Quapropter & reſpirationem uiuendi rationem atque cauſam eſſe putant. Nam eo quod continet contrahente corpora comprimenteue, ac extrudente figuras eas, quæ præbeat animalibus motum, quia nec ipſæ unquam quieſcunt, ſuccurſum auxiliumque reſpiratione fieri dicunt, ingredientibus alijs figuris ſimilibus, quæ quidem egredi prohibeat ipſas quæ animalibus inſunt, id repellendo quod contrahit atque premit, & conſque uiuere animalia, quouſque id facere poſſunt.*

### Explanatio.

πόρισμα colligunt, animam eſſe cauſam vitæ, quia eſt opifex reſpirationis, ſiquidem moueat partes corporis, et reſpiratio eſt cauſa vitę, quia per reſpirationem. i. inſpirationem & expirationem illa corpuſcula, quæ aſsiduo motu incaleſcunt & diſſoluuntur, aere inſpirato recreantur & congregantur. Cuius rei illud eſt ſignum, quòd animal interea viuit, donec reſpirat. ὅρον. i. λόγον atque cauſam. περιέχοντος. ſ. ἀέρος. τὰ σώματα. i. τοὺς ἀτόμους. τοῦτο ποιεῖν. i. reſpirare.

### Particula XXII.

ἔοικε δὲ καὶ τὸ παρὰ τῶν πυθαγορείων λεγόμενον, τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν· ἔφασαν γάρ τινες αὐτῶν, ψυχὴν εἶναι τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα, οἱ δὲ, τὸ, ταῦτα κινοῦν. περὶ δὲ τούτων εἴρηται, διότι συνεχῶς φαίνεται κινούμενα, κἂν ᾖ νηνεμία παντελής. ἐπὶ ταυτὸ δὲ φέρονται, καὶ ὅσοι λέγουσι τὴν ψυχὴν τὸ αὐτὸ κινοῦν. ἐοίκασι γὰρ οὗτοι πάντες, ὑπειληφέναι τὴν κίνησιν, οἰκειότατον εἶναι τῇ ψυχῇ. καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα κινεῖσθαι διὰ τὴν ψυχήν, ταύτην δ' ὑφ' ἑαυτῆς, διὰ τὸ μηδὲν ὁρᾶν κινοῦν, ὃ μὴ καὶ αὐτὸ κινεῖται.

*Videtur autem & id, quod à nonullis Pythagoricis dicitur, eandem habere ſententiam. Quidnam eorum ipſorum ea corpuſcula quæ agitantur in aere: quidam id, quod illa mouet & agitat, animam eſſe dixerunt, propterea quòd continuè moueri uidentur, etiamſi nullus uentus penitus afflet. Eodem feruntur & ij, qui dicunt animam id eſſe, quod ſeipſum agitat motu: etenim omnes ij motum uidentur putaſſe maximè proprium eſſe animæ, & alia quidem uniuerſa per animam, hanc autem à ſeipſa moueri, quia nihil uidebant mouere, quod non moueatur & ipſum.*

### Explanatio.

ἔφασαν. Alij putauerunt eſſe corpuſcula indiuidua uolitantia in aere: alij uim mouentem illa corpuſcula, quia ſemper mouentur: alij vim ſemet mouentem, quia opinantur nihil mouere, quod idem quoque non moueatur, & ideo animam moueri à ſe, non ab alio. Sed Ariſt. in 7. Phyſic. demonſtrat, omne quod mouetur, moueri ab alio, quia in omni genere eſt vnum primum mouens, & vnum primum mobile.

### Particula XXIII.

ὁμοίως δὲ καὶ ἀναξαγόρας ψυχὴν εἶναι λέγει τὴν κινοῦσαν, καὶ εἴ τις ἄλλος εἴρηκεν, ὡς τὸ πᾶν ἐκίνησε νοῦς. οὐ μὴν παντελῶς γε ὥσπερ δημόκριτος. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῶς ψυχὴν καὶ νοῦν ταυτόν. τὸ γὰρ ἀληθὲς εἶναι τὸ φαινόμενον. διὸ καλῶς ποιῆσαι τὸν ὅμηρον, ὡς ἕκτωρ κεῖτ' ἀλλοφρονέων. οὐ δὴ χρῆται τῷ νῷ ὡς δυνάμει τινὶ περὶ τὴν ἀλήθειαν. ἀλλὰ ταυτὸ λέγει ψυχὴν καὶ νοῦν.

*Similiter & Anaxagoras id quod mouet animam eſſe dicit, & ſiquis alius cenſuit uniuerſum mentem moniſſe.*

*niſſe. Non tamen perinde penitus atque Democritus. Is enim animam & intellectum ſimpliciter idem eſſe putauit: etenim id quod monetur, uerum eſſe dicebat. Quocirca rectè dixiſſe inquit Homerum, Hectora iacere alia ſapientem. Non igitur & potentia quadam circa ueritatem, utitur mente ac intellectu, ſed idem eſſe animam dicit & intellectum.*

Explanatio.

Anaxagoras opinatur animam eſſe mentem, pariter & Democritus, ſed hoc ipſo differunt, quod Anaxagoras opinatur eſſe ſeparatam & cuncta mouere, & ideo eſſe diuinam. Democritus verò eſſe inſeparatam à rebus, nec diſtingui ab anima ſentiente, quia credit omnia cadere ſub ſenſum, & nihil eſſe verum, niſi id quod ſenſibus apparet & euidens eſt. Quocirca laudauit Homerum qui Hectorem mortuum vocauit ἀλλοφρονέα, quia priuatus eſſet ſenſu ſiue anima ſentiente, quæ eſt mens ſiue animus τὸν νοῦν. i. animum. τὸ φαινόμενον. i. ſenſibus euidens.

Particula XXIIII.

Ἀναξαγόρας δ᾽ ἧττον διασαφεῖ περὶ αὐτῶν. πολλαχοῦ μὲν γὰρ τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς, τὸν νοῦν λέγει ἑτέρωθι δὲ, τὸν νοῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ. ἐν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν τοῖς ζώοις καὶ μεγάλοις καὶ μικροῖς, καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμοτέροις. οὐ φαίνεται δ᾽ ὅ γε κατὰ φρόνησιν λεγόμενος νοῦς, πᾶσιν ὁμοίως ὑπάρχειν τοῖς ζώοις, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις πᾶσιν.

*Anaxagoras autem minus de ipſis explanat: multis enim in locis boni rectiq; mentem cauſam eſſe dicit, alibi autem animam ipſam mentem eſſe aſſerit: nam animalibus vniuerſis, tam paruis quàm magnis, tam præſtabilibus, quàm minus etiam præſtabilibus mētem ineſſe dicit. At ea mens tamen & intellectus, cui prudentia tribuitur, non vniuerſis ſimiliter animalibus, quinetiā neq; cunctis hominibus ineſſe videtur.*

Explanatio.

Coarguit Anaxagoram inconſtantię, quia aliquādo ait mentem eſſe cauſam bonæ rectæq; actionis, aliquando verò ait mentem & animam eſſe idem, & mentem vocat animum, quo ſapimus; animam, quo viuimus. Sed errat, quia animus quo ſapimus & prudentes ſumus non ineſt oībus animalibus, neq; brutis, neq; pueris. Sed anima, qua viuimus ineſt cūctis. οὐ φαίνεται δ᾽.

ψυχὴ λέγεται πολλαχῶς.
- νοῦς χωριστός. i. mens.
- νοῦς κατὰ φρόνησιν. ὁ χωριστός, hoc eſt animus.
- ψυχὴ ζωτική. i. anima.

ὅ γε. ſ. animus. ἀνθρώποις πᾶσιν, vt pueris.

Tex. XXV.

οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι τὸ ἔμψυχον ἀποβλέψαντες, οὗτοι τὸ κινητικώτατον ὑπέλαβον τὴν ψυχήν, ὅσοι δὲ ἐπὶ τὸ γινώσκειν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ὄντων, οὗτοι δὲ λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς, οἱ μὲν πλείους ποιοῦντες ταύτας, οἱ δὲ μίαν ταύτην. ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς μὲν ἐκ τῶν στοιχείων πάντων. εἶναι δὲ καὶ ἕκαστον ψυχὴν τούτων οὕτω λέγων. γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν. ὕδατι δ᾽ ὕδωρ, αἰθέρι δ᾽ αἰθέρα δῖον. ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον. στοργὴν δὲ στοργῇ. νεῖκος δέ τε νείκει λυγρῷ.

*Omnes igitur ij, qui ad animantis reſpexere motum, maxime motiuum animam eſſe putarunt. At qui cognitionem animaduerterunt ipſius, ac ſenſum quibus res cognoſcit & ſentit, ij dicunt animam ipſam principia rerum eſſe. At qui plura principia faciunt, hæc ipſa; qui verò vnum, idipſum animam eſſe cenſent. Empedocles enim ex elementis quidem vniuerſis ipſam conſtare cenſet, tamen & vnumquodque iſtorum animam eſſe putat. Dicit enim Terram nam terra, lympham cognoſcimus vnda, Aetheraque æthere, ſane ignis digno-ſcitur igne: ſic & amore amor, ac triſti diſcordia lite.*

Explanatio.

Antiqui duplici methodo quærebant animam, aut motu aut cognitione & ſenſu. Vtentes motu conſentiunt animam eſſe vim motricem. Atque de his hactenus. ὅσοι δ᾽ ἐπί. Nunc dicendum eſt de illis, qui vtuntur ſenſu. Sed antequam ad illorum opiniones accedat, ſtatuit in quo principio conſentiunt. Conſentiunt ergo omnes, animam eſſe conflatam ex principijs omnium rerum naturalium, quia cognoſcit & ſentit res omnes. Sed quod cognoſcitur & ſentitur, debet eſſe ſimile cognoſcenti & ſentienti. ergo anima conflatur ex principiis omnium rerum. Sed errant, quia hæc ſimilitudo non fit per mutationem ſubſtantiæ & accidentium, quia non eſt rerum mutatio, ſed ſimilitudo eſt repræſentatio rei per ſpeciem, vt ſpecies coloris repræſentat ſentienti animæ colorem qui eſt in re. Idem dicendum eſt de ſpecie intelligibili, quæ uenit in mētem. οἱ μὲν πλείους ποιοῦντες. Sed quia in modo principiorum diſſentiunt, ideo alij putant conflatam ex multis, alij ex vno. vt Empedocles ex principiis ſex, quatuor ſcilicet elementis, & concordia atq; diſcordia. vt patet ex eius carminibus. ἀΐδηλον. i. edacem. στοργὴν. id eſt concordiam. νείκει λυγρῷ, quia eſt cauſa interitus.

Particula XXVI.

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ. γινώσκεσθαι γὰρ ὁμοίῳ ὅμοιον τὰ δὲ πράγματα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λόγοις διωρίσθη, αὐτὸ μὲν τὸ ζῷον ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους, καὶ πλάτους, καὶ βάθους. τὰ δ᾽ ἄλλα ὁμοιοτρόπως.

*Eodem & Plato modo, animam in Timæo ex elementis conſtare cenſet. Similiq; namque, eius quoq; ſententia, cognoſcitur ſimile, & res ipſæ ex principijs ſunt. Similiter determinatum eſt ab eodem & in biſce quæ*

de

*de philoſophia dicuntur, animal quidem ipſum ex ipſius vnius idea forma ue, & ex longitudine prima, et latitudine, profunditate ue conſtare. Cætera verò ſimili modo.*

Ex planatio.

Cum τῶν στοιχείων. Ex eodem & diuerſo, & partibili & impartibili. Diuerſo & partibili, quia ex diuerſis partibus & poteſtatibus conſtat. Eodem & impartibili, quia eſt vna eſſentia ſimplex, & indiuidua, & ideo media eſt inter famas ſeparatas & caducas, vt inquit Themiſtius. ὁμοίως δὲ. Non ſolum animam, ſed omnes res naturales ex ideis componi putat, vt ex idea vnitatis quæ punctus eſt, ex idea dualitatis linea enim, ſiue longitudinis cuius extrema ſunt duo puncta. ex idea ternarij, ſiue latitudine quę tribus punctis terminatur. ex idea profunditatis quæ conſtat quatuor punctis, vt corpus, ſignificat eſſe famam. περὶ φιλοσοφίας. In dialogo qui inſcribitur, ἐρασταί. ἑνὸς. i. puncti. πρώτου μήκους. i. ex idea dualitatis. πλάτους. i. idea ternarij. βάθους. id eſt quaternarij.

Particula XXVII.

ἔτι δὲ καὶ ἄλλως. νοῦν μὲν, τὸ ἕν. ἐπιστήμην δὲ τὰ δύο. μοναχῶς γὰρ ἐφ' ἕν. τὸν δὲ τοῦ ἐπιπέδου ἀριθμὸν, δόξαν. αἴσθησιν δὲ, τὸν τοῦ στερεοῦ. οἱ μὲν γὰρ ἀριθμοὶ, τὰ εἴδη αὐτὰ καὶ ἀρχαὶ τῶν ὄντων ἐλέγοντο, εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν στοιχείων. κρίνεται δὲ τὰ πράγματα τὰ μὲν, νῷ. τὰ δὲ, ἐπιστήμῃ. τὰ δὲ, δόξῃ. τὰ δὲ αἰσθήσει. εἴδη δ' οἱ ἀριθμοὶ οὗτοι τῶν πραγμάτων.

*Inſuper et alio pacto, intellectum quidem eſſe vnum ipſum, ipſa uerò duo, ſcientiam: eſt enim ipſa tantum ad vnum proceſſio. Superficiei præterea numerum, opinionem: ſolidi, ſenſum. nam numeri quidem forma ipſa & principia dicebantur. Sunt autem ex elementis. Res verò partim intellectu, partim ſcientia, partim opinione, partim ſenſu diiudicantur ac diſcernuntur. Atque ſi numeri formæ ſunt rerum.*

Explanatio.

Deinde dixit ex numeris cõponi, quia ſcribit animam conſtare ex mente, quæ eſt vna & ſimplex apprehenſio: ex ſcientia, quæ eſt progreſſus à cauſa vna ad vnam concluſionem, dicitur dualitas: ex opinione, quæ dicitur ternio, qui eſt progreſsio à medio ad duas concluſiones, quia dubia eſt opinio, non certa: ex ſenſu, qui dicitur quaternio, quia eſt vis comprehendendi res corporeas, corpus autem cõponitur ex 4. punctis & principijs. Et quia anima conſtat his numeris, ideo dicitur habere 4. poteſtates, mentem, ſcientiam, opinionem, ſenſum.

Particula XXVIII.

ἐπεὶ δὲ καὶ κινητικὸν ἐδόκει ἡ ψυχὴ εἶναι καὶ γνωριστικὸν, οὕτως ἔνιοι συνέπλεξαν ἐξ ἀμφοῖν ἀποφηνάμενοι τὴν ψυχὴν, ἀριθμὸν κινοῦνθ' ἑαυτόν. διαφέρονται δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν τίνες καὶ πόσαι. μάλιστα μὲν οἱ σωματικὰς ποιοῦντες τοῖς ἀσωμάτους. τούτοις δὲ οἱ μίξαντες καὶ ἀπ' ἀμφοῖν τὰς ἀρχὰς ἀποφηνάμενοι. διαφέρονται δὲ καὶ περὶ τοῦ πλήθους. οἱ μὲν γὰρ μίαν. οἱ δὲ, πλείους λέγουσιν.

*Cùm autem anima motiuum & cognitiuum ſit, quidam utrunque complexi ſunt, atque animam numerum eſſe ſeipſum mouentem aſſeruerunt. Omnes tamen de principijs quæ & quot ſunt inter ſeſe diſſentire uidentur, atque maximè quidem ij, qui corporea putant eſſe, ab hiſce diſſentiunt, qui incorporea ponunt. minus autem ab ijs, qui compoſuerunt, & ex utriſque principia rerum aſſignauerunt. Diſſentiunt etiam de multitudine eorũdem: quidam enim unũ, quidã plura principia dicũt eſſe.*

Explanatio.

Plato & Stoici, quia anima eſt principium mouendi & cognoſcendi, ideo definierunt eſſe numerum per ſe mouentem numerum, quia conſtat ex mente, ſcientia, opinione & ſenſu, quas poteſtates Plato vocat numeros. διαφέρονται δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν. Hactenus ex motu colligit opinionẽ Democriti, Leucippi, Pythagoreorum, Anaxagoræ; & ex motu & cognitione Platonis opinionem: nunc alias opiniones colligit aliorum philoſophorum, natas ex diuerſis principijs rerum, diuerſis & ſubſtantia & numero, & vt varia ſtatuunt principia, ita vario modo ſentiunt de anima. τούτοις δὲ οἱ μίξαντες. Ab his duobus ſectis minus diſſentiunt Platonici, qui ſtatuerunt principia partim corporea, partim incorporea. σωματικὰς. vt ignem, aerem, aquam &c. τοῖς ἀσωμάτους. Diſſentiunt ab his qui ponunt incorporea principia, vt ideas & numeros. μίαν, vt Heraclitus. πλείους, vt Empedocles 4. elementa.

Particula XXIX.

ἑπομένως δὲ τούτοις, καὶ τὴν ψυχὴν ἀποδιδόασι. τό τε γὰρ κινητικὸν, τὴν φύσιν, τῶν πρώτων ὑπειλήφασιν οὐκ ἀλόγως. ὅθεν ἔδοξέ τισι πῦρ εἶναι. καὶ γὰρ τοῦτο λεπτομερέστατόν τε, καὶ μάλιστα τῶν στοιχείων ἀσώματον, ἔτι δὲ καὶ κινεῖταί τε καὶ κινεῖ τὰ ἄλλα πρώτως.

*Atque ut de principijs ſenſerunt, ſic de anima etiam determinarunt: non enim abeſt à ratione in primorum natura mouendi cãm collocare. Quapropter ignis quibuſdam eſſe uidetur: is enim ſubtiliſſimarum eſt partiũ, & longè magis, quàm elementa cætera, incorporeus: mouetur inſuper & cætera primò mouet.*

Explanatio.

Vt de principijs ſenſerunt, ita vario modo locuti ſunt de anima. τό τε γὰρ. Quia opinati ſunt naturam principiorum eſſe ut vim habeant mouendi, quia nihil efficitur ſine motu quod nouum ſit: ideo animam contendunt eſſe ignem. eſt enim tenuiſſimus, minuſque particeps naturæ corporeæ, ſemper mouetur & mouet. τῶν πρώτων. ſ. ἀρχῶν.

Δημόκριτος δὲ καὶ γλαφυρωτέρως εἴρηκεν ἀποφηνάμενος, διὰ τί τούτων ἑκάτερον. ψυχὴν μὲν γὰρ εἶναι

ταυτὸ

ταὐτὸ καὶ νοῦν, τοῦτο δ' εἶναι, ἐκ τῶν πρώτων καὶ ἀδιαιρέτων σωμάτων. κινητικὸν δὲ, διὰ μικρομέρειαν καὶ τὸ σχῆμα. τῶν δὲ σχημάτων εὐκινητότατον, τὸ σφαιροειδὲς λέγει. τοιοῦτον δ' εἶναι τόν, τε νοῦν, καὶ τὸ πῦρ.

*Democritus autem & ſubtilius dixit, cum aſſignauit cur eſt iſtorum utrunque. Dixit enim animam quidem mentemque idem eſſe, hoc autem ex ipſis primis atque indiuiſibilibus corporibus eſſe atque ob partium quidem ſubtilitatem, mouere: ob figuram uerò, moueri: figurarum autem omnium mobiliſſimam, figuram rotundam aſſerit, talemque eſſe intellectum & ignem.*

Explanatio.

δημόκριτος. Propter diuerſa principia vim mouendi animæ tribuerunt. ἑκάτερον. & quòd habet vim cognoſcendi, & vim mouendi. ψυχὴν. vim intelligendi & cognoſcendi, quia anima eſt mens, & conſtat ex principijs indiuiduis rerum quæ cognoſcuntur. κινητικὸν δὲ. vim mouendi, quia ſunt corpuſcula ſimpliciſsima & rotunda aptiſsima ad motum.

Particula XXXI.

Ἀναξαγόρας δ' ἔοικε μὲν ἕτερον λέγειν ψυχήν τε καὶ νοῦν, ὥσπερ εἴπομεν καὶ πρότερον. χρῆται δ' ἀμφοῖν ὡς μιᾷ φύσει. πλὴν ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθεται μάλιστα πάντων. μόνον γοῦν φησιν αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι, καὶ ἀμιγῆ τε καὶ καθαρόν. ἀποδίδωσι δ' ἄμφω τῇ αὐτῇ ἀρχῇ, τό, τε γινώσκειν καὶ τὸ κινεῖν, λέγων νοῦν κινῆσαι τὸ πᾶν.

*Anaxagoras uidetur quidem aliud animam, aliud intellectum mentem ue dicere, quemadmodum & antea diximus. Vtitur tamen utriſque, perinde atque una natura. Verùm mentem principium maximè omnium ponit: ſolam nanque rerum omnium ipſam ſimplicem et non miſtam & puram eſſe ſinceramque dixit. Atq; eidem principio hæc utraque tribuit, cognitionem inquam & motum, dicens uniuerſum mentem mouiſſe.*

Explanatio.

Anaxagoras dicit ſibi pugnantia, & differt à De Democrito. Pugnantia quidem, quia modo ait mẽtem & animam non differre, modo negat. πλὴν ἀρχήν. Differt, quia ponit eſſe principium omnium rerum, & illud quidem ſimplex, quia caret corpore, & immixtam, quia nullo vtitur corporeo inſtrumẽto, & puram, quia intelligit puras rerum eſſentias & ſeparatas à materia.

Particula XXXII.

ἔοικε δὲ καὶ θαλῆς ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι, κινητικόν τι τὴν ψυχὴν ὑπολαμβάνειν. εἴπερ τὸν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ. διογένης δ' ὥσπερ καὶ ἕτεροί τινες, ἀέρα τοῦτον οἰηθεὶς πάντων λεπτομερέστατον εἶναι, καὶ ἀρχήν. καὶ διὰ τοῦτο γινώσκειν τε καὶ κινεῖν τὴν ψυχήν. ᾗ μὲν πρῶτόν ἐστι καὶ ἐκ τούτου τὰ λοιπὰ γινώσκειν. ᾗ δὲ λεπτομερέστατον, κινητικὸν εἶναι. καὶ ἡράκλειτος δὲ τὴν ἀρχὴν εἶναί φησι ψυχήν, εἴπερ τὴν ἀναθυμίασιν ἐξ ἧς τἆλλα συνίστησι. καὶ γὰρ ἀσωματώτατον δὲ καὶ ῥέον ἀεί. τὸ δὲ κινούμενον, κινουμένῳ γινώσκεσθαι. ἐν κινήσει δ' εἶναι τὰ ὄντα, κἀκεῖνος ᾤετο καὶ οἱ πολλοί. παραπλησίως δὲ τούτοις, καὶ Ἀλκμαίων ἔοικεν ὑπολαβεῖν περὶ ψυχῆς. φησὶ γὰρ αὐτὴν ἀθάνατον εἶναι, διὰ τὸ ἐοικέναι τοῖς ἀθανάτοις. τοῦτο δ' ὑπάρχειν αὐτῇ, ὡς ἀεὶ κινουμένῃ. κινεῖσθαι γὰρ καὶ τὰ θεῖα ἅπαντα συνεχῶς ἀεί, σελήνην, ἥλιον, ἀστέρας, καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον. τῶν δὲ φορτικωτέρων, καὶ ὕδωρ τινὲς ἀπεφήναντο, καθάπερ ἵππων. πεισθῆναι δ' ἐοίκασιν ἐκ τῆς γονῆς, ὅτι πάντων ὑγρά. καὶ γὰρ ἐλέγχει τοὺς αἷμα φάσκοντας τὴν ψυχήν, ὅτι ἡ γονὴ οὐκ αἷμα. ταύτην δ' εἶναι τὴν πρώτην ψυχήν. ἕτεροι δ' αἷμα καθάπερ Κριτίας, τὸ αἰσθάνεσθαι ψυχῆς οἰκειότατον ὑπολαμβάνοντες. τοῦτο δ' ὑπάρχειν διὰ τὴν τοῦ αἵματος φύσιν. πάντα γὰρ τὰ στοιχεῖα κριτὴν εἴληφε, πλὴν τῆς γῆς. ταύτην δ' οὐδεὶς ἀποπέφανται, πλὴν εἴ τις αὐτὴν εἴρηκεν ἐκ πάντων εἶναι τῶν στοιχείων, ἢ πάντα.

*Thales etiam uidetur ex hiſce quæ tradita ſunt memoriæ, motiuum quiddam animam ipſam eſſe putaſſe: ſiquidem dixit magnetem habere animam, quia mouet trahitque ferrum. Diogenes autem, ſicut & alij quidam, aerem ipſam cenſuit eſſe, hunc ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ, rerumque principium eſſe putans. Idcirco cognoſcere atque mouere animam dixit: hoc quidem cognoſcere, quo primum eſt, & ex hoc ipſo cætera conſtant: hoc autem eſſe motiuum, quo ſubtiliſſimum eſt. Heraclitus quoque principium ait animam eſſe: quippe cum exhalationem eſſe, ex qua cætera dicit conſtare, & maximè in corporeum eſſe & ſemper fluere dicat: atque id quod mouetur, eo quod motu cietur cognoſci, conſtat. moueri autem res uniuerſas, & ipſe et alij plures arbitrabantur. Simili modo & Alcmaon de anima putaſſe uidetur. Dicit enim ipſam immortalem eſſe, ex eo quia ſimilis ipſis immortalibus eſt. Quod quidem ideo dixit ipſi competere, quia ſemper mouetur: mouentur enim & res omnes diuinæ continuè ſemper, Luna inquam, Sol, ſtellæ, totumque cælum. Quidam, & magis importuni, animam aquam eſſe dixerunt, ut Hippon: qui quidem ad hanc ſententiam ratione ſeminis uidetur eſſe compulſus, quia omnium ſemen humidum eſt: etenim redarguit eos, qui ſanguinem animam aſſerunt, quia ſemen ſanguis non eſt. Hoc autem primum animam eſſe dicit. Sunt & qui ſanguinem ipſam eſſe dixerunt, ut Critias, ſentire ipſum maximè proprium animæ eſſe putantes: quod quidem competere propter naturam ſanguinis crediderunt. Ita omnia elementa, præter terram, iudicem habuerunt. Hãc aut nemo tribuit animæ, niſi quis ipſam dixerit ex omnibus elementis conſtare, aut omnia eſſe.*

Explanatio.

Conuenientes ſuis principijs rerum naturalium definiuerunt animam, quia res cognoſcuntur,

tur per ſua principia. Sed quod cognoſcitur, id fit ſimile cognoſcenti. Cognoſcens ſiue vis cognoſcendi eſt anima. ergo natura animæ & principiorum debet eſſe ſimilis. Et ideo Thales animam inquit eſſe vim mouendi. ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι. Id eſt ex his quæ tradita ſunt monumentis veterum. λεπτομερέστατον. Quia negauit ignem eſſe, ideo aerem tenuiſsimum omnium elementorum & maximè mobilem. ἀναθυμίασιν. Naturam mediam inter ignem & aerem, quæ continenter mouetur, & nunquam quieſcit, quia putat omnia eſſe in continuo motu. πλὴν τῆς γῆς. Quia nullus ſtatuit eſſe principium rerum, præter Heſiodum, quia eſt immobilis & minimè fluxibilis.

Particula XXXIII.

ὁρίζονται δὲ πάντες τὴν ψυχὴν τρισὶν ὡς εἰπεῖν, κινήσει, αἰσθήσει, τῷ ἀσωμάτῳ. τούτων δ' ἕκαστον ἀνάγεται πρὸς τὰς ἀρχάς. διὸ καὶ οἱ τῷ γινώσκειν ὁριζόμενοι αὐτήν, ἢ στοιχεῖον, ἢ ἐκ τῶν στοιχείων ποιοῦσι. λέγοντες παραπλησίως ἀλλήλοις, πλὴν ἑνός. φασὶ γὰρ γινώσκεσθαι καὶ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ. ἐπεὶ δὲ γὰρ ἡ ψυχὴ πάντα γινώσκει, συνιστᾶσιν αὐτὴν ἐκ πασῶν τῶν ἀρχῶν.

*Vt igitur in ſummam omnia redigamus, tribus his omnes animam, motu, ſenſu, incorporeoq́; definiunt: quorum vnumquodq; reducitur ad principia rerum, vt patuit. Quapropter & ij, qui cognitione definiunt animam, aut elementum, aut ex elementis faciunt ipſam, ſimiliter omnes præter vnum, dicentes. Inquiunt enim ſimile ſimili ſibi cognoſci: atque cum vniuerſa cognoſcat ac percipiat anima, ex vniuerſis rerum principijs ipſam conſtare dicunt.*

Explicatio.

Peroratio, in qua ſummatim repetit definitiones antiquorum traditas de anima. Alij enim definiueruntper motum, alij per ſenſum ſiue cognitionem, alij per vacuitatem corporis. τούτων δ' ἕκαστον. Definitiones referunt ad ſua principia. i. definiunt conuenienter ſuis principiis, atq; in definitionem accipiunt principia, vt ignem vel aerem, vel aquam eſſe animam dicunt. λέγοντες. i. conſentientes inter ſe. πλὴν ἑνός. vno excepto Anaxagora, qui in definitionem animæ non corrogat principia, quia opinatur eſſe. νοῦν ἁπλοῦν, ἀμιγῆ, καθαρόν. Preterea negat animam cognoſcere propter ſimilitudinem inter rē cognitam & vim cognoſcentem.

Particula XXXIIII.

Ὅσοι μὲν οὖν μίαν τινὰ λέγουσιν αἰτίαν καὶ στοιχεῖον ἕν, καὶ τὴν ψυχὴν ἓν τιθέασιν. οἷον, πῦρ, ἢ ἀέρα. οἱ δὲ πλείω λέγοντες τὰς ἀρχάς, καὶ τὴν ψυχὴν πλείω λέγουσιν. Ἀναξαγόρας δὲ μόνος, ἀπαθῆ φησὶν εἶναι τὸν νοῦν, καὶ κοινὸν οὐθὲν οὐθενὶ τῶν ἄλλων ἔχειν. τοιοῦτος δ' ὤν, πῶς γνωριεῖ καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, οὔτ' ἐκεῖνος εἴρηκεν, οὔτ' ἐκ τῶν εἰρημένων ἐμφανές ἐστιν.

*Quibus igitur placuit vnam cauſam elementumq́ue vnum ponere rerum, ij animam etiam vnum, velut ignē aut aerem eſſe ponunt. Qui verò plura reb. principia tribuunt, ij plura quoq; dicunt animam eſſe. Solus autem Anaxagoras mentem paſſione vacare dicit, & nihil prorſus cum cæteris habere commune. Verum cum talis ſit, quonam pacto cognoſcat, & quam ob cauſam, neque ille dixit, neque ex dictis perſpici poteſt.*

Explanatio.

Solus Anaxagoras ſuſtulit ſimilitudinem, propter quam alij Philoſophi opinabantur animam cognoſcere, quia ſtatuit animam impatibilem, nihilque habere commune & ſimile cum rebus. Sed quomodo, & quam ob cauſam cognoſcat non declarauit.

Particula XXXV.

ὅσοι δ' ἐναντιώσεις ποιοῦσιν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν ἐναντίων συνιστᾶσιν. οἱ δέ, θάτερον τῶν ἐναντίων. οἷον θερμόν, ἢ ψυχρόν, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο, καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοίως ἕν τι τούτων εἶναι τιθέασιν. διὸ καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκολουθοῦσιν. οἱ μὲν τὸ θερμὸν λέγοντες, ὅτι διὰ τοῦτο καὶ τὸ ζῆν ὀνόμασται. οἱ δὲ τὸ ψυχρὸν διὰ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν κατάψυξιν, καλεῖσθαι ψυχήν. τὰ μὲν οὖν παραδεδομένα περὶ ψυχῆς, καὶ δι' ἃς αἰτίας λέγουσιν οὕτω, ταῦτα ἐστιν.

*At verò qui contrarietates in principijs faciunt, ij conficiunt animam etiam ex contrarijs. Qui uerò tantum alterum ponunt contrariorum, calidum inquam aut frigidum, aut aliquid aliud huiuſcemodi; ij ſimiliter & animam vnum iſtorum aſſerunt eſſe. Quapropter & omnia ipſa ſequuntur. Nam ij qui calidum eſſe dicunt, inde inquiunt ipſum viuere ductum nominatumq́; fuiſſe: & ij rurſus, qui frigidum eſſe cenſent animam inde nuncupatam ob reſpirationem & refrigerationem aſſerunt eſſe. Hæc igitur ſunt, quæ de anima tradita ſunt à maioribus noſtris, & hæ ſunt cauſæ, ob quas illi talia de ipſa dixerunt.*

Explanatio.

τὸ ζῆν. ζωὴ παρὰ τὸ ζέειν. i. θερμαίνεσθαι. ψυχὴ παρὰ τὸ ψύχεσθαι.

Particula XXXVI.

ἐπισκεπτέον δέ, πρῶτον μὲν περὶ κινήσεως. ἴσως γὰρ οὐ μόνον ψευδές ἐστι τὸ τὴν οὐσίαν αὐτῆς τοιαύτην εἶναι, οἵαν φασὶν οἱ λέγοντες εἶναι τὴν ψυχὴν τὸ κινοῦν αὑτό, ἢ δυνάμενον κινεῖν. ἀλλ' ἕν τι τῶν ἀδυνάτων, τὸ ὑπάρχειν αὐτῇ κίνησιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἀναγκαῖον τὸ κινοῦν καὶ αὐτὸ κινεῖσθαι, πρότερον εἴρηται.

*Conſiderandum autem primum de motu. Nam fortaſſe non ſolum falſum eſt, ſubſtantiam animæ talem eſſe, qualem ij dicunt, qui animam id aſſerunt eſſe, quod ſeipſum mouet aut mouere poteſt, ſed etiam vnum id eſſe quoddam uidetur eorum, quæ nequeunt eſſe, motum inquam ipſi ineſſe atque competere. Non neceſſarium igitur eſſe id omne moueri quod mouet, olim iam diximus & probauimus.*

Ex-

### Explanatio.

Refutaturus opiniones veterũ philoſophorũ, ſtatuit fundamentũ quo nitebantur: quia cõſentiebant, omne qđ mouet, idẽ quoq; moueri. Sed hoc fundamentũ demolitus eſt in 8. Phyſic. vbi demõſtrauit in omni genere rerũ eſſe mouentẽ tm̃, vt in animali animam; & motũ tm̃, vt manus & pedes; & mouentem ſimul & motũ, vt cor. Quocirca falſum eſt animam mouere ſimul & moueri, imo forte eſt impoſsibile. Quia ſi motus eſſet in anima vt in ſubiecto mobili, cõſtitueret eius eſſentiam, & ſublato motu aĩa interiret, quemadmodum ſublato motu aeris aufertur ventus, qui eſt in aere moto, & ſublato motu aquæ aufertur procella. πρότερον. ſ. in 8. Phyſicorum.

### Particula XXXVII.

Διχῶς δὲ κινουμένου παντός, ἢ γὰρ καθ' ἕτερον, ἢ καθ' αὑτό. καθ' ἕτερον δὲ λέγομεν ὅσα κινεῖται τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι, οἷον πλωτῆρες. οὐ γὰρ ὁμοίως κινοῦνται τῷ πλοίῳ· τὸ μὲν γὰρ καθ' αὑτὸ κινεῖται, οἱ δὲ τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι. δῆλον δ' ἐπὶ τῶν μορίων, οἰκεία μὲν γάρ ἐστι κίνησις ποδοῖν βάδισις. αὕτη δὲ καὶ ἀνθρώπων. οὐχ ὑπάρχει δὲ τοῖς πλωτῆρσι τότε.

*Cum aũt omne quod motu cietur dupliciter moueatur, aut. n. per aliud, aut per ſe mouetur: per aliud autẽ omne id moueri dicimus, quod eſt in eo qđ motu cietur, ut nauigãtes. hi nanque non perinde atque nauis mouentur: hæc enim p ſe mouetur, illi motu cientur, quia ſunt in eo, quod motu cietur. Quod quidem ita eſſe patet in partibus, motus enim proprius pedum eſt ambulatio, qua mouentur & homines, tunc autem hiſce motus nõ ineſt, ut patet in nauigantibus.*

### Explanatio.

Poſito fundamento veterũ, antequam ad refutationẽ aggreditur, diuiſionẽ conſtituit. Omne quod mouetur, aut per ſe mouetur, aut per aliud, ut nauta per nauigiũ, & nauigium per ſe mouetur. καθ' ἕτερον. i. per accidens. Plato in Phædro dixit ὑπ' ἄλλου vel ἔξωθεν κινεῖσθαι. Cui opponitur, ἔνδοθεν κινεῖσθαι, & καθ' αὑτὸ κινεῖσθαι. καθ' αὑτό. i. ſua ſpõte. δῆλον. Perſpicuũ eſt in partib. Nã animal per ſe ingredit̃ pedibus & proprijs partib. nauta verò non mouet̃ ſuis partib. ſed alienis. & ideo quæ mouentur per partes ſibi internas, moueri per ſe iudicantur, vt omnia animalia. δῆλον. ſ. quid ſit per ſe moueri. ἀνθρώπων. id eſt, per ſe quoque mouentur homines.

### Particula XXXVIII.

Διχῶς οὖν λεγομένου τοῦ κινεῖσθαι νῦν ἐπισκοποῦμεν περὶ τῆς ψυχῆς, εἰ καθ' αὑτὴν κινεῖται, καὶ μετέχει κινήσεως. τεσσάρων δὲ κινήσεων οὐσῶν φορᾶς, ἀλλοιώσεως, φθίσεως, αὐξήσεως, ἢ μίαν τούτων κινοῖτ' ἂν ἢ πλείους ἢ πάσας. εἰ δὲ κινεῖται μὴ κατὰ συμβεβηκός, φύσει ἂν ὑπάρχοι κίνησις αὐτῇ. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τόπος. πᾶσαι γὰρ αἱ λεχθεῖσαι κινήσεις ἐν τόπῳ.

*Cum igitur id quod mouetur (ut diximus) bifariã dicatur moueri, conſideremus nũc oportet de anima, ſi per ſe moueatur, motuſq; particeps ſit. Cũ igitur quatuor ſint motus, latio, alteratio, accretio atq; decretio, aut iſtorũ uno, aut plurib. aut omnibus, ut patet, mouebitur. Quòd ſi non per accidens moueatur, natura ſanè motus inerit ipſi: at ſi hoc ſit, etiam locus eidem identidem competet: omnes enim iam dicti motus in loco ſunt.*

### Explanatio.

Argumentatur hoc dilemmate contra philoſophos veteres: Anima aut mouetur ꝑ ſe, aut per aliud. Si per ſe, motus igit̃ erit eſſentia & naturæ animę. i. de eſſentia animæ, ergo hic motus erit aut latio, aut alteratio, aut incrementum, aut decrementũ. (nã generatio & interitus nõ ſunt motus, quia ſubito & momento terminantur.) Sed oẽs hi motus ſunt in loco, ſiue cientur in loco, ergo anima quoq; erit in loco. Si erit in loco, tũc erit deſignãdus proprius locus in corpore. & ideo non erit forma totius corporis. μετέχει κινήσεως. i. ſi motus eſt de eſſentia animæ: φορᾶς. i. mutatio ſecundum locum. εἰ δὲ τοῦτο. i. ſi per ſe mouetur.

### Particula XXXIX.

Εἰ δ' ἐστὶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς τὸ κινεῖν ἑαυτήν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ κινεῖσθαι αὐτῇ ὑπάρξει, ὥσπερ τῷ λευκῷ, ἢ τῷ τριπήχει. κινεῖται γὰρ καὶ ταῦτα, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. ᾧ γὰρ ὑπάρχουσιν, ἐκεῖνο κινεῖται, τὸ σῶμα. διὸ καὶ οὐκ ἔστι τόπος αὐτῶν. τῆς δὲ ψυχῆς ἔσται, εἴπερ φύσει κινήσεως μετέχει.

*Quòd ſi ſubſtantia ſit animæ ſeipſam mouere, nõ per accidens inerit ipſi motus, ut ineſt albedini aut tricubito: moueatur enim & ipſa, uerum per accidens, quippe cũ corpus id moueatur, cui res tales inſunt. Quapropter & locus nullus ipſorum eſt: at erit animæ ſine controuerſia locus, ſi natura motus particeps eſt.*

### Explanatio.

Sin aũt mouetur per aliud, motus non erit eſſentia animæ. (Quod aduerſatur opinioni illorũ: quia ſtatuunt motum eſſe animæ eſſentiam & naturam.) ſed mouebitur per accidẽs, vt albus color mouetur, quia corpus mouetur. κατὰ συμβεβηκός. i. καθ' ἕτερον. Cieri aliquo motu, vel pulſu vel impulſu, opponitur Cieri ſuo motu & proprio.

### Particula XL.

Ἔτι δὲ εἰ φύσει κινεῖται, κἂν βίᾳ κινηθείη· κἂν εἰ βίᾳ, καὶ φύσει. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ ἠρεμίας. εἰς ὃ γὰρ κινεῖται φύσει, καὶ ἠρεμεῖ ἐν τούτῳ φύσει. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς ὃ κινεῖται βίᾳ, καὶ ἠρεμεῖ ἐν τούτῳ βίᾳ. ποῖαι δὲ βίαιοι τῆς ψυχῆς κινήσεις ἔσονται καὶ ἠρεμίαι, οὐδὲ πλάττειν βουλομένοις ῥᾴδιον ἀποδοῦναι. ἔτι δ' εἰ μὲν ἄνω κινήσεται, πῦρ ἔσται, εἰ δὲ κάτω, γῆ. τούτων γὰρ τῶν σωμάτων αἱ κινήσεις αὗται. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν μεταξύ.

*Præterea ſi natura motu cietur, ui quoq; moueri poteſt, & ſi ui mouetur, & natura moueri põt. Eodẽ modo*

*de quiete quoque dicere poſſumus. in hoc enim naturam res quieſceret ſolet, in qđ ſuapte natura mouetur: in hoc pari modo iā planè quieſcit, in quod vi pulſa mouetur. Atqui motus erunt animæ uiolenti, quietes ne, neque ſi fingere uolumus, aſſignare facile poſſumus. At uerò ſi ſurſum mouebit, ignis; ſi deorſū, terra. hiſce nāq; corporib, hi motus cōpetūt. Eadē eſt et de medijs corporib. rō.*

## Explanatio.

Secunda ratio eſt: ſi anima ꝑ ſe mouet̄, pōt quoq; vi moueri. i. apta eſt. Si mouetur ꝑ ſe, quieſcit quoq; per ſe: & ſi quieſcit ꝑ ſe, pōt quoq; vi quieſcere. Neceſsitas cujuſq; cōſequentis nititur fundamento qđ ponunt antiqui, Motum. ſ. eſſe naturā & eſſentiā aię. Sed motui qui naturalis eſt non repugnat eſſe poſſe violento. nā cœlū ſua natura & per ſe mouet̄, tamen non pōt vi moueri, neq; terra quę quieſcit ꝑ ſe, pōt vi quieſcere. ἔτι δ' εἰ μὲν ἄνω. Tertia ratio: quæcunque ſunt infra globū lunæ, per ſe mouentur, aut ſunt elementa, aut cōcreta ex elemētis. ergo anima quæ mouetur infra globū lunæ per ſe, aut eſt elementum aut conflatur ex elementis. Si ſurſum per ſe fertur erit ignis, ſi deorſum, erit terra.

## Particula XLI.

ἔτι δ', ἐπεὶ φαίνεται κινοῦσα τὸ σῶμα, ταύτας εὔλογον κινεῖν τὰς κινήσεις ἃς καὶ αὐτὴ κινεῖται. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀντιστρέψασιν εἰπεῖν ἀληθὲς ὅτι, ἣν τὸ σῶμα κινεῖται ταύτην καὶ αὐτή. τὸ δὲ σῶμα κινεῖται, φορᾷ. ὥστε καὶ ἡ ψυχὴ μεταβάλλοι ἂν κατὰ τὸ σῶμα. καὶ αὐτὴ ἢ ὅλη, ἢ κατὰ μόρια μεθισταμένη. εἰ δὲ τοῦτο ἐνδέχεται καὶ ἐξελθοῦσαν εἰσιέναι πάλιν ἐνδέχοιτ' ἄν. τούτῳ δ' ἕποιτ' ἂν τὸ ἀνίστασθαι τὰ τεθνεῶτα τῶν ζῴων.

*Præterea cū uideatur aīa corpus mouere, rationi cōſentaneū eſt ijs motib. ipſum mouere, quib. et ipſa mouetur. Quòd ſi id ſit, conuertēdo uerè quoq;, dicere poſſumus, eo ipſam motu cieri, quo mouetur & corpus. At latione corpus mouetur. quare mutabitur, & aīa perinde atque corpus, & aut toto aut partibus locū mutabit. Quòd ſi id fieri poteſt, fieri quoque poteſt, ut egreſſa rurſus corpus ingrediatur, Ex quo fiet, ut animalium ea quæ mortem obierunt reſurgant.*

## Ex planatio.

Quarta ratio: ſi aīa per ſe mouet corpus, eodē genere motus cietur, quo ciet corpus, & reciprocatur, vt corpus cieatur eodē motu, quo aīa ciet ſeipſam: quia nemo dat quod nō habet. Sed corpus mouetur quia mouet locū. ergo aīa mutat locū. Præterea corpus ingredi pōt locum è quo egreditur. ergo anima poterit egredi & ingredi corpora, & iō naturaliter loquēdo corpora poterūt reuiuiſcere, qđ falſum eſt, qa à priuatione ad habitū non eſt regreſſus, nāq; vt Ariſt. inquit, forma interijt & affectio materiæ ad accipiendā eandē formā. lib. 2. de gen. & int. Hoc idē argūm nititur fundamēto cōceſſo ab antiquis, nimirū motū eſſe naturā animæ. nō. n. in dogmate Ariſt. mouēs mouēdo ciet̄ eodē genere motus quo ciet aliud, vt cœlū mouet corpora hęc inferiora, & ſol trahit vapores. Sed cœli & ſolis motus eſt cōuerſio, vaporis & corporum motus alius eſt. ταύτην. ſ. κίνησιν. κατὰ τὸ σῶμα. i. perinde vt corpus.

## Particula XLII.

τὴν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κίνησιν κἂν ὑφ' ἑτέρου κινοῖτο, ὠσθείη γὰρ ἂν βίᾳ τὸ ζῷον. οὐ δεῖ δὲ ᾧ τὸ ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι ἐν τῇ οὐσίᾳ, τοῦτο ὑπ' ἄλλου κινεῖσθαι, πλὴν εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός. ὥσπερ οὐδὲ τὸ καθ' αὑτὸ ἀγαθὸν ἢ δι' αὑτό, τὸ μὲν δι' ἄλλο εἶναι τὸ δ' ἑτέρου ἕνεκα.

*At enim motu per accidens ab alio quoq; mouebitur. Animal. n. ui pelli pōt. Non aūt oportet cuius in ſubſtātia ineſt à ſeipſo moueri, id ab alio motu cieri niſi ꝑ accidēs quemadmodū neq; quod ꝑ ſe uel propter ſe bonum eſt, id per aliud oportet, aut gratia cuiuſpiam eſſe.*

## Explanatio.

Eſt quintū argumētū, quo deducit ad incōmodū: ſi anima per ſe mouetur, neceſſariò ſequitur vt per accidēs nō poſsit moueri. Atqui accidit moueri alio moto. i. corpore. Neceſsitas conſequētis probatur. Quod per ſe & ꝓꝑ ſe eſt tale, ſemper eſt tale, vt felicitas eſt per ſe & ꝓpter ſe bonū, ergo ſemper eſt per ſe & nō per aliud bonū. Sed anima per ſe mouetur, ergo nūquā per aliud mouebitur per accidens. Sed anima mouetur ꝑ aliud. ergo per accidens. mouetur enim ab alio. ſ. ſenſili externo. Vbi eſt obſeruandū, non omne quod ab alio mouetur, idē continuo moueri per accidens, quia animalia mouētur ab alio, vt ab anima, tamē per ſe mouentur, ſed intelligimus ab alio. i. externo non interno principio. Nam quæ mouentur ab interno, per ſe mouentur.

## Particula XLIII.

τὴν δὲ ψυχὴν μάλιστα φαίη τις ἂν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν κινεῖσθαι, εἴπερ κινεῖται. ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ κινεῖ γε αὐτὴ ἑαυτὴν, καὶ αὐτὴ κινοῖτ' ἄν. ὥστ' εἰ πᾶσα κίνησις ἔκστασίς ἐστι τοῦ κινουμένου ᾗ κινεῖται, καὶ ἡ ψυχὴ ἐξίσταιτο ἂν ἐκ τῆς οὐσίας, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς αὑτὴν κινεῖ ἀλλ' ἔστιν ἡ κίνησις τῆς οὐσίας αὐτῆς καθ' αὑτήν.

*Animā aūt, ſi mouetur, à ſenſibilibus maximè quiſpiam dicet moueri. At uerò ſi mouet ſeipſam anima, & ipſa quoque mouetur. Quare cùm omnis motus, exitus atque remotio ſit eius quod motu cietur, ea ratione qua motum ſubit, anima nimirum ex ſubſtantia dimouetur & exit, niſi ſeipſam per accident moueat. At motus, vt inquiunt, ſubſtantiæ eſt ipſius per ſe.*

## Explanat io.

ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ. Si anima ſe mouet, erit mortalis, qa aīa ſeipſam mouet, & à ſe mouetur. Sed moueri eſt dimoueri à termino, rei cuius eſt motus, vt moueri in quātitate, eſt dimoueri à termino quātitatis. ergo dimouebit̄ aīa à ſua ſub̄a, qa motus ē ſua nā di

ſcedens

ſcedens à ſe. igitur interit. ἐκ τῆς οὐσίας, quia motus eſt ſua eſſentia.

### Particula XLIIII.

ἔνιοι δὲ καὶ κινεῖν φασι τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα ἐν ᾧ ἐστιν, ὡς αὐτὴ κινεῖται, οἷον Δημόκριτος παραπλησίως λέγων Φιλίππῳ τῷ κωμῳδοδιδασκάλῳ· φησὶ γὰρ τὸν Δαίδαλον κινουμένην ποιῆσαι τὴν ξυλίνην Ἀφροδίτην, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν· ὁμοίως δὲ καὶ Δημόκριτος λέγει· κινουμένας γὰρ φησι τὰς ἀδιαιρέτους σφαίρας, διὰ τὸ πεφυκέναι μηδέποτε μένειν, συνεφέλκειν καὶ κινεῖν τὸ σῶμα πᾶν. ἡμεῖς δ᾽ ἐρωτήσομεν, εἰ καὶ ἠρεμίαν ποιεῖ τοῦτ᾽ αὐτό, πῶς δὲ ποιήσει τοῦτο, χαλεπὸν ἢ καὶ ἀδύνατον εἰπεῖν. ὅλως δὲ, οὐχ οὕτως φαίνεται κινεῖν ἡ ψυχὴ τὸ ζῷον, ἀλλὰ διὰ προαιρέσεως τινὸς καὶ νοήσεως.

*Quidam alij aſſerunt aĩam id corpus, in quo eſt, eodẽ mouere modo, quo et ipſa mouet: ut Democritus qui quidem perinde atq; Philippus Comicus dicit. Ille nanq; Dedalũ ait ligneã uenerẽ confeciſſe, quæ motu mouebat argenti viui, qđ in illã infudit. Et Democritus pari modo pilas indiuiſibiles ſecũ trahere corpus totũ atq; mouere dicit, ex eo quia nunquam ipſæ quieſcunt ſuapte natura deſinũtq; moueri. Nos aũt ipſum interrogabimus, ſi quietem et idipſum faciat vnquam? At quonam pacto quietẽ faciet, difficile eſt dictu, uel potius dici nõ poteſt. Omnino aũt aĩa non ſic mouere uidetur animal, ut inquiunt ipſi, ſed electione quadam intellectione ue.*

### Explanatio.

σφαίρας.i. corpuſcula rotunda. ἀλλὰ διὰ προαιρέσεως. Anima mouet corpus, & corpus quieſcit imperio animæ, motus autẽ cietur & deſinit iudicio & intelligẽtia animæ. Et quãuis motus & quies aduerſentur, tamen ab vna anima proficiſcuntur, quia ab vno efficiẽte duo effectus cõtrarij poſſunt prodire, aut quãdo vnus in alterũ vt in finem ordinatur, aut quando materia eſt diuerſa, vt ab vno ſole terra cænoſa dureſcit, & cera liqueſcit.

### Particula XLV.

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ Τίμαιος φυσιολογεῖ τὴν ψυχὴν κινεῖν τὸ σῶμα. τῷ γὰρ κινεῖσθαι αὐτὴν, καὶ τὸ σῶμα κινεῖν, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι πρὸς αὐτό. συνεστηκυῖαν γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων, καὶ μεμερισμένην κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς ἀριθμούς, ὅπως αἴσθησίν τε καὶ σύμφυτον ἁρμονίαν ἔχῃ, καὶ τὸ πᾶν φέρηται συμφώνους φοράς, τὴν εὐθυωρίαν εἰς κύκλον κατέκαμψε. καὶ διελὼν ἐκ τοῦ ἑνὸς κύκλου δύο κύκλους δισσαχῇ συνημμένους, πάλιν τὸν ἕνα διεῖλεν εἰς ἑπτὰ κύκλους, ὡς οὔσας τὰς τοῦ οὐρανοῦ φορὰς, τὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις.

*Eodem autem modo ut Tiæus et animam corpus mouere dicit. Mouere.n.ipſam ex eo cenſet atq; aſſerit corpus, quia mouetur, propterea quòd ad ipſum cõnexa eſt. Ipſe.n.dicit ex elementis eam conſtitutã, numeriſq; diſtinctam ſonoris, ut inſitum ſonoritatis atq; cõcentus habeat ſenſum; & ut uniuerſum feratur cõſonis lationibus rectitudinẽ coegit atq; flexit in circulum, & cum unum in duos diuiſiſſet circulos duob. in pũctis coniũctos, rurſus vnum in ſeptem orbes diuiſit, quoniam lationes ipſius cœli motiones ſunt animæ quibus ipſa mouetur.*

### Explanatio.

φυσιολογεῖ.i.rõnib. phyſicis probat. συνεστηκυῖαν. Opinatur animã eſſe circulũ compoſitũ ex numeris veluti elementis, & illis quidem harmonicis.i. ſonoris & muſicis, quos numeros Cicero interualla vocat. ὅπως αἴσθησιν. Quoniam anima ſentit cõcentum, & in eo oblectatur. Quod ſignũ eſt conſtare ex harmonicis numeris, ſiquidẽ illis cõmouetur atq; mouetur. τὴν εὐθυωρίαν. In circulo, quẽ vocabat animã, duos aſpectus ſtatuebat animę, rectum, & reflexũ in circulum. Rectũ quidẽ, quia rectã fertur anima in obiecta corpora quę cognoſcit, & ab illis mouetur. Reflexũ, quia cognoſcendo obiecta in ſe reflectẽdo ſemet cognoſcit. καὶ διελὼν. In eodẽ circulo conſtituit duplicẽ ordinem cognoſcendi, unũ cũ materiæ conditionibus, alterũ ſine illis. Quos quidẽ ordines vocat circulos prodeuntes ab vna anima, quæ eſt vnus circulus. πάλιν τὸν ἕνα. Motũ pariter vnũ animæ in ſeptem diſtribuit orbes, quia animę obijciuntur ſeptem genera ſenſiliũ, tria inanimia, vt elementa, mixta imperfecta, & mixta perfecta inanimia: & quatuor animata, vt vegetabilia, ſenſibilia, locũ mutantia, intelligibilia. ὡς οὔσας. Vt cœli eſt vnus motus.i. cõuerſio, diuiſus in ſeptẽ motiones orbium: ita motus animę vnus eſt diſtinctus in ſeptem motus citatos à ſeptem obiectis. Ergo ſecũdum Platonem anima eſt circulus vnus compoſitus ex numeris harmonicis, in quo ſunt duo affectus & totidem ordines cognoſcendi.

### Particula XLVI.

πρῶτον μὲν οὖν οὐ καλῶς, τὸ λέγειν τὴν ψυχὴν μέγεθος εἶναι. τὴν γὰρ τοῦ παντὸς δηλονότι, τοιαύτην εἶναι βούλεται, οἷόν ποτ᾽ ἐστὶν ὁ καλούμενος νοῦς. οὐ γὰρ δὴ οἷόν γε ἡ αἰσθητικὴ, οὐδ᾽ οἷον ἡ ἐπιθυμητική. τούτων γὰρ ἡ κίνησις, οὐ κυκλοφορία.

*Primum igitur non rectè dicitur, animam magnitudinem eſſe. Nam animam vniuerſi talem ipſe vult eſſe, qualis eſt ea, quæ Mens et intellectus vocatur, nõ qualis eſt ſenſitiua, nec qualis eſt ea, que eſt principiũ cupiẽdi. quippe cum harum motus non ſit ut patet, conuerſio.*

### Explanatio.

Inuehitur in verba Platonis. Nulla magnitudo nullaq; forma annexa magnitudini reflectitur in ſe, ſed ſeparata à magnitudine, qualis eſt aĩa mũdi. inquit Plato cęterę aĩe nõ reflectũtur in ſe vt ſentiẽs, vt appetens. Sed aĩa humana eſt annexa magnitudini, qui dicit circulus à Platone, & circulus eſt magnitudo, ergo mẽs humana nõ reflectit. τοιαύτην.i. circulũ, reflectentẽ in ſe. οὐ κυκλοφορία.i. nõ reflectunt in ſe.

### Particula XLVII.

ὁ δὲ νοῦς, εἷς καὶ συνεχής· ὥσπερ καὶ ἡ νόησις, ἡ δὲ νόησις, τὰ νοήματα. ταῦτα δὲ τῷ ἐφεξῆς ἕν, ὡς ὁ ἀριθμός.

ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ μέγεθος. διόπερ οὐδ' ὁ νοῦς οὕτω συνεχής, ἀλλ' ἤτοι ἀμερής, ἢ οὐχ ὡς μέγεθός τι συνεχής. πῶς γὰρ δὴ καὶ νοήσει μέγεθος ὤν; ὁτῳοῦν τῶν μορίων τῶν αὐτοῦ. μορίων δ' ἤτοι κατὰ μέγεθος, ἢ κατὰ στιγμήν, εἰ δεῖ καὶ τοῦτο μόριον εἰπεῖν. εἰ μὲν οὖν κατὰ στιγμήν, αὗται δ' ἄπειροι, δῆλον ὡς οὐδέποτε διέξεισιν. εἰ δὲ κατὰ μέγεθος, πολλάκις ἢ ἀπειράκις νοήσει τὸ αὐτό. φαίνεται δὲ καὶ ἅπαξ ἐνδεχόμενον. εἰ δ' ἱκανὸν θίγειν ὁτῳοῦν τῶν μορίων, τί δεῖ κυκλικῶς κινεῖσθαι ἢ καὶ ὅλως μέγεθος ἔχειν.

*Intellectus aũt unus eſt & continuus, perinde ac intellectio. Intellectio uerò eſt ipſius intellectus cõceptio. Sed hi nimirũ unum hoc ſunt, quòd alius deinceps poſt aliũ eſt, uti numerus, ſed non uti magnitudo. Quocirca nec intellectus hoc pacto continuus eſt, ſed aut partibus penitus uacat, aut nõ eſt ut magnitudo continuus. Atq; ſi magnitudo ſit, quonã pacto quacũq; ſuarum intelliget partium ſiue illæ ſint magnitudines, ſiue etiam puncta, ſi hæc quoq; partes appellare oporteat? Nam ſi puncto, puncta uerò ſunt infinita, nunquã pertranſibit, ut patet. Si in magnitudine, ſæpius uel infinities idem intelliget. At uidetur & ſemel intelligere poſſe. Quòd ſi ſat eſt quamuis partium tangere, quid oportet aut orbe uerſari, aut omnino magnitudinem ipſum habere?*

Explanatio.

ὁ γ νοῦς. ſecundũ argumentũ: Mentis opus eſt intelligentia, quia eſt notio mentis. Sed notiones non continuantur, ſed vt numeri ordinantur, ergo mens non erit continua, & ideo nõ erit magnitudo. Eſtq; argumẽtũ ductũ ab effectu. πῶς γὰρ δή. Tertia ratio: ſciſcitatur à Platone, quõ cognoſcat magnitudinẽ. Aut.n.cognoſcit totã, aut nõ. Si totã, neceſſariũ eſt cognoſcere partes, quia totũ ex partibus ſuis coaleſcit. Cognoſcere eſt tangere partes. Sed partes ſunt infinitæ. ergo cunctas nõ tanget. & ideo nõ cognoſcet. ideo neque totam magnitudinẽ, partes aut ſunt puncta, quæ poteſtate infinita cõtinentur in magnitudine, aut ſunt partes externæ. i. habentes magnitudinem, quæ ſunt infinitæ proportione, nam aliquotæ infinities accipiuntur. At reſpondeat Plato, vna cognita & tacta reliqua cognoſcuntur & tanguntur omnes, quia ſunt eiuſdẽ naturæ. Atqui inquit Ariſt. cur oportet opinari animam eſſe circulũ tangẽtem partes, nam ſciſcitabor qualis ſit hic tactus. εἰ δὲ καὶ τοῦτο. quia Plato conſtituit magnitudinem habere partes indiuiduas, quæ ſunt puncta.

Particula XLVIII.

εἰ δ' ἀναγκαῖον νοῆσαι τῷ ὅλῳ κύκλῳ θίγοντα, τίς ἐστιν ἡ τοῖς μορίοις θίξις; ἔτι δὲ πῶς νοήσει τὸ μεριστὸν ἀμερεῖ, ἢ τὸ ἀμερὲς μεριστῷ; ἀναγκαῖον δὲ τὸν νοῦν εἶναι τὸν κύκλον τοῦτον. νοῦ μὲν γὰρ κίνησις, νόησις. κύκλου δὲ, περιφορά. εἰ οὖν ἡ νόησις περιφορὰ καὶ νοῦς, ἂν εἴη ὁ κύκλος. οὗ ἡ τοιαύτη περιφορὰ νόησις, αἰεὶ δὲ δὴ τι νοήσει. δεῖ γὰρ, εἴπερ ἀΐδιος ἡ περιφορά. τῶν μὲν γὰρ πρακτικῶν νοήσεων ἔστι πέρατα. πᾶσαι γὰρ ἑτέρου χάριν. αἱ δὲ θεωρητικαὶ, τοῖς λόγοις ὁμοίως ὁρίζονται. λόγος δὲ πᾶς, ἢ ὁρισμὸς, ἢ ἀπόδειξις. αἱ δ' ἀποδείξεις καὶ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἔχουσί πως τέλος τὸν συλλογισμὸν, ἢ τὸ συμπέρασμα. εἰ δὲ μὴ περατοῦνται, ἀλλ' οὐκ ἀνακάμπτουσί γε πάλιν ἐπ' ἀρχήν. προσλαμβάνουσαι δ' αἰεὶ μέσον καὶ ἄκρον, εὐθυποροῦσιν. ἡ δὲ περιφορὰ πάλιν ἐπ' ἀρχὴν ἀνακάμπτει. οἱ δ' ὁρισμοὶ πάντες, πεπερασμένοι. ἔτι εἰ αὐτὴ περιφορὰ πολλάκις, δεήσει πολλάκις νοεῖν τὸ αὐτό. ἔτι δὲ καὶ ἡ νόησις ἔοικεν ἠρεμήσει τινὶ, καὶ ἐπιστάσει μᾶλλον, ἢ κινήσει. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ συλλογισμός.

*Quòd ſi neceſſe eſt ipſum intelligere toto tangentẽ circulo, quis eſt ipſarũ partium tactus? Præterea quonam pacto uel impartibili partibile, uel impartibile partibili ipſe intelliget? Neceſſe eſt aũt intellectũ eſſe circulũ hunc: intellectus nanque motus, intellectio eſt; circuli uerò, conuerſio. Si igitur intellectio conuerſio eſt, et circulus is intellectus erit profectò, cuius talis conuerſio intellectio eſt. Aliquid præterea ſemper intelliget: oportet.n. ipſum aliquid intelligere ſemper: quippe cũ cõuerſio ſit perennis atque perpetua. At conſtat intellectionũ rerum earũ quæ cadunt ſub actionem, terminos eſſe ac fines: omnes.n. alicuius ſunt gratia. Contemplatiuæ quoq; rationibus identidem terminatur; & rationũ aliã definitionem, aliam demonſtrationem eſſe patet. Demonſtrationes aũt & ex principio ſunt, & finem habent quodãmodo ratiocinationem aut concluſionem. Quòd ſi nõ terminantur, at ſaltem non ad principium redeunt, ſed medium extremumq́ue ſemper ſumentes rectam proficiſcuntur. At conuerſio rurſus, ut patet, ad principium redit atq; reflectitur. Definitiones etiam finitæ ſunt omnes ac terminatæ. Præterea ſi ſæpius eadẽ cõuerſio fit, idem ſæpius intelligere oportebit. Præterea intellectio quieti magis & ſtatui, quàm motui ſimilis eſſe uidetur. Eodem modo & ipſa etiam ratiocinatio.*

Explanatio.

Ἔτι δὲ πῶς. quartũ argumentũ: ſimile cognoſcitur à ſimili. i. p ſimilitudinẽ fit cognitio, inquit Plato. Si mens eſt indiuidua, quõ cognoſcet diuidua: ſi diuidua, quõ cognoſcet indiuidua? ἀναγκαῖον δέ. Quintũ argũ: circuli motus eſt cõuerſio. Sed mẽtẽ definit Plato eſſe circulum ergo mentis motus ſiue opus erit conuerſio. Sed cõuerſio neq; principium neq; finẽ habet. i. eſt infinita & perpetua ergo mens ſemper & perpetuo intelliget aliquid, & nunquã faciet finẽ intelligendi. Sed finem facit, vt perſpicuũ eſt in opere mẽtis practico & theoretico & logico, in quo eſt principiũ & finis, vt propoſitiones & cõcluſiones demonſtrationes & definitiones ſunt finitæ, & notiones practicę & theoriticæ terminantur. ἀλλ' οὐκ ἀνακάμπτουσι. quia nõ datur demonſtratio recurrẽs, neq; circulo demonſtratur aliquid. ἔτι εἰ αὐτή. Sextũ argumentũ: conuerſio eſt motus idem punctũ ſæpius repetens, ergo mens non ſemel idem intelliget, ſed ſæpius. ἔτι δὲ καὶ ἡ νόησις. Septimum argumentũ: vſus eſt Plato metaphora dura, quia animã eſſe motũ opinatur: nam intelligentiã vocat cõuerſionem. cõuerſio eſt motus. motus ſecundũ Platonẽ eſt natura animæ, nam eſt ſimilior anima quieti quã motui: quia anima eſt forma, forma eſt terminus motus. terminus motus eſt ſtatus & quies. præterea anima quieſcens & vacua à motu acquirit prudentiam, ſcientias & artes.

Par-

## Particula XLIX.

ἀλλὰ μὴν οὐδὲ μακάριόν γε τό γε μὴ ῥᾴδιον ἀλλὰ βίαιον. εἰ δ' ἐστὶν ἡ κίνησις αὐτῆς μὴ οὐσία, παρὰ φύσιν κινοῖτ' ἂν. ἐπίπονον δὲ καὶ τὸ μεμῖχθαι τῷ σώματι, μὴ δυνάμενον ἀπολυθῆναι. καὶ προσέτι φευκτόν, εἴπερ βέλτιον τῷ νῷ μὴ μετὰ σώματος εἶναι. καθάπερ εἴωθέ τε λέγεσθαι, καὶ πολλοῖς συνδοκεῖ.

*Atqui neq ue beatū id eſt, quod nō eſt facile, ſed uiolentū, ut patet. Quòd ſi motus non ſit ipſius ſubſtantia, præter naturam ſanè mouebitur. Laborioſum eſt etiam coniunctū eſſe cū corpore, neque abſolui ab eo poſſe, & inſuper maximopere fugiendum: quippe cū melius ſit intellectui non eſſe cum corpore, quemadmodum & dici ſolet, & complures planè conſentiunt.*

### Explanatio.

Octauum argumentū: ſi quies eſt opus naturale & magis propriū animæ quàm motus, ſanè anima præter naturam mouebitur, & ideo erit motus violētus & laborioſus, atque erit illi beatius eſſe ſine corpore, quia beatitudo conſiſtit in opere proprio. Atqui motus non eſt opus proprium, quia ſua natura in illum non inclinat πολλοῖς. ſ. Platonicis.

## Particula L.

ἄδηλος δὲ καὶ τοῦ κύκλῳ φέρεσθαι τὸν οὐρανὸν ἡ αἰτία. οὔτε γὰρ τῆς ψυχῆς ἡ οὐσία, αἰτία τοῦ κύκλῳ φέρεσθαι, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς οὕτω κινεῖται, οὔτε τὸ σῶμα αἴτιον, ἀλλ' ἡ ψυχὴ μᾶλλον ἐκείνῳ. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅτι βέλτιον λέγεται. καίτοι γ' ἐχρῆν τὸν θεὸν διὰ τοῦτο κύκλῳ ποιεῖν φέρεσθαι τὴν ψυχήν, ὅτι βέλτιον αὐτῇ τὸ κινεῖσθαι τοῦ μένειν. κινεῖσθαι δ' οὕτως ἢ ἄλλως.

*Cauſa præterea qua cœlū conuertitur, nō uidetur ex dictis illis emergere. Neque enim animæ ſubſtantia cauſa eſt conuerſionis, ſed per accidens hoc modo mouetur. Neque etiam corpus, ſed anima corpori potius motionis cauſa eſt. At uerò neque dicitur ita melius eſſe, & tamen oportebat ideo Deum animam orbe uerſari facere, quia melius eſt ipſi moueri quàm ſtare, & hoc pacto moueri, quam alio modo.*

### Explanatio.

Nonū argumentū: quia motus. i. cōuerſio nō eſt opus propriū mentis & naturale, ideo Plato nō poteſt reddere cauſam, cur cœlum moueatur. i. conuertatur. Quia conuertitur aut ratione mentis, aut orbis cœleſtis, aut propter aliquem finem. Non mentis, quia motus proprius animæ eſt rectus, conuerſio aūt accidit, quia rectū reflectit, vt ſe intelligat ſecundū Platonē. Non orbis cœleſtis, quia orbis mouetur potius quàm moueat mentem. Non propter finem, quia finis certus non aſsignatur à Platone, ergo cur conuertatur cœlum, cauſa eſt afferenda, quia Deus mouet mentem, & mens orbem.

## Particula LI.

ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη σκέψις ἑτέρων λόγων οἰκειοτέρα, ταύτην μὲν ἀφῶμεν τὰ νῦν. ἐκεῖνο δὲ ἄτοπον συμβαίνει καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τοῖς πλείστοις τῶν περὶ ψυχῆς. συνάπτουσι γὰρ καὶ τιθέασιν εἰς σῶμα τὴν ψυχήν, οὐθὲν προσδιορίσαντες διὰ τὴν αἰτίαν καὶ πῶς ἔχοντος τοῦ σώματος.

*Verum enim cū huiuſcemodi cōſideratio magis alijs accommodetur ſermonibus eam nunc omittamus. Illud autem abſurdū euenire uidetur tam huic ſententiæ, quā etiam compluribus alijs, quæ dicitur de anima. Etenim coniungunt quidem animam cū corpore, ponuntque ipſam in eo, & tamen nihil prorſus determinant quam ob cauſam, & quomodo ſeſe habente corpore.*

### Explanatio.

ἐκεῖνο δὲ. Argumentū decimum: Plato & antiqui ſunt coarguendi, quia temere & ſine cauſa copulant mentem cum corpore, quia inter agens & paſſum, & inter formā & materiam eſt conuenientia. neque enim indiſcriminatim agens agit in quodque paſſum, neque forma copulatur cuique materiæ.

## Particula LII.

καίτοι δόξειεν ἂν τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι. διὰ γὰρ τὴν κοινωνίαν, τὸ μὲν ποιεῖ, τὸ δὲ πάσχει. καὶ τὸ μὲν κινεῖται, τὸ δὲ κινεῖ. τούτων δ' οὐθὲν ὑπάρχει πρὸς ἄλληλα τοῖς τυχοῦσιν.

*Quod tamen neceſſarium eſſe uidetur. Nam ob propinquitatem hoc quidem agit, illud patitur: & hoc rurſus mouetur, illud autem mouet. Quorum nihil ſanè quibuſuis inter ſeſe competit.*

### Explanatio.

Atqui inter corpus & mentem eſt cōuenientia, vt inter agens & patiens: quia mens mouet, & corpus mouetur, illa agit, hoc patitur. τοῖς τυχοῦσιν, ſed illis tantum quæ habent conuenientiam.

## Particula LIII.

οἱ δὲ μόνον ἐπιχειροῦσι λέγειν, ποῖόν τι ἡ ψυχή. περὶ δὲ τοῦ δεξομένου σώματος, οὐθὲν ἔτι προσδιορίζουσιν. ὥσπερ ἐνδεχόμενον κατὰ τοὺς πυθαγορικοὺς μύθους, τὴν τυχοῦσαν ψυχὴν εἰς τὸ τυχὸν ἐνδύεσθαι σῶμα. δοκεῖ γὰρ ἕκαστον ἴδιον ἔχειν εἶδος καὶ μορφήν. παραπλήσιον δὲ λέγουσιν, ὥσπερ εἴ τις φαίη τὴν τεκτονικὴν εἰς αὐλοὺς ἐνδύεσθαι. δεῖ γὰρ τὴν μὲν τέχνην, χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις. τὴν δὲ ψυχήν, τῷ σώματι.

*At illi dicere quidem quale quid ſit ipſa anima enituntur, de ſuſceptiuo uerò corpore nihil penitus dicunt atque determinant: perinde quaſi fieri poſſit, ut quæuis anima ſine ullo diſcrimine quoduis corpus ingrediatur, ut Pythagoricorum fabulæ dicunt: animantis enim cuiuſque propriam ſpeciem habere formamque uidetur. Perinde igitur dicunt, ac ſi quiſpiā artem fabrilem fiſtulas ingredi dicat: etenim ars quidem inſtrumentis, anima uerò corpore utatur oportet.*

### Explanatio.

De corpore nihil dicũt: quaſi quodq; corpus poſſit formari à quaque anima, vt corpus aſini vel muli ab anima hominis, ſicuti fabulantur Pythagorei, qui opinabantur animam humanam, nunquã ſeparari à corpore, ſed immigrare in aliud corpus nobilius vel ignobilius, pro varia ſua natura. δοκεῖ γάρ. oſtẽdunt diuerſa membra & inſtrumenta & diuerſæ figuræ, quæ diuerſam formam requirunt. παραπλησίως. Perinde eſt ac ſi dicerent, Lyram eſſe inſtrumentum fabri. Nam vt quæque ars vtitur proprio inſtrumento, ita anima vtitur proprio corpore. At roget quis, quo medio anima copulatur corpori? Reſpondet Plato, medio corporeo, Auerroes phantaſmatibus. Ariſt. putat 8. lib. Diuinorum copulari opera agentis, qui materiã afficit ad formam concipiendã, & opera potẽtię & priuationis & qualitatis & quantitatis quę eſt in materia. Hę & tales ſunt copulæ,

### Particula LIIII.

καὶ ἄλλη ἥ τις δόξα παραδέδοται περὶ ψυχῆς, πιθανὴ μὲν, πολλοῖς, καὶ οὐδὲ μιᾶς ἧττον τῶν λεγομένων. λόγους δὲ ὥσπερ εὐθύνας δεδωκυῖα, καὶ τοῖς ἐν κοινῷ γινομένοις λόγοις. ἁρμονίαν γάρ τινα αὐτὴν τινὰ λέγουσι. καὶ γὰρ τὴν ἁρμονίαν, κρᾶσιν καὶ σύνθεσιν τινὰ ἐναντίων εἶναι. καὶ τὸ σῶμα συγκεῖσθαι ἐξ ἐναντίων.

*Eſt autem & alia quadam opinio de anima tradita, probabilis quidem compluribus & nulla carũ inferior, quæ de ipſa dicuntur: reprobata tamen & biſce rationibus, quæ in communibus ſermonibus ſunt. Animam enim harmoniã inquiunt eſſe quandam, harmoniã nanq; temperationem eſſe compoſitionemque contrariorum dicunt, & corpus ex contrarijs compoſitum eſſe.*

### Explanatio.

Extitit alia opinio de anima, quæ fuit Empedoclis, qui opinatur animã eſſe harmoniam. Harmonia eſt duplex, aut naturalis, vt tẽperamentum quatuor qualitatum & elementorum in corpore mixto, aut mathematica, vt proportio & temperamẽtum vocũ & ſoni in cithara. Opinabatur ergo eſſe harmoniã naturalẽ. καὶ οὐδέ. Quia nõ eſt inferior aliqua carũ quæ expoſitæ ſunt, ideo pleriſque videtur eſſe probabilis. λόγους ἢ εὐθύνας erant rationes quas reddebãt illi qui damnabantur, poſtquàm male adminiſtraſſent remp. ergo antiqui reddunt rationem, vtpote qui cognoſcant ſuam opinionem poſſe damnari.

### Particula LV.

καίτοιγε ἡ μὲν ἁρμονία, λόγος τίς ἐστι τῶν μιχθέντων ἢ σύνθεσις. τὴν δὲ ψυχὴν, οὐδέτερον τούτων εἶναι οἷόν τε.

*Verùm enim harmonia quidem ratio quadam eorũ eſt quæ ſunt permiſta, uel etiam propoſitio. Anima autem neutrum iſtorum eſſe poteſt.*

### Explanatio.

Refutat opinionem Empedoclis multis argumẽtis. Primũ eſt Harmonia aut eſt cõpoſitio ſiue mixtio elementorũ, aut compoſitionis proportio, hoc eſt reſpectus & relatio mixtorum elementorum inter ſeſe. Sed vtrunque genus harmonię eſt accidens: quia elementa mixta poſſunt eſſe & fuerunt ſine cõpoſitione & relatione. Anima verò de ſentẽtia Empedoclis eſt ſubſtantia ergo non eſt harmonia.

### Particula LVI.

ἔτι δὲ τὸ κινεῖν οὐκ ἔστιν ἁρμονίας. ψυχῇ δὲ τοῦτο ἀπονέμουσι πάντες μάλισθ' ὡς εἰπεῖν. ἁρμόζει δ' ἐμᾶλλον καθ' ὑγιείας λέγειν ἁρμονίαν. καὶ ὅλως τῶν σωματικῶν ἀρετῶν. ἢ κατὰ ψυχῆς. φανερώτατον δ' εἴ τις ἀποδιδόναι πειραθείη τὰ πάθη καὶ τὰ ἔργα τῆς ψυχῆς ἁρμονίᾳ τινί. χαλεπὸν γὰρ ἐφαρμόζειν.

*Præteria harmonia non eſt mouere. anima autem id omnes maxime tribuunt. Accommodatius autem Harmonia de ſanitate, atque omnino de uirtutibus corporis, quàm de anima dici poteſt. Atque maniſeſtiſſimã id erit profectò, ſi quiſpiam operationes atque affectus animæ in aliquam harmoniam reducere nitatur. accommodare nanque per difficile eſt.*

### Explanatio.

Argumentum ſecundũ: Anima eſt cauſa motus. Harmonia eſt effectus conſurgens ex motu. Vt ex motu fidium oritur harmonia & concentus, ergo harmonia non mouet. ἁρμόζει ἤ. Argumentum tertium. Definitio eſt per quam rei natura & proprietates nobis innoteſcunt. Sed corporis habitus ſiue affectiones & opera innoteſcunt per harmoniã potius quàm anima, ergo anima non debet definiri per harmoniam, ſed corporis virtutes, vt ſanitas, quæ eſt compoſitio & ſymmetria qualitatum in corpore; morbus eſt diſſolutio ſymmetriæ.

### Particula LVII.

ἔτι δ' εἰ λέγομεν τὴν ἁρμονίαν, εἰς δύο ἀποβλέποντες· κυριώτατα μὲν τῶν μεγεθῶν ἐν τοῖς ἔχουσι κίνησιν καὶ θέσιν τὴν σύνθεσιν αὐτῶν. ἐπειδὰν οὕτω συναρμόζωσιν. ὥστε μηδὲν συγγενὲς παραδέχεσθαι. ἐντεῦθεν δὲ, καὶ τὸν τῶν μεμιγμένων λόγον. οὐδέτερως μὲν οὖν εὔλογον. ἡ δὲ σύνθεσις τῶν τοῦ σώματος μερῶν, λίαν εὐεξέταστος. πολλαί τε γὰρ συνθέσεις τῶν μερῶν, καὶ πολλαχῶς. τίνος οὖν ἢ πῶς ὑπολαβεῖν χρὴ τὸν νοῦν σύνθεσιν εἶναι, ἢ καὶ τὸ αἰσθητικὸν. ἢ ὀρεκτικόν.

*Præterea in duo reſpicientes harmoniam dicere conſueuimus, & propriiſſimè quidem earum magnitudinũ compoſitionem, quæ motum habent poſitionem ue, cùm ad eo ſunt coniunctæ, ut nihil eiuſdem generis inter ſeſe ſuſcipere poſſint. Hinc autem & verum rationem mixtarum. At neutro profectio modo conſentaneum eſt rationi, harmoniam animam appellare: neque partium corporis compoſitio facilis eſt admodum inquiſitionis: complures nanque compoſitiones ſunt, ut patet & ua-*

*& uariæ, partium. Cuius igitur, aut quonam pacto intellectum aut etiam ſenſitiuum aut appetitiuum compoſitionem eſſe putare oportet?*

Explanatio.

Argumẽtũ quartũ: Harmonia cócipitur aut ꝓ cópoſitione magnitudinũ, idq; vel in ſitu decenti, vt in ædificio partiũ, vel in motu decenti, vt in vocibus & ſonis: aut pro cópoſitionis proportione ex qualitatibus primis, elementis, & partibus ſimilaribus & diſsimilaribus totius corporis, vt animalis. [illegible] Neque primo modo eſt harmonia, quia ſunt diuerſę compoſitiones ſitus partium, & ideo diuerſę animę. Et ſi vna eſt, quærendum eſt cuius partis ſit compoſitio decora in ſitu, carniſne, an oſsis, an nerui, an partium organicarum, vt membrorum.

Particula LVIII.

ὁμοίως δὲ ἄτοπον, καὶ τὸν λόγον τῆς μίξεως εἶναι τὴν ψυχήν· οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἡ μίξις τῶν στοιχείων, καθ' ἣν σάρξ. καὶ καθ' ἣν ὀστοῦν. συμβήσεται οὖν πολλάς τε ψυχὰς ἔχειν, καὶ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα, εἴπερ πάντα μὲν ἐκ τῶν στοιχείων μεμιγμένων. ὁ δὲ τῆς μίξεως λόγος, ἁρμονία καὶ ψυχή.

*Similiter abſurdum eſt ſanè, mixtionis quoq; rationem animam eſſe putare: non enim elementorum mixtio rationem habet eandem in carne & oſſe, cæteriſq; corporis partibus fiet igitur vt complures habeat animas, per totumque corpus, ſi partes quidem vniuerſæ corporis ex elementis conſtent permiſtis: ratio verò mixtionis harmonia ſit, vt inquiunt, animaq;.*

Explanatio.

Neque etiam altero modo: quia proportiones compoſitionis multæ ſunt, & ideo multę animæ totum corpus formabunt. Sed corpus verum eſt per formam vnam. ergo non ſunt plures animæ. Nam elementa in vnam materiam coaleſcunt, & materia vna continuatur, quam format anima. & ideo anima vno, non multis ſubiectis nititur.

Particula LIX.

ἀπαιτήσειε δ' ἄν τις τοῦτο. καὶ παρ' Ἐμπεδοκλέους. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν ἐν λόγῳ τινί φησιν εἶναι. πότερον οὖν λόγος ἐστὶ ἡ ψυχή, ἢ μᾶλλον ἕτερόν τι οὖσα. ἐγγίνεται τοῖς μέλεσιν. ἔτι δὲ πότερον ἡ φιλία τῆς τυχούσης αἰτία μίξεως, ἢ τῆς κατὰ τὸν λόγον. καὶ αὕτη πότερον ὁ λόγος ἐστίν, ἢ παρὰ τὸν λόγον ἕτερόν τι.

*Id etiam quiſpiam & ab Empedocle non iniuria petet: vnamquanque namque partium aliqua ratione dicit eſſe confectam. Vtrum igitur non ipſa ſit anima, an potius ſit aliquid aliud anima, & ipſis membris aduenit? Præterea vtrum cuiuſuis mixtionis ſine ullo diſcrimine cauſa ſit ipſa concordia, an eius quæ ratione conficitur? & hæc vtrum ſit ipſa anima, an aliquid diuerſum à ratione?*

Explanatio.

Argumentum quintum: Hæc opinio eſt valde dubia, quia poſſumus de tribus interrogare Empedoclem, qui opinatur animam eſſe harmoniam, & concordiam eſſe cauſam generationis harmoniæ, diſcordiam verò diſſolutionis. Primum, vtrum anima ſit proportio membrorum corporis, an quippiam aliud inſuper additum. Deinde an concordia ſit cauſa vniuſcuiuſque mixtionis, an tantum mixtionis ſecundum rationem. Poſtremò an concordia ſit proportio, an quippiam aliud præter proportionem. παρ' Ἐμπεδοκλέους. Cicero 1. Tuſcul. quæſt. attribuunt Ariſtoxeno Muſico hanc opinionem, animam videlicet eſſe harmoniam.

Particula LX.

ταῦτα μὲν οὖν ἔχει τοιαύτας ἀπορίας. εἰ δ' ἐστὶν ἕτερον ἡ ψυχὴ τῆς μίξεως, τί δή ποτε ἅμα τῷ σαρκὶ εἶναι ἀναιρεῖται καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις μορίοις τοῦ ζῴου. πρὸς δὲ τούτοις εἴπερ μὴ ἕκαστον τῶν μορίων ψυχὴν ἔχει, εἰ μὴ ἐστὶν ἡ ψυχὴ ὁ λόγος τῆς μίξεως, τί ἐστιν ὃ φθείρεται τῆς ψυχῆς ἀπολιπούσης.

*Hæc igitur tales dubitationes habere videntur. Verùm ſi anima diuerſum à miſtione ſit, vt diximus, cur vnà cum ratione carnis & cæterarum etiam animalis partium tollitur? Inſuper ſi non vnaquaque partium animam habeat, ſi non ſit anima ratio mixtionis, quid quid eſt quòd decedente corrumpitur anima?*

Explanatio.

εἰ δ' ἐστιν. Reſponſionem affert Empedoclis. Reſpondebat enim animam eſſe compoſitionem & proportionem compoſitionis, quia illa eſt forma, qua remota & intereunte, interit corpus formatum, & poſita ponitur. Sed talis eſt compoſitio & proportio. ergo anima eſt compoſitio & proportio, & ideo eſt harmonia. Ariſt. non ſoluit, ſed ſolutionem reijcit in ſecundum librum. antecedens enim eſt falſum. Nam ſublato aliquo accidente proprio aufertur res cui accidit, & tamẽ non eſt ſua forma. V. G. ſublato riſu vel frigiditate, aufertur homo vel glacies: tolle calorem ab igne, ignem quoque ſuſtuleris. non tamen idcirco eſt ſua forma.

Particula LXI.

ὅτι μὲν οὖν οὔθ' ἁρμονίαν οἷόν τε εἶναι τὴν ψυχήν, οὔτε κύκλῳ περιφέρεσθαι, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ κινεῖσθαι καθάπερ εἴπομεν. ἔστι καὶ κινεῖν ἑαυτήν. οἷον κινεῖσθαι μὲν, ἐν ᾧ ἐστι τοῦτο δὲ κινεῖσθαι ὑπὸ τῆς ψυχῆς· ἄλλως δ' οὐχ οἷόν τε κινεῖσθαι κατὰ τόπον αὐτήν.

*Ex his igitur quæ dicta ſunt patet animam nec harmoniam eſſe poſſe, nec orbe uerſari, per accidens tamen, vt diximus, moueri poteſt, & ſeipſam mouere: mouetur namque corpus in quo eſt, mouetur autem, vt patet, ab*

ani-

*anima. alio verò modo fieri nequit, vt ipſa moueatur motu ad locum accommodato.*

Explanatio.

Peroratio hæc eſt.

Particula LXII.

εὐλογώτερον δὲ, ἀπορήσειεν ἄν τις περὶ αὐτῆς, ὡς κινουμένης, εἰς τὰ τοιαῦτα ἀποβλέψας, φαμὲν γὰρ τὴν ψυχὴν, λυπεῖσθαι. χαίρειν. θαρρεῖν. φοβεῖσθαι. ἔτι δὲ ὀργίζεσθαί τε καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ διανοεῖσθαι ταῦτα ταῦτα δὲ πάντα, κινήσεις δοκοῦσιν. ὅθεν οἰηθείη τις, ἂν αὐτὴν κινεῖσθαι.

*At enim rectius de hac ipſa quiſpiam ad talia reſpiciens dubitabit, putabitque ipſam moueri. Dolere nãq; dicimus animam, gaudere, confidere timere, inſuper iraſci, ſentire, ratiocinari. quæ quidem omnia motus eſſe videntur. Quapropter ipſam quiſpiam exiſtimabit moueri.*

Explanatio.

Antiqui probabant animam moueri, quia mouet corpus. Sed firmiorem attuliſſent rationem ductam ab affectibus & operibus vt ira, odio, ratiocinio, quę quidem omnia dicuntur eſſe motus animi non corporis. Nam motus eſt duplex, aut fluxus formæ, aut forma fluens. fluxus eſt ipſa motio, vt calefactio: fluens eſt terminus motionis, & calor. Nam inquit Ariſt. 5. Phyſic. Ira ad calorem eſt quodammodo calor. et ideo dolorem, iram, lætitiam uocat motus Ariſt. quamuis ſint termini motus.

Particula LXIII.

τὸ δὲ, οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ λυπεῖσθαι ἢ χαίρειν, ἢ διανοεῖσθαι κινήσεις εἰσὶ, καὶ ἕκαστον κινεῖσθαι τούτων. τὸ δὲ κινεῖσθαι ἐστὶν ὑπὸ τῆς ψυχῆς. οἷον, τὸ ὀργίζεσθαι ἢ φοβεῖσθαι, τῷ τὴν καρδίαν ὡδὶ, κινεῖσθαι, τὸ δὲ, διανοεῖσθαι. ἢ τοιοῦτο. ἴσως ἢ ἕτερόν τι, τούτων δὲ συμβαίνει τὰ μὲν κατὰ φορὰν τινῶν κινουμένων τὰ δὲ κατὰ ἀλλοίωσιν. ποῖα δὲ καὶ πῶς, ἕτερός ἐστι λόγος.

*Verùm id non neceſſarium eſt. Nam etſi quàmmaximè dolere uel gaudere, uel ratiocinari motus ſunt, vel potius moueri ab anima eſt. Iraſci namque aut timere eſt hoc modo moueri cor: ratiocinari autem aut tale forſitan eſt, aut etiam aliud. Atque quædam iſtorum ſunt, cum aliqua latione mouentur: quædam, cum aliqua alterantur. Quænam uerò ſint illa, & quomodo ſunt, alia ratio eſt.*

Explanatio.

Reſpondet Ariſto. tametſi affectus & opera ſunt motus, non tamen neceſſario ſunt animæ, ſed compoſiti ex anima & corpore. τῷ τὴν καρδίαν ὡδὶ. Si affectus proficiſcuntur ab anima mouente, & corde moto, totius erunt compoſiti. τὸ δὲ διανοεῖσθαι. Intelligere eſt opus dubium, an ſit proprium animę, an commune cum corpore. i. an ſit motus ſine corpore, an cum corpore. Dubiè loquitur, quia nondũ hoc definiuit. Et hic eſt mos Ariſtotelis. τοιοῦτο. ſcilicet cum corpore, id eſt phantaſmate. ἕτερόν τι. id eſt ſine corpore. τὰ μὲν κατὰ φορὰν. Affectus animi ſunt motus aut mutationes loci, vt lætitia, in qua dilatatur cor: vt metus, in quo contrahitur. (Dilatatio & contractio ſunt loci mutationes aut alterationes) vt ira, quia corpus incaleſcit. Sed de affectibus aliàs dicetur, tum in Ethicis tum in Rhetoricis libris.

Particula LXIIII.

τὸ δὲ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν, ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν. ἢ οἰκοδομεῖν. βέλτιον γὰρ ἴσως, μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν ἢ μανθάνειν, ἢ διανοεῖσθαι ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. τοῦτο δὲ μὴ ὡς ἐν ἐκείνῃ τῆς κινήσεως οὔσης. ἀλλ' ὁτὲ μὲν μέχρις ἐκείνης. ὁτὲ δὲ, ἀπ' ἐκείνης. οἷον ἡ μὲν αἴσθησις ἀπὸ τωνδὶ. ἡ δ' ἀνάμνησις ἀπ' ἐκείνης, ἐπὶ τὰς ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις κινήσεις ἢ μονάς.

*Dicere autem animam iraſci uel timere, ſimile eſt, atque ſi quiſpiam animam texere dicat, uel ædificare. Nam melius eſt fortaſſe dicere non animam ſed hominem anima miſereri uel diſcere uel ratiocinari: idque non quia motus in illa ſit, ſed quia nonnunquam quidem vſque ad illam, nonnunquam uerò ab illa. veluti ſenſus quidem ex hiſce, recordatio autem ab illa ad eos motus uel ſtatus, qui ſunt in ipſorum ſenſuum inſtrumentis.*

Ex planatio.

Confirmat Ariſtot. non eſſe motus ſolius animæ, ſed coniuncti. quia compoſitum eſt quod agit & patitur. Agit quidem ratione formæ, quia eſt principium quo agit compoſitum. patitur ratione materiæ, quæ eſt principium quo patitur. Sed propriè compoſitum agit & patitur. Et ideo ſi quis contendat animam agere aut pati, mouere aut moueri, perinde eſt ac ſi contendat animam texere aut ædificare, quia homo texit aut ædificat.

τοῦτο δὲ μὴ ὡς. Tales motus non ſunt in anima, ſed ſunt ab anima, tanquam à principio quo fit motus.

ἀλλ' ὁτὲ μὲν. Duobus modis ſunt ab anima, aut quia ab exterioribus obiectis mouetur, qualis eſt ſenſus, qui à ſenſibilibus cietur exterioribus, & uſq; ad animam pertinent; aut ab anterioribus phantaſmatibus tanquam ab illa, qualis eſt motus qui dicitur recordatio. Sed omnis motus eſt in ſenſoriis, id eſt in corpore, & quies. ergo vt materia omnis affectus eſt in corpore. vt ira eſt feruor ſanguinis in corde. vt forma omnis affectus eſt in anima, quia ira vel dolor vel metus eſt paſsio vitalis facultatis conſurgens ex illa materia corporea commota.

Particula LXV.

ὁ δὲ νοῦς, ἔοικεν ἐγγίνεσθαι, οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι. μάλιστα γὰρ ἐφθείρετ' ἂν ὑπὸ τῆς ἐν τῷ γήρᾳ

ἀμαυ-

ἀμαυρώσεως. νῦν δ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων συμβαίνει. εἰ γὰρ λάβοι ὁ πρεσβύτης ὄμμα τοιονδί, βλέποι ἂν ὥσπερ καὶ ὁ νέος. ὥστε τὸ γῆρας, οὐ τῷ τὴν ψυχήν τι πεπονθέναι, ἀλλ' ἐν ᾧ, καθάπερ ἐν μέθαις καὶ νόσοις.

*Intellectus autem aduenire uidetur, & ſubſtantia quædam eſſe & non corrumpi. Nam ab ea maximè quæ in ſenectute fit offuſcatione corrumperetur. Nūc autem perinde fit atque in ſenſuum inſtrumentis: etenim ſi ſenex talem acciperet oculum, uideret ſicut & iuuenis. Quare ſenectus non eſt, quia anima quicquam eſt paſſa, ſed quia id, in quo eſt aliquid, paſſum eſt: quemadmodum in ebrietatibus & morbis fieri ſolet.*

Explanatio.

De ſententia antiquorum philoſophorum mens eſt immortalis,& non interit; tametſi mens ſeparatur ſiue anima, Ariſt. inquit eius tamen opus quod iudicatur eſſe proprium,non eſt in anima, quia anima non intelligit, ſed eſt principium intelligendi, quia eſt in cōpoſito ſiue homine qui intelligit. Anima enim neque mouetur neque patitur, ſed ſenſorium compoſitum ex anima & corpore. Quod anima non patiatur,id ſignum eſt, quòd ſi ſenex acciperet oculū iuuenis,æquè cerneret ac iuuenis,quoniam anima non patitur,vt poteſt intelligi ex morbis,nam corpus animatum conficitur.

Particula LXVI.

καὶ τὸ νοεῖν δὴ καὶ τὸ θεωρεῖν μαραίνεται, ἄλλου τινὸς ἔσω φθειρομένου. αὐτὸ δὲ ἀπαθές ἐστι. τὸ δὲ διανοεῖσθαι καὶ φιλεῖν ἢ μισεῖν, οὐκ ἔστιν ἐκείνου πάθη, ἀλλὰ τουδί, τοῦ ἔχοντος ἐκεῖνο, ᾗ ἐκεῖνο ἔχει. διὸ καὶ τούτου φθειρομένου, οὔτε μνημονεύει, οὔτε φιλεῖ. οὐ γὰρ ἐκείνου ἦν, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ, ὃ ἀπόλωλεν. ὁ δὲ νοῦς ἴσως θειότερόν τι καὶ ἀπαθές ἐστι. ὅτι μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε κινεῖσθαι τὴν ψυχήν, φανερὸν ἐκ τούτων. εἰ δ' ὅλως μὴ κινεῖται, δῆλον ὡς οὐδ' ὑφ' ἑαυτῆς.

*Et ipſum igitur intelligere ac contemplari marceſcit, quia aliud quoddam intus corrumpitur, ipſum autem paſsione uacat. Ratiocinari uerò & amare aut odiſſe non ſunt illius affectus, ſed huiuſce quod habet illud, ea ratione qua illud habet. Quapropter & hoc corrupto nec recordatur nec amat: nō enim erant illius, ſed ipſius communis, quod quidem periṫ. Intellectus autem diuinum quid eſt fortaſſe, paſsioneque vacat. eſſe igitur impoſsibile moueri animam, perſpicuū ex iam dictis euaſit. Quòd ſi omnino non motu cietur, patet nec à ſeipſa motu cieri.*

Explanatio.

Quòd anima non patiatur,ſed compoſitum animatum,id oſtendunt opera & munera animę,vt intelligere & contemplari,quæ corrumpuntur, corrupto interiore ſenſorio,quod eſt compoſitum.Nam anima fortaſsis eſt quid diuinum & impatibile. Sed paſsio eſt compoſiti.

Particula LXVII.

πολὺ δὲ τῶν εἰρημένων ἀλογώτατον, τὸ λέγειν ἀριθμὸν εἶναι τὴν ψυχὴν κινοῦνθ' ἑαυτόν. ὑπάρχει γὰρ αὐτοῖς ἀδύνατα, πρῶτα μὲν, τὰ ἐκ τοῦ κινεῖσθαι συμβαίνοντα. ἴδια δὲ ἐκ τοῦ λέγειν αὐτὴν ἀριθμόν. πῶς γὰρ χρὴ νοῆσαι μονάδα κινουμένην, καὶ ὑπὸ τίνος. καὶ πῶς, ἀμερῆ καὶ ἀδιάφορον οὖσαν; εἰ γάρ ἐστι κινητικὴ, καὶ κινητὴ, διαφέρειν δεῖ.

*Atqui numerum animam eſſe dicere ſeipſum motu cientem, multò longius quàm ea quæ dicta ſunt à ratione diſtare uidentur. Nam iis qui id aſſerunt ea primum impoſsibilia quæ emergūt ex motu, deinde propria quædam ex eo, quia dicunt ipſam numerum eſſe, eueniunt. Quo nanque modo unitatem mouere intelligere oportet, & à quo, & quonam pacto, cùm impartibilis ſit, & nullam habeat differentiam? ſi enim motiua ſit atque mobilis; diuerſam eſſe oportet.*

Explanatio.

Qui affirmant animam eſſe numerum ſeipſum mouentem,hoc eſt vnitatem,illis incumbunt multa incommoda,partim nata ex motu,partim ex ſingularitate. Ex hac quidem,quia ſingularitas eſt indiuidua, omne autem quod mouetur diuiditur in duas partes,in partem per ſe mouentem,& partem per ſe motam, & vtranque diuerſam alteram ab altera. Si igitur ſeipſam moueat, & à ſe moueatur, à ſeipſa differet,atque indiuidua diuidetur.

Particula LXVIII.

ἔτι δ' ἐπεί φασι κινηθεῖσαν γραμμὴν ἐπίπεδον ποιεῖν, στιγμὴν δὲ γραμμήν. καὶ αἱ τῶν μονάδων κινήσεις, γραμμαὶ ἔσονται. ἡ γὰρ στιγμὴ, μονάς ἐστι, θέσιν ἔχουσα. ὁ δ' ἀριθμὸς τῆς ψυχῆς, ἤδη πού ἐστι, καὶ θέσιν ἔχει. ἔτι δ' ἀριθμοῦ μὲν, ἐὰν ἀφέλῃ τις ἀριθμὸν ἢ μονάδα, λείπεται ἄλλος ἀριθμός. τὰ δὲ φυτὰ καὶ τῶν ζῴων πολλὰ διαιρούμενα, ζῇ καὶ δοκεῖ τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἔχειν τῷ εἴδει.

*Præterea cùm lineam quidem motione ſuperficiem facere dicant, punctum autem lineam, vnitatum etiā motus erunt continuò lineæ: punctum enim unitas eſt poſitionem habens, atque numerus animæ iam alicubi eſt poſitionemque habet. Præterea ſi quis à numero numerum uel vnitatem abſtulerit, alius relinquitur numerus. Atqui plantæ multaque animalium viuunt diuiſa, & tandem animam ſpecie uidentur habere.*

Explanatio.

Argumentum ſecundum. Anima per ſe mouetur,vt placet antiquis. Quod per ſe mouetur, eſt in loco & habet poſituram ergo vnio in loco eſt & habet poſituram.quia anima eſt vnio,ſed vnio hoc ipſo differt à puncto,quòd punctus habet poſituram, quia eſt in continuo, eſt enim quo partes copulantur. Deinde motus punctus efficit lineam, vt linea

ſuper-

ſuperficiem. ἔτι δ᾽ ἀριθμοῦ. Argumentum tertium: Numerus diuiſus relinquitur diuerſus ab eo qui fuerat ſpecie: nam numeri ſpecie differunt. Sed anima diuiſa non relinquitur diuerſa ſpecie. ergo non eſt numerus. Animam diuidi intellige, quia ſtirpes & corpora quorundam animalium, vt lacertorum, diuiſa viuunt & ſeruant eandem animam ſpecie.

## Particula LXIX.

δόξειε δ᾽ ἂν οὐδὲν διαφέρειν, μονάδας λέγειν, ἢ σωμάτια μικρά. καὶ γὰρ ἐκ τῶν Δημοκρίτου σφαιρίων, ἐὰν γένωνται στιγμαί, μόνον δὲ μένῃ τὸ πόσον, ἔσται τι ἐν αὐτῷ τὸ μὲν κινοῦν, τὸ δὲ κινούμενον. ὥσπερ ἐν τῷ μεγέθει. οὐ γὰρ διὰ τὸ μεγέθει διαφέρειν ἢ σμικρότητι τοῦτο συμβαίνει τὸ λεχθὲν, ἀλλ᾽ ὅτι ποσόν. διὸ ἀναγκαῖον εἶναί τι τὸ κινῆσον τὰς μονάδας. εἰ δ᾽ ἐν τῷ ζώῳ, τὸ κινοῦν ἡ ψυχὴ, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ, ὥστ᾽ οὐ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ τὸ κινοῦν μόνον.

*Atqui nihil referre videbitur, unitates dicantur, an corpuſcula parua. Etenim ſi puncta fiant ex Democriti pilulis, modo maneat quantitas, erit in ipſis aliud quidem quod mouet, aliud autem quod mouetur, ſicut in magnitudine. Non enim quia magnitudine differrunt, aut paruitate, id quod dictum eſt accidit, ſed quia ſubeunt quãtitatem. Quocirca neceſſe eſt aliquid eſſe quod ipſas unitates mouebit. Quòd ſi id, quod in animali mouet, anima eſt. & id quod in numero mouet anima eſt. Quare anima non eſt id quod mouet atq; mouetur, ſed id quod mouet duntaxat.*

## Explanatio.

Omne quod mouetur habetur quantitatem. Sed anima mouetur. ergo habet quantitatem. Quod habet quantitatem, diuiditur in partes, vnam per ſe mouentem, alteram per ſe motam. ſed anima eſt unitas. ergo unitas erit ueluti corpuſculum rotundum & veluti punctum naturale diuidua. Sed indiuidua eſt. ergo anima tantum mouebit & non mouebitur, quia non poteſt diuidi in partem mouentem & motam. Eſtque argumentum quartum.

## Particula LXX.

ἐνδέχεται δὲ πῶς μονάδα ταύτην εἶναι. δεῖ γὰρ ὑπάρχειν αὐτῇ τις διαφορὰν πρὸς τὰς ἄλλας. στιγμῆς δὲ μοναδικῆς, τίς ἂν εἴη διαφορὰ, πλὴν θέσις. εἰ μὲν οὖν ἕτεραι αἱ ἐν τῷ σώματι μονάδες, ἢ στιγμαί, ἐν τῷ αὐτῷ ἔσονται αἱ μονάδες. καθέξει γὰρ χώραν στιγμῆς. καί τοι τί κωλύσει ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι, εἰ δύο καὶ ἀπείρους, ὧν γὰρ ὁ τόπος ἀδιαίρετος, καὶ αὐτά.

*At verò qui fieri poteſt, & hæc vnitas ſit? Oportet enim ipſius à cæteris aliquam differentiam eſſe. At vnici puncti quaenam præter poſitionem eſſe differentia poteſt? ſi igitur unitates puncta ue quæ ſunt in corpore, diuerſa ſunt ab unitatibus animæ atque punctis, erunt ipſæ vnitates in eodem profecto loco. Punctum enim animæ locum occupabit puncti corporis. Atqui quid obſtabit ac probibebit, ut ſi duo puncta ſunt ſimul in eodem loco, & plura ſint duobus ac infinita? Quorum enim locus indiuiſibilis eſt, & ipſa indiuiſibilia ſunt.*

## Explanatio.

Argumentum quintum. Si anima eſt unitas, quęritur, quomodo differrat à cæteris vnitatibus ſi differunt motu & poſitura, erunt puncta. Sed corpora cum habeant puncta, ſunt futura in eodem loco puncta animæ & corporis. Si ſingula, ergo & duo & infinita eundem occupabunt locum. quia quorũ locus eſt indiuiduus, ea non requirunt iũcta maiorẽ locum quàm ſingula, quia in vnum congeſta nõ efficient maiorem molem.

## Particula LXXI.

εἰ δ᾽ αἱ ἐν τῷ σώματι στιγμαὶ εἰσὶν ὁ ἀριθμὸς ὁ τῆς ψυχῆς, ἢ εἰ ὁ ἐκ τῶν ἐν τῷ σώματι στιγμῶν ἀριθμὸς ἡ ψυχὴ, διὰ τί οὐ πάντα ψυχὴν ἔχουσι τὰ σώματα. στιγμαὶ γὰρ ἐν ἅπασι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ ἄπειροι. ἔτι δὲ πῶς οἷόν τε χωρίζεσθαι τὰς ψυχὰς καὶ ἀπολύεσθαι τῶν σωμάτων, εἴ γε μὴ διαιροῦνται αἱ γραμμαὶ εἰς τὰς στιγμάς.

*Sin verò puncta quæ ſunt in corpore ſint ipſe numerus animæ, uel ſi numerus qui ex punctis cõſtat quæ ſunt in corpore ſit anima, cur non omnia corpora animam habent? Nam in cunctis puncta eſſe videntur, & etiã infinita. Inſuper qui fieri poteſt ut ſeparentur ac abſoluantur à corporibus ipſa puncta, ſi quidem lineæ non diuiduntur in puncta.*

## Explanatio.

Si verò nõ differunt pũcta corporis à punctis animæ, cur non omnia corpora habent animam? Nam corpora cuncta conſtituuntur ſuis partibus. Hic terminatur dilemma.

ἔτι δὲ πῶς. Sextum argumentum: ſuperficies non abiungitur à linea, neque linea à punctis. ergo anima non diſcedet neq; ſeparabitur à corporibus, quod repugnat dogmati Xenocratis.

## Particula LXXII.

συμβαίνει δὲ καθάπερ εἴπομεν, τῇ μὲν, ταὐτὸ λέγειν τοῖς σῶμά τι λεπτομερὲς αὐτὴν τιθεῖσι. τῇ δ᾽ ὥσπερ Δημόκριτος κινεῖσθαί φησιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς, ἴδιον τὸ ἄτοπον. εἴπερ γὰρ ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἐν παντὶ τῷ αἰσθανομένῳ σώματι, ἀναγκαῖον ἐν τῷ αὐτῷ δύο εἶναι σώματα, εἰ σῶμά τι ἡ ψυχή. τοῖς δ᾽ ἀριθμὸν λέγουσιν, ἐν τῇ μιᾷ στιγμῇ πολλὰς στιγμάς. ἢ πᾶν σῶμα ψυχὴν ἔχειν, εἰ μὴ διαφέρων τις ἀριθμὸς ἐγγίνεται καὶ ἄλλος τις τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν τῷ σώματι στιγμῶν.

*Fit autẽ vti diximus, ut partim idem ij dicant, quod illi, qui corpus quiddam ſubtilium partium animam eſſe dixerunt: partim proprium ipſos comitetur abſurdum, corpus ab anima perinde moueri, atque Democritus aſſerebat. Nam cùm anima ſit in omni corpore ſentien-*

*te, neceſſe eſt in eodem duo corpora eſſe, ſi anima corpus aliquod eſſe ponatur. Et horum etiam ſententia, qui animam numerum eſſe cenſent, fit ut in vno puncto multa ſint puncta, aut omne corpus habeat animam, ſi non numerus quiſpiam alius atque diuerſus à punctis ipſius corporis ſuperueniat.*

### Explanatio.

Septimum argumentum. Ex his quę hactenus dicta ſunt ſequitur animam eſſe corpus indiuiduum & mouere corpus. Si corpus eſt, tunc duo corpora erũt in eodem loco, quia anima eſt tota in toto corpore, & in quacunque parte. Si non eſt corpus, ſed punctus, multa quoque erunt puncta in eodem loco. Hæc puncta aut differunt à punctis corporum, aut non. Si differunt, ergo diuerſa puncta erunt in eodem loco. Si ſunt eadem, ergo omne corpus habebit animam, quia omne corpus habet puncta. συμβαίνει. ſ. primum abſurdum. λεπτομερὲς. i. indiuiduum. ἴδιον. i. ſecundum abſurdum.

### Particula LXXIII.

συμβαίνει τε κινεῖσθαι τὸ ζῷον, ὑπὸ τοῦ ἀριθμοῦ καθάπερ καὶ Δημόκριτον ἔφαμεν, αὐτὸ κινεῖν. τί γὰρ διαφέρει σφαίρας λέγειν μικρὰς, ἢ μονάδας μεγάλας, ἢ ὅλως μονάδας φερομένας. ἀμφοτέρως γὰρ ἀναγκαῖον κινεῖν τὸ ζῷον, τῷ κινεῖσθαι αὐτάς.

*Fit etiam ut animal à numero perinde moueatur, atque Democritum diximus idipſum moueri cēſere. Quid enim intereſt, paruæ pilæ dicantur, an unitates magnæ, uel vnitates animo quæ agitantur motu? vtroque namque modo neceſſe eſt ipſas ex eo mouere animal, quia ipſæ motu cientur.*

### Explanatio.

Democritus opinabatur ideo animal moueri, quia corpuſcula indiuidua ſeſe mouerent. Sic quoque Xenocrates & Plato ſtatuunt animal moueri, quia numerus ſiue vnitas ſe mouet. Si ita res ſe haberet, animal non moueret ſponte naturæ, ſed vi potius. Hoc eſt ſecundum abſurdum. Δημόκριτον ἔφαμεν αὐτὸ κινεῖν. Democritus mouet animal. i. indicat corpuſcula mouerit animal, ſicuti alibi dixit, ὁ Πλάτων γεννᾷ τὸν οὐρανόν. id eſt putat mundum eſſe genitum.

### Particula LXXIIII.

τοῖς δὴ συμπλέξασιν εἰς τὸ αὐτὸ κίνησιν, καὶ ἀριθμὸν, ταῦτά τε συμβαίνει καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα. οὐ γὰρ μόνον ὁρισμὸν ψυχῆς ἀδύνατον τοιοῦτον εἶναι, ἀλλὰ καὶ συμβεβηκός. δῆλον δ᾽ εἴ τις ἐπιχειρήσειεν ἐκ τοῦ λόγου τούτου τὰ πάθη καὶ τὰ ἔργα τῆς ψυχῆς ἀποδιδόναι. οἷον, λογισμοὺς. αἰσθήσεις, ἡδονὰς, λύπας καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ὥσπερ γὰρ εἴπομεν πρότερον, οὐδὲ μαντεύσασθαι ῥᾴδιον ἐξ αὐτῶν.

*His igitur qui motum ac numerum in aſsignanda anima coniunxerunt, hæc quæ dicta ſunt abſurda & alia huiuſcemodi multa eueniunt. Eſt enim impoſsibile non ſolum definitionem animæ talem eſſe, ſed etiam accidēs. Quod quidem patet, ſi quis ex hac ratione operationes atque affectus animæ conabitur aſsignare, cogitationes inquam, ſenſus, uoluptates, dolores, & cætera iſtiuſmodi. nam ut prius diximus, neque uaticinari ex ipſis facile poſſumus.*

### Explanatio.

Definiebant veteres animam per motum & numerum, hoc eſt eſſe numerum ſeipſum mouentem. Sed hæc definitio non ſolum non poteſt eſſe animæ definitio, id eſt de animæ natura & eſſentia, ſed neq; accidens. Quia aut eſſent affectus aut opera. Sed hoc ne quidem diuinare poſſumus, quomodo ſint accidens, quia neque affectus neque opus illum definitur per materiam & motum. Itaque definientibus animam per motum & numerum, hæc & alia longe plura impoſsibilia accidunt.

### Particula LXXV.

τριῶν δὲ τρόπων παραδεδομένων, καθ᾽ οὓς ὁρίζονται τὴν ψυχὴν, οἱ μὲν, τὸ κινητικώτατον ἀπεφήναντο, τῷ κινεῖν ἑαυτό. οἱ δὲ, σῶμα τὸ λεπτομερέστατον. ἢ τὸ ἀσωματώτατον τῶν ἄλλων. ταῦτα δὲ τίνας ἀπορίας τε καὶ ὑπεναντιώσεις ἔχει, διεληλύθαμεν σχεδόν. λείπεται δ᾽ ἐπισκέψασθαι, πῶς λέγεται τὸ ἐκ τῶν στοιχείων αὐτὴν εἶναι. λέγουσι μὲν γὰρ ἵν᾽ αἰσθάνηταί τε τῶν ὄντων καὶ ἕκαστον γνωρίζῃ.

*Tribus autem traditis modis, quibus antiqui definiũt animam, duos iam reprobauimus, & quas habet utraque ſententia dubitationes contrarietateſque penè diximus: & eam inquam, quæ maximè motiuum ipſam eſſe ex eo ponit, quia ſeipſam mouet: & eam quæ corpus ipſam ſubtiliſsimarum partium, aut magis quàm cætera incorporeum eſſe cenſet. Reſtat igitur tertius modus atque ſententia, quæ ipſam aſſerit ex elementis cõſtare, quam quidem deinceps conſideremus oportet. Atq; patet ob hoc, ex elementis animam conſtare quoſdam dixiſſe, ut ſentiat ea quæ ſunt, & rerum vnamquanque cognoſcat.*

### Explanatio.

Tres extiterunt opiniones. Prima fuit, animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. altera eſſe corpus indiuiduum, vel aliquid corporis, vel eſſe formã corporis. tertia, animam conſtare ex elementis. Refutatis duabus primis opinionibus, ad tertiã aggreditur. Erit ergo μετάβασις.

τὸ κινητικώτατον. Quia opinabantur eſſe numerum mouentem tantum, ſed immotum.

λεπτομερέστατον. Corpus indiuiduum, quia contendebant eſſe numerum motum, id eſt vnionem motam, & ideo corpus. quia omne quod mouetur corpus eſt.

ἀσω-

ἀσωματώτατον. Non eſſe corpus, ſed formam corporis, vt harmoniam & proportionem.

λέγουσι μὲν γὰρ. Anima omnia cognoſcit. Sed quod cognoſcitur, ſit ſimile cognoſcenti. ſed cuncta ſunt compoſita ex elementis. ergo anima componetur ex elementis.

Particula LXXVI.

ἀναγκαῖον δὲ συμβαίνειν πολλὰ καὶ ἀδύνατα τῷ λόγῳ. τιθένται γὰρ γνωρίζειν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἰ τὴν ψυχὴν τὰ πράγματα τιθέντες. οὐκ ἔστι δὲ μόνα ταῦτα, πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα, μᾶλλον δ᾽ ἴσως ἄπειρα τὸν ἀριθμὸν, τὰ ἐκ τούτων.

*At hanc ſententiam multa profectò comitantur abſurda, atque eorum quamplurima, quæ fieri nequeunt. Aſſerūt enim ſimili cognoſcere ſimile, quaſi animas res ipſas eſſe ponentes. Verùm non elementa ſunt ſolum, ut patet, ſed præterea multa ſunt etiam alia. quin potius infinita fortaſſe numero, quæ conſtant ex ipſis ac componuntur.*

Explanatio.

τιθένται. Ponit fundamenta huius opinionis: Quod cognoſcitur ſit ſimile cognoſcenti. Sed elementa cognoſcūtur, & anima cognoſcit. ergo oportet animam componi ex elementis. alioqui non cognoſcentur. ὥσπερ ἂν εἰ. Primum impoſsibile: Si elementa concurrint ad eſſentiam animæ, vt materia & forma ad eſſentiam rei cōpoſitę, tunc res erunt in anima, non rerum exemplaria & ſpecies. Non enim terra eſt in anima, ſed ſpecies & ſimulachrum terræ aut aliorum elementorum. μόνα ταῦτα. ſ. ἀδύνατα. Non ſolum elementa erunt in anima, ſed etiam alia infinita corpora ex elementis compoſita. & hac ratione erit ſecundum impoſsibile.

Particula LXXVII.

ἐξ ὧν μὲν οὖν ἐστιν ἕκαστον τούτων, ἔστω γινώσκειν τὴν ψυχὴν καὶ αἰσθάνεσθαι. ἀλλὰ τὸ σύνολον τίνι γνωριεῖ ἢ αἰσθήσεται. οἷον, τί θεός, ἢ ἄνθρωπος, ἢ σάρξ, ἢ ὀστοῦν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν συνθέτων. οὐ γὰρ ὁπωσοῦν ἔχοντα τὰ στοιχεῖα τούτων ἕκαστον, ἀλλὰ λόγῳ τινὶ καὶ συνθέσει. καθάπερ φησὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὸ ὀστοῦν. ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐστέρνοις χοάνοισι τὰ δύο τῶν ὀκτὼ μοιράων λάχε νήστιδος αἴγλης. τέσσαρα δ᾽ ἡφαίστοιο. τὰ δ᾽ ὀστέα, λευκὰ γένοντο. οὐδὲν οὖν ὄφελος εἶναι τὰ στοιχεῖα ἐν τῇ ψυχῇ, εἰ μὴ καὶ οἱ λόγοι ἐνέσονται, καὶ ἡ σύνθεσις. γνωριεῖ γὰρ ἕκαστον, τὸ ὅμοιον τὸ δὲ ὀστοῦν ἢ τὸν ἄνθρωπον οὐδὲν, εἰ μὴ ταῦτ᾽ ἐνέσται τοῦτο δ᾽ ὅτι ἀδύνατον, οὐδὲν δεῖ λέγειν. τίς γὰρ ἂν ἀπορήσειεν, εἰ ἔνεστιν ἐν τῇ ψυχῇ λίθος, ἢ ἄνθρωπος. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ μὴ ἀγαθόν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

*Sit igitur ea cognoſcere ſentireque animam, ex quibus illorum unumquodque componitur. At totum ipſum cōpoſitum quo cognoſcet quæſo uel ſentiet? ut quid ſit Deus, vel homo, vel os, uel caro, & cæterorū compoſitorum vnumquodque ſimiliter. Non enim vnumquodque iſtorum eſt ipſa elementa quouis ſeſe habentia modo ſine ullo diſcrimine, ſed ex ipſis vnumquodque cōficitur ratione quadam cōpoſitione ue, quemadmodum & Empedocles ex elementis os conſtare ait. Dicit enim.*

*Cœperat ante duas tellus iuſtiſsima vaſis.*
*Aeris at fontis partes, Vulcanus & ipſe.*
*Quatuor ex octo adiunxit, quis candida, magna,*
*Vis fœcundaque naturæ confecerat oſſa.*

*Nihil igitur elementa proſunt, ſi ſint in anima, niſi rationes etiam inſint & cōpoſitio. Vnumquodque enim cognoſcet ſimile: os autem aut hominem non cognoſcet profectò, niſi etiam ipſa inſint. Hoc autem non opus eſt unum eorum eſſe dicere, quæ fieri nequeunt. Quis n. ambiget unquā, ſi lapis, uel homo, uel equus inſit in anima, & bonum ſimiliter, & non bonum. & de cæteris identidem rebus.*

Explanatio.

οὐ γὰρ ὁπωσοῦν. Tertium impoſsibile. Res componuntur variæ ex uaria proportione elementorum. ergo in anima non ſolum erunt res compoſitæ, ſed etiam earum proportiones & compoſitiones. Si cognoſcit naturam rerum, debet cognoſcere proportionem & compoſitionem earum.

ἡ δὲ χθὼν. Opinatur ad compoſitionem oſsis cōcurrere duas partes terræ, vnam aquæ, vnam aeris, & quatuor ignis, quia oſſa albicant, ſiquidem exuſtio ſit cauſa alboris, exuſtio inquam immoderata, nam moderata eſt cauſa nigroris, vt clarum eſt in carbone, qui ſi plus exuratur, deſciſcit in cinerem trahentem colorem album. Id autem euenit ex immoderata vſtione.

οὐδὲν οὖν ὄφελος. Nihil conferent res compoſitę ad cognitionem, niſi adſint earum quoque compoſitiones & proportiones. quia cognoſcere eſt ſcire naturam rerum & ſua omnia accidentia.

ὁμοίως δέ. Quartum impoſsibile. In anima ſimul erunt duo contraria & contradicentia. Sed id non eſſet impoſsibile, ſi eſſent rerum ſimulachra & notiones, non res.

Particula LXXVIII.

ἔτι δὲ, πολλαχῶς λεγομένου τοῦ ὄντος, σημαίνει γὰρ τὸ μὲν, τόδε τι, τὸ δὲ ποσόν. ἢ ποιόν, ἢ καί τινα ἄλλην τῶν διαιρεθεισῶν κατηγοριῶν, πότερον ἐξ ἁπάντων ἔσται ἡ ψυχὴ, ἢ οὔ. ἀλλ᾽ οὐ δοκεῖ κοινὰ πάντων εἶναι στοιχεῖα. ἆρ᾽ οὖν ὅσα τῶν οὐσιῶν, ἐκ τούτων μόνον. πῶς οὖν γινώσκει ὅτι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ἢ φήσουσιν ἑκάστου γένους εἶναι στοιχεῖα καὶ ἀρχὰς ἰδίας, ἐξ ὧν τὴν ψυχὴν συνεστάναι. ἔσται ἄρα καὶ ποσὸν, καὶ ποιὸν, καὶ οὐσία. ἀλλ᾽ ἀδύνατον ἐκ τῶν τοῦ ποσοῦ στοιχείων οὐσίαν εἶναι, καὶ μὴ ποσόν. τοῖς δὴ λέγουσιν ἐκ πάντων, ταῦτά τε καὶ τοιαῦθ᾽ ἕτερα συμβαίνει.

*Præterea cum id quod eſt multipliciter dici ſoleat (quoddam enim ſubſtantiam, quoddam quantitatem aut qualitatem, aut aliquid aliud enumeratorum iam prædi-*

*prædicamentorum ſignificat) utrum ex uniuerſis an non ex uniuerſis anima conſtet? At non uidentur communia omnium eſſe elementa. Ex hiſce ne igitur ſolis conſtat, quæ ſubſtantiarum ſunt elementa? At quonam pacto cæterorũ etiam unũquodque cognoſcit? An dicent uniuſcuiuſque generis elementa propria atque principia eſſe ex quibus anima conſtat? Erit igitur ipſa & quantitas & qualitas & ſubſtantia. At fieri nequit, ut ex quantitatis elementis ſubſtantia ſit, non quantitas. Hos igitur qui cenſent animam ex uniuerſis conſtare, hæc & huiuſcemodi alia comitantur.*

### Explanatio.

Ens diuiditur in decem ſumma rerum genera ſiue decem categorias. Anima cognoſcit res omnes, ergo anima comparetur ex rebus omnibus vt ſubſtantia, vt quantitate, & reliquis generibus rerũ. Si igitur cõponitur ex elementis, componetur ex elementis,& principijs ſubſtantiæ,ergo anima erit ſubſtantia. Quomodo ergo cognoſcit alia genera rerum?Sin autẽ componatur ex elementis quantitatis & qualitatis & aliorum accidentiũ, non erit ſubſtãtia,ſed accidens.quod aduerſatur dogmati antiquorum,qui profitentur eſſe ſubſtantiam. πολλαχῶς.ſ. ἀναλογικῶς. τόδε τι.i.ſubſtantiam. ἀλλ' οὐ δοκεῖ. Quia ſunt alia elementa ſubſtantiæ,& alia elementa & principia aliorum generum rerum.i. accidentiũ, & alia elementa ſubſtantiæ.

### Particula LXXIX.

ἄτοπον δὲ καὶ τὸ φάναι μὲν ἀπαθὲς εἶναι τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. αἰσθάνεσθαι δὲ τὸ ὅμοιον. τοῦ ὁμοίου, καὶ γινώσκειν τῷ ὁμοίῳ, τὸ ὅμοιον. τὸ δ' αἰσθάνεσθαι πάσχειν τι καὶ κινεῖσθαι τιθέασιν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ νοεῖν τε καὶ γινώσκειν. πολλὰς δὲ ἀπορίας καὶ δυσχερείας ἔχοντος τοῦ λέγειν καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς, ὡς τοῖς σωματικοῖς στοιχείοις ἕκαστα γνωρίζεται καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον, μαρτυρεῖ τὸ νῦν λεχθέν. ὅσα γάρ ἐστιν ἐν τοῖς τῶν ζῴων σώμασιν ἁπλῶς γεηρά, οἷον ὀστᾶ. νεῦρα. τρίχες. οὐδενὸς αἰσθάνεσθαι δοκεῖ. ὥστ' οὐδὲ τῶν ὁμοίων. καίτοι προσῆκεν.

*Abſurdum eſt etiam,ſimile quidem à ſimili non pati dicere:ſimile uerò ſentire ſimile,ſimilique cognoſcere ſimili putare atq; aſſerere. Deinde ſentire pati quoddam eſſe moueriquè ponere, & intelligere ſimiliter & cognoſcere. Atqui multas dubitationes ac difficultates Empedoclis habere ſententiam, corporeis inquam elementis & ſibi ſimilibus cognoſci res ſingulas teſtatur id,quod experientia latè patet. Partium enim animalium corporum ea quæ ſunt ſimpliciter terra, ut oſſa, nerui,pili,nihil ſentire uidentur. Quare neque ſimilia ſibi. At oportebat tamen.*

### Explanatio.

Impoſsibile ſextum: Affirmant primum, ſentire ſimile eſſe quoddam pati. Deinde negant ſimile pati à ſimili, ergo ſibi dicunt pugnantia & contradicentia. πολλὰς δὲ. Impoſsibile ſeptimum. Si anima ſentiret per elementa corporea, tunc ſentiret aerea corpora aere, terrea terra, ſed multa ſunt partes animalis terrenæ quæ non ſentiunt, vt oſſa, vt pili, vt vngues, & multæ quæ ſentiunt, ergo anima non ſentit corporeis elementis. ὀστᾶ. ſ.præter dentes. νεῦρα. forte intellexit ligamenta, quia nerui ſentiunt.

### Particula LXXX.

ἔτι δ' ἑκάστῃ τῶν ἀρχῶν, ἄγνοια πλείων ἢ σύνεσις ὑπάρξει. γνώσεται μὲν γὰρ ἓν ἕκαστον. πολλὰ δ' ἀγνοήσει. πάντα γὰρ τἆλλα. συμβαίνει δὲ Ἐμπεδοκλεῖ γε καὶ ἀφρονέστατον εἶναι τὸν θεόν. μόνος γὰρ τῶν στοιχείων ἓν οὐ γνωριεῖ τὸ νεῖκος. τὰ δὲ θνητὰ πάντα. ἐκ πάντων γὰρ ἕκαστον.

*Præterea cuique principiorum maior ignoratio quàm cognitio inerit nimirum. vnumquodque enim cognoſcet unum, multo autem ignorabit cætera nanque omnia. Fit eadem etiam Empedoclis ſentẽtia,ut Deus ſit amētiſſimus:quippe cum ipſe ſolus unum elementorum non comprehendat,ipſam diſcordiam inquam:mortalia uerò cum cuncta cognoſcant, cum ex uniuerſis ſingula conſtent.*

### Explanatio.

Impoſsibile octauum: ſi elementa ſunt principia ſcientiæ in anima,erunt cauſa ignorandi plura quã ſciendi,quia omnia ignorabit alia quæ non ſunt elementa. συμβαίνει δὲ. Impoſsibile nonum: facit Deum Empedocles ignorantiſsimum, quia opinatur Deum,quoniam vocat Spherum, eſſe compoſitum ex quatuor naturis.i elementis, concordia concurrente tantum,non diſcordia, ergo ignorabit diſcordiam,quam omnes mortales ſciũt. Et ideo erit imperitior Deus immortalis homine mortali. ἐκ πάντων. ex elementis quatuor, & concordia ſimul atque diſcordia.

### Particula LXXXI.

ὅλως δὲ διὰ τίν' αἰτίαν οὐχ ἅπαντα ψυχὴν ἔχει τὰ ὄντα, ἐπειδὴ πᾶν ἢ στοιχεῖον ἢ ἐκ στοιχείου ἑνὸς, ἢ ἐκ πλειόνων, ἢ πάντων. ἀναγκαῖον γὰρ ἕν τι ἢ γινώσκειν, ἢ τινὰ, ἢ πάντα.

*Præterea dicat oportet omnino,quam ob cauſam nõ habent animam omnia. cum omne quod eſt aut ſit elementum, aut ex elemento uno uel plurib. uel omnibus conſtet. Neceſſe eſt enim omne quod eſt,aut unum quid, aut quædam,aut uniuerſa cognoſcere.*

### Explanatio.

Impoſsibile decimum: Si anima eſt elementa, ſequetur omnia eſſe animata, quia omnia ſunt aut elementa,aut ex elementis concreta. & illis quidem aut multis, aut omnibus aut vno. Si ex omnibus cognoſcent vniuerſa ergo lapis & metallum cognoſcent,

### Particula LXXXII.

ἀπορήσειε δ' ἄν τις καὶ τί ποτέ ἐστι τὸ ἑνοποιοῦν αὐτά. ὕλῃ γὰρ ἔοικε τά γε στοιχεῖα. κυριώτατον γὰρ ἐκεῖνο τὸ συνέχον ὅ, τι ποτέ ἐστι. τῆς δὲ ψυχῆς, εἶναί τι κρεῖττον καὶ ἄρχον ἀδύνατον, ἀδυνατώτερον δ' ἔτι τοῦ νοῦ. εὐλογώτατον γὰρ εἶναι τοῦτο προγενέστατον καὶ κύριον κατὰ φύσιν. τὰ δὲ στοιχεῖά φασι πρῶτα τῶν ὄντων εἶναι.

*Dubitabit etiam non iniuria quiſpiam, quidnam id ſit quod ipſa continet atque unit. Elementa nanque materiei ſimilia ſunt. Atque præſtabiliſſimum id eſſe patet, quod continet, quicquid id tandem ſit. At nequit eſſe quicquam præſtabilius anima, quod quidem dominetur, & magis etiam intellectu. Maximè enim rationi conſentaneum eſt, hunc omnia præceſſiſſe, & præſtantiſſimum omnium, & naturæ dominum eſſe. Illi autem elementa ea quæ ſunt præcedere cenſeat.*

### Explanatio.

Si multa ſunt elementa, & anima eſt elementa, quomodo anima eſt vna? Si vna, quid eſt quod vnit & continet? Non elementa, quia ſunt materia, ſed formæ non materiæ proprium officium eſt vnire, ergo erit aliquid anima diuinius in compoſito, & antiquius elementis. Sed Empedocles opinatur in compoſito corpore nihil eſſe diuinius anima, & nihil antiquius elementis.

### Particula LXXXIII.

πάντες δὲ καὶ οἱ διὰ τὸ γνωρίζειν καὶ αἰσθάνεσθαι τὴν ψυχὴν τὰ ὄντα, ἐκ τῶν στοιχείων λέγοντες αὐτὴν, καὶ οἱ τὸ κινητικώτατον, οὐ περὶ ἁπάσης λέγουσι ψυχῆς. οὔτε γὰρ τὰ αἰσθανόμενα πάντα κινητικά. φαίνεται γὰρ εἶναί τινα μόνιμα τῶν ζῴων κατὰ τόπον. καίτοι δοκεῖ γε ταύτην μόνην τῶν κινήσεων κινεῖν ἡ ψυχὴ τὸ ζῷον. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι τὸν νοῦν καὶ τὸ αἰσθητικὸν ἐκ τῶν στοιχείων ποιοῦσι. φαίνεται γὰρ τά τε φυτὰ ζῆν, οὐ μετέχοντα φορᾶς οὐδ' αἰσθήσεως, καὶ τῶν ζῴων πολλὰ διάνοιαν οὐκ ἔχειν.

*At enim nemo prorſus de omni anima dixit, nec eorū qui cenſeat ipſam ex elementis ideo conſtare, quia ſentit cognoſcitque ea quæ ſunt, nec etiam eorum, qui maximè motiuum ipſam aſſerunt eſſe. Non enim omnia mouentur quæ ſentiunt. Sunt enim animalia nonnulla, quæ non mouentur loco, & tamen hoc ſolo motu anima uidetur animal agitare. Similiter & eorum, qui tam ſenſitiuum quàm intellectum ex elementis conficiunt, nemo animam omnem complectitur. Viuere nanque uidentur plantæ. at expertes ſunt tam & lationis & ſenſus. Animalium quoque complura ſunt, quæ mente ratione que uacant.*

### Explanatio.

Coarguit antiquos præciſionis. Videntur enim præciſæ illorum opiniones, quia de vniuerſa anima non ſunt locuti, qui ſtatuunt animam eſſe ex quatuor naturis, & concordia & diſcordia, quia ſentit & cognoſcit elementa & cōcreta ex elementis corpora, loquuntur de ſola anima ſentiente, & prætermittunt animam mouentem, quia non animalia quæ ſentiunt, eadem quoque loco mouentur, vt oſtreæ, ſpongiæ marinæ, denique ζῳόφυτα. Pariter & qui definiunt animam per motum. i. ſeipſam mouentē, prætermittunt mentem, quia non omnia animalia, quæ per ſe mouentur, vt bruta, ſunt prædita mente. Simili quoque modo qui mentem & ſentientem animam ex elementis conflatam ponunt, prætermittunt vegetatricem, quia ſtirpes viuunt, ſed nec loco mouentur, nec ſentiunt, & multa ſunt animalia, quæ carent mente. Ex hoc loco colligi poſſunt quatuor ordines animalium, primus eſt viuentium, ſecundus mouentium, tertius ſentientium, quartus intelligentium.

### Particula LXXXIIII.

εἰ δέ τις καὶ ταῦτα παραχωρήσειε καὶ θείη τὸν νοῦν μέρος τι τῆς ψυχῆς, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ αἰσθητικόν. οὐδ' ἂν οὕτω λέγοιεν καθόλου περὶ πάσης ψυχῆς, οὐδὲ ὅλης οὐδὲ περὶ μιᾶς. τοῦτο δὲ πέπονθε καὶ ὁ ἐν τοῖς ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι λόγος. φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέναι, ἀναπνεόντων φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων. οὐχ οἷόν τε δὲ τοῖς φυτοῖς τοῦτο συμβαίνειν, οὐδὲ τῶν ζῴων ἐνίοις, εἴπερ μὴ πάντα ἀναπνέουσι. τοῦτο δὲ λέληθε τοὺς οὕτως ὑπειληφότας.

*Quòd ſi quis & hæc illis conceſſerit, intellectumque partem eſſe poſuerit animæ, & identidem ſenſitiuum, neque ſic de omni anima, neque de illa tota dicere uidebuntur. In hoc eodem errore uidetur eſſe & ea ſententia, quæ carminibus. Orphicis fertur. Dicit enim Orpheus, Animam ferri uentis, & ex toto ingredi reſpiratione. Id autē nequit ipſis accidere plantis, neque quibuſdam itidem animalium. Quippe cùm haud uniuerſa reſpirent. Quod quidem eos præterijt, qui ita de anima cenſuere.*

### Explanatio.

περὶ πάσης ψυχῆς. quia non de anima vegetatiua. οὐδ' ὅλης. quia neq; de motrice. οὐδὲ περὶ μιᾶς. Neque de vna perfectè poteſt loqui, quia nulla omnino eſt anima talis, vt tantum intelligat & ſentiat, præterea nullum opus faciat, ergo de alijs etiam partibus animæ eſt agendum, vt perfecta cognitio acquiratur animę intelligentis & ſentiētis. τοῦτο δὲ. Orpheus opinatus eſt ſiue finxit aerem plenū Dijs, quas animas vocabat, & ideo per reſpirationem & ventum animam introire & exire. Non tamen locutus eſt de vniuerſa anima, quia ſtirpes quæ ſunt animatæ non reſpirant, & multa animalia, vt piſces, præter Delphinum. λόγος. i. falſa eſt ſententia Orphei, neq; de omni anima loquitur ὀρφικῶν. Et ideo dicebat Zephyrum ventum eſſe animam dulciorem.

### Particula LXXXV.

εἴπερ δὲ δεῖ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖν οὐδὲν δεῖ ἐξ ἁπάντων. ἱκανὸν γὰρ θάτερον μέρος τῆς ἐναν-

τιώ-

τιώσεως, ἑαυτό τε κρίνειν καὶ τὸ ἀντικείμενον. καὶ γὰρ τῷ εὐθεῖ καὶ αὐτὸ καὶ τὸ καμπύλον γινώσκομεν. κριτὴς γὰρ ἀμφοῖν ὁ κανών. τὸ δὲ καμπύλον, οὔθ' ἑαυτοῦ, οὔτε τοῦ εὐθέος.

*At uerò ſi conficere animam ex elementis oporteat, non ex uniuerſis continuò conficienda eſſe uidetur. Altera nanque pars contrarietatis ſufficiens eſt ſeipſam oppoſitamque diſcernere. Recto enim & ipſum rectum, ut patet, & obliquum cognoſcimus: regula nanque iudex eſt utriuſque. At obliquum nec ſui planè nec recti.*

Explanatio.

οὕτως.ſ.de anima locuti ſunt. ὥσπερ δὲ τὴν ψυχήν. Coarguit, eo quòd ſunt ſuperuacanei etiam, quia ſtatuunt animam compoſitã ex quatuor naturis ſiue elementis, quoniam cognoſcit propter ſimilitudinem. Sed eſt ſuperuacaneum, quia ſatis eſt cõponi ex duobus elementis.v.g.igne calido & ſicco, & terra ſicca & frigida, quia cognito vno cõtrario, reliquum etiam cognoſcitur. Rectum enim eſt iudex ſui & inflexi.

Particula LXXXVI.

καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δέ τινες αὐτὴν μεμῖχθαί φασιν. ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς ᾠήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. τοῦτο δ' ἔχει τινὰς ἀπορίας. διὰ τίνα μὲν γὰρ αἰτίαν ἐν τῷ ἀέρι ἢ ἐν τῷ πυρὶ οὖσα ἡ ψυχὴ, οὐ ποιεῖ ζῷον, ἐν δὲ τοῖς μικτοῖς. καὶ ταῦτα βελτίων ἐν τούτοις εἶναι δοκοῦσα. ἐπιζητήσειε γὰρ ἄν τις, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἡ ἐν τῷ ἀέρι ψυχὴ, τῆς ἐν τοῖς ζῴοις βελτίων ἐστὶ καὶ ἀθανατωτέρα.

*Sunt & qui in toto uniuerſo permixtam ipſam inquiunt eſſe. Quocirca forſitan & Thales omnia plena deorum eſſe putauit. Hoc autem dubitationes habet nonnullas. Quam enim ob cauſam anima in aere quidem uel igne ſi ineſt, non facit animal, in miſtis autem facit, præſertim cum in illis uideatur eſſe præſtantior? Quæret etiam quiſpiam, quam ob cauſam anima ea quæ eſt in aere præſtabilior eſt immortalior ea quæ in animalibus ineſt?*

Explanatio.

Alia extitit opinio Thaletis Mileſij, animam. ſ. eſſe ἄνεμον.i. ſpiritum quoniam accipimus & reddimus, & ideo eſſe confuſam vniuerſo mundo, quam nominabat Deum. Ex quo dictum eſt, omnia plena Iouis. Sed errat, quia ignis & aer haberent animam. Si habent, quamobrem non ſunt animalia, quemadmodum corpora concreta ex elementis? Nam ſimpliciora ſunt corpora elementa, & ideo promptius animantur. Dicendũ quamobrem elementorũ aĩa eſt magis æterna quam corporum compoſitorum?

Particula LXXXVII.

Συμβαίνει δ' ἀμφοτέρως ἄτοπον καὶ παράλογον. καὶ γὰρ τὸ λέγειν ζῷον τὸ πῦρ, ἢ τὸν ἀέρα, τῶν παραλογωτέρων ἐστί· καὶ μὴ λέγειν ζῷα ψυχῆς ἐνούσης, ἄτοπον.

*Vtrobique autem emergit quoddam abſurdum & rationis egrediens metas. Nam ignem aut aerem animal eſſe dicere, rationis egredietur fines: & aſſerere rurſus animalia non eſſe, ſi inſit in ipſis anima, per abſurdum eſt ſanè.*

Explanatio.

Ex his duo inferuntur abſurda. Primum, ignis & aer eſſent animalia, quia habent animam, vt ipſe Thales fatetur. Secundum, quæ habent animam, non eſſent animalia.

Particula LXXXVIII.

ὑπολαβεῖν δ' ἐοίκασι τὴν ψυχὴν εἶναι ἐν τούτοις, ὅτι τὸ ὅλον τοῖς μορίοις ὁμοειδές. ὥστ' ἀναγκαῖον αὐτοῖς λέγειν καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοειδῆ τοῖς μορίοις εἶναι. εἰ τῷ ἀπολαβεῖν τι τοῦ περιέχοντος ἐν τοῖς ζῴοις, ἔμψυχα τὰ ζῷα γίνεται. εἰ δ' ὁ μὲν ἀὴρ διασπώμενος, ὁμοειδής. ἡ δὲ ψυχὴ ἀνομοιομερής, τὸ μέν τι αὐτῆς ὑπάρξει. δῆλον, ὅτι τὸ δ' οὐχ ὑπάρξει. ἀναγκαῖον οὖν αὐτὴν ἢ ὁμοιομερῆ εἶναι, ἢ μὴ ἐνυπάρχειν ἐν ὁτῳοῦν μορίῳ τοῦ παντός. φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς οὔτε τὸ γινώσκειν ὑπάρχει ψυχῇ διὰ τὸ ἐκ τῶν στοιχείων εἶναι, οὔτε τὸ κινεῖσθαι αὐτὴν καλῶς, οὐδ' ἀληθῶς λέγεται.

*Videtur autem ideo putaſſe in his animã eſſe, quia totum & partes eiuſdem ſunt ſpeciei. Quare neceſſariò eſt ipſos & animam & partes eiuſdem eſſe dicere ſpeciei, ſi animalia ex eo ſunt animantia, quia in ipſis aliqua pars continentis recipitur. Quòd ſi aer quidem diſcerptus eiuſdem eſt ſpeciei, anima autem eſt diſſimilium partium, patet aliam ipſius partem ineſſe, aliam non ineſſe. Neceſſe eſt igitur ipſam aut ſimilium eſſe partium, aut non in quacunque totius ineſſe. Patet igitur ex dictis, neque cognitionem ex eo competere animæ, quia conſtet ex elementis, neque rectè ueréque dici motum eidem ineſſe.*

Explanatio.

Ideo opinantur elementa eſſe animata, quia totũ & partes elementorum ſunt eiuſdem ſpeciei: quemadmodum & anima & eius partes. Animalia item eſſe animata per reſpirationem.i. aerem inſpiratũ, qui habet animam, ignorant vſum reſpirationis veteres philoſophi, qui eſt vt ventiletur feruor cordis, & vita ſuſtentetur. εἰ δ' ὁ μ. Refutat ſi totus aer & partes ſunt eiuſdẽ ſpeciei, anima quoque tota & partes erunt eiuſdem ſpeciei, quia animã ſtatuũt eſſe aerẽ. Sed falſum eſt animã eſſe ſimilium partiũ, quia vna pars corrũpitur, & altera perpetua eſt. quemadmodum totus aer æternus eſt, & pars corrumpitur, ergo erit neceſſarium animam aut eſſe ſimiliũ partiũ, aut totã non eſſe in quaque parte. quia nõ eſt in parte corrupta. φανερὸν οὖ. Peroratio. Palàm eſt igitur neque recta ſenſiſſe qui definiunt animam per motum, neque qui definiunt eſſe naturam compoſitam ex quatuor elementis, quia elementa cognoſcat & concreta ex elementis.

### Particula LXXXIX.

Ἐπεὶ δὲ τὸ γινώσκειν ψυχῆς ἐστι, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαί τε καὶ δοξάζειν, ἔτι δὲ τὸ ἐπιθυμεῖν καὶ βούλεσθαι καὶ ὅλως αἱ ὀρέξεις, γίνεται δὲ καὶ ἡ κατὰ τόπον κίνησις τοῖς ζώοις ὑπὸ ψυχῆς, ἔτι δὲ αὔξησίς τε καὶ ἀκμὴ καὶ φθίσις, πότερον ὅλῃ τῇ ψυχῇ τούτων ἕκαστον ὑπάρχει, καὶ πάσῃ νοοῦμέν τε καὶ αἰσθανόμεθα, καὶ κινούμεθα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ποιοῦμέν τε καὶ πάσχομεν, ἢ μορίοις ἑτέροις ἕτερα. καὶ τὸ ζῆν δὲ πότερον ἔν τινι τούτων ἐστὶν ἑνί, ἢ καὶ ἐν πλείοσιν ἢ καὶ ἐν πᾶσιν, ἢ καὶ ἄλλο τι αἴτιον.

*At quoniam cognoſcere, ſentire, opinari, inſuper cupere, deliberare, & omnino appetitiones ipſius animæ ſunt, motus etiam animalium loco ab anima fit, & inſuper accretio, ſtatus atque decretio: quæret utique quiſpiam, utrum horum unumquodque toti animæ competat, & nos intelligamus & ſentiamus, & moueatur, cæterorumque unumquodque agamus patiamurque tota, an alijs partibus. Ipſum præterea uiuere, utrum in horum aliquo uno, an in pluribus an in omnibus conſiſtat, an ſit eius alia quædam etiam cauſa?*

### Explanatio.

Hactenus de tota eſſentiæ anima ſecundum ſuã opinionem & veterum philoſophorum locutus eſt. Supereſt vt de eius partibus diſputet, & earum operibus idque ſecundum opinionem veterum, qui animæ munera quatuor eſſe ſtatuũt, cognitionem, ſenſum, mutationem loci, incrementum, vigor, decrementũ. πότερον ὅλῃ. Quærendum eſt, an varia opera fiant ab vna eſſentia animę per multas partes ſiue facultates, an à diuerſis eſſentijs, & ſi diuerſis, vtrum fiat vnum opus à multis, an ab omnibus ſimul verbi cauſa, viuere.

### Particula XC.

λέγουσι δέ τινες μεριστὴν αὐτὴν εἶναι, καὶ ἄλλῳ μὲν νοεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιθυμεῖν. τί οὖν δή ποτε συνέχει τὴν ψυχήν, εἰ μεριστὴ πέφυκεν; οὐ γὰρ δή γε τὸ σῶμα. δοκεῖ γὰρ τοὐναντίον μᾶλλον ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα συνέχειν. ἐξελθούσης γοῦν διαπνεῖται καὶ σήπεται.

*Atque ſunt qui dicunt ipſam eſſe partibilem, noſque alia eius parte intelligere, alia cupere cenſeat. Quid igitur ipſam continet animam ſi partibilis ſit? Non corpus, quippe cum contra potius uideatur corpus anima continere. Quapropter & egreſſa, diſſoluitur corpus atque putreſcit.*

### Explanatio.

Aliqui opinantur tres eſſentias animæ & loco & opere differentes, quemadmodũ conſpicimus diuiſas in diuerſis corporibus vt in ſtirpibus ſeparatur vegetatrix à ſentiente, in brutis ſentiens à mente, τί οὖν δή ποτε. Sed errant, quia ſi ſunt diſtinctę, quo erit anima vna, & quid vniet, & continebit? Non ſane corpus quia continetur, & anima continet. Cuius rei illud eſt ſignum, ꝙ anima decedente corpus diſſoluitur & putreſcit.

### Particula XCI.

εἰ οὖν ἕτερόν τι μίαν αὐτὴν ποιεῖ, ἐκεῖνο μάλιστ' ἂν εἴη ψυχή. δεήσει δὲ πάλιν κἀκεῖνο ζητεῖν, πότερον ἕν, ἢ πολυμερές. εἰ μὲν γὰρ ἕν, διὰ τί οὐκ εὐθὺς καὶ τὴν ψυχὴν ἓν εἶναι. εἰ δὲ μεριστόν, πάλιν ὁ λόγος ζητήσει τί τὸ συνέχον ἐκεῖνο. καὶ οὕτω δὴ πρόεισιν ἐπὶ τὸ ἄπειρον.

*Si igitur aliquid aliud ipſam contineat, unumque faciat, illud erit potiſſimum anima. At oportebit de illo etiam quærere, utrum unius an multarum ſit partium. Atque ſi ſit unum, cur et animam continuò non dicimus unum eſſe? Sin partibile, rurſus ratio quæret, quid nam ſit illud, quod illud etiam continet, atque hoc pacto fiet in infinitum abitio.*

### Explanatio.

Si non eſt corpus quod vnit & continet differentes illas eſſentias, quid aliud eſſe põt quã anima? Si eſt anima, quærendum rurſus eſt, an vna ſit eſſentia, an multæ. Si vna, cur partibilem ſtatuunt, & nõ indiuiduã. Si multæ, iterum quærendũ eſt quid vniat. Et ſic nunquam fiet interrogandi finis. ἓν εἶναι. & non μεριστόν.

### Particula XCII.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις καὶ περὶ τῶν μορίων αὐτῆς, τίνα δύναμιν ἔχει ἕκαστον ἐν τῷ σώματι. εἰ γὰρ ὅλη ἡ ψυχὴ πᾶν τὸ σῶμα συνέχει, προσήκει καὶ τῶν μορίων ἕκαστον συνέχειν τι τοῦ σώματος. τοῦτο δὲ ἔοικεν ἀδυνάτῳ. ποῖον γὰρ μόριον ἢ πῶς ὁ νοῦς συνέξει, χαλεπὸν καὶ πλάσαι.

*Dubitabit etiam quiſpiam de partibus eius, quã unaquæque potentiam in corpore habeat. Nam ſi anima tota totum contineat corpus, oportet & unamquanque etiam partem aliquam corporis partem continere. Id autem eſſe non poſſe uidetur. Quam enim partium corporis intellectus, aut quo continebit pacto, fingere quoque difficillimum eſt.*

### Explanatio.

Quòd anima ſit indiuidua in partes, id nobis argumento eſt, quòd anima continet tota totum corpus: quia decedente anima corpus totum diſſoluitur & putreſcit. Si tota continet, ergo eius partes continebunt partem corporis, quia totum & pars non differũt. Sed quam corporis partem & quomodo cõtinet mens, quæ eſt pars animæ, difficile eſt ne dicã impoſſibile indicare.

### Particula XCIII.

φαίνεται δὲ καὶ τὰ φυτὰ διαιρούμενα ζῆν, καὶ τῶν ζώων ἔνια τῶν ἐντόμων, ὡς τὴν αὐτὴν ἔχοντα ψυχὴν τῷ εἴδει, εἰ καὶ μὴ ἀριθμῷ. ἑκάτερον γοῦν τῶν μορίων αἴσθησιν ἔχει, καὶ κινεῖται κατὰ τόπον, ἐπί τινα χρόνον.

*Videmus autem & plantas diuiſas uiuere, & animalium inſectorum nonnulla, utpote animam et ſi*

non

*non numero, tamen ſpecie eandem habentia. Itaque par tim utraque & ſenſum habet, & per aliquod tempus loco mouetur.*

Explanatio.

Anima non eſt diuidua in partes differentes, quia cernimus ſtirpes diuiſas in duas partes viuere, & vtraſque cuncta & eadem opera facere. Si partes animæ eſſent differentes, alia parte ſtirps generaret, alia nutriret, alia creſceret. Pariter & animalia ſecta in partes idem oſtendunt, quia vtraque pars & ſentit & loco mouetur.

Particula XCIIII.

εἰ δὲ μὴ διατελοῦσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὄργανα γὰρ οὐκ ἔχουσιν, ὥστε σώζειν τὴν φύσιν. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐν ἑκατέρῳ τῶν μορίων ἅπαντα ἐνυπάρχει τὰ μόρια τῆς ψυχῆς· καὶ ὁμοειδῆ ἐστιν ἀλλήλοις, καὶ τῇ ὅλῃ. ἀλλήλοις μὲν, ὡς οὐ χωριστὰ ὄντα. τῆς δ' ὅλης ψυχῆς, ὡς διαιρετῆς οὔσης.

*Nec abſurdum eſt ſi non perdurant, inſtrumenta namque non habent, ut naturam conſeruent, ſed nihilominus omnes in utraque partium inſunt animæ partes. Atque animæ partes eadem ſub ſpecie collocantur, & etiam totæ: illa quidem, quia non ſeparabiles ſunt: tota autem anima, quia indiuiſibilis eſt.*

Explanatio.

Quòd ſi diu hæc eadem opera nõ faciunt, id accidit quia priuantur inſtrumentis aptis ad facienda opera. τῆς δ' ὅλης. Tota anima poteſt diuidi in ſpecies, vt in vegetatricem, ſentientem, intelligentem, ſiue in facultates.

Particula XCV.

ἔοικε δὲ καὶ ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς ἀρχὴ ψυχή τις εἶναι. μόνης γὰρ ταύτης κοινωνεῖ καὶ ζῷα καὶ φυτά. καὶ αὕτη μὲν χωρίζεται τῆς αἰσθητικῆς ἀρχῆς. αἴσθησιν δὲ, οὐδὲν ἄνευ ταύτης ἔχει.

*Videtur autem & id principium, quod ineſt in plantis, anima quædam eſſe. Hæc enim ſola communis eſt & plantis & animalibus. Atque hæc quidem à ſentiendi principio ſeparatur: ſine autem ipſa nihil eſt prorſus quod habeat ſenſum.*

Explanatio.

Sed facultates priores poſſunt ſeparari à poſterioribus vt vis viuendi à ui ſentiendi. In ſtirpibus quidem eſt uiuendi facultas, ſed non ſentiendi.

Finis primi libri.

# ARISTOTELIS STAGIRITAE DE ANIMA.

## Liber ſecundus.

Particula I.

Τὰ μὲν δὴ ὑπὸ τῶν προτέρων παραδεδομένα περὶ ψυχῆς, εἰρήσθω. πάλιν δ' ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς ἐπανίωμεν πειρώμενοι διορίσαι τί ἐστι ψυχή, καὶ τίς ἂν εἴη κοινότατος λόγος αὐτῆς.

*DICTIS hiſce quæ à maioribus de anima nobis tradita ſunt, redeamus rurſus oportet atque entamur uelut ab initio determinare quid anima ſit, & quænam ſit eius communis maximè ratio.*

Explanatio.

κοινότατος. Quia definitio communis eſt veluti notio, quæ nobis aditum parat ad inuentionẽ propriæ definitionis. Vel fortè vocatur communis. i. conueniens omni animæ.

Particula II.

λέγομεν δὴ γένος ἕν τι τῶν ὄντων, τὴν οὐσίαν. ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην, ὃ καθ' αὑτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι. ἕτερον δὲ, μορφὴν καὶ εἶδος καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι. καὶ τρίτον, τὸ ἐκ τούτων. ἔστι δ' ἡ μὲν ὕλη δύναμις. τὸ δ' εἶδος, ἐντελέχεια. καὶ τοῦτο, διχῶς. τὸ μὲν ὡς ἐπιστήμη. τὸ δ', ὡς τὸ θεωρεῖν.

*Dicimus itaque genus unum quoddam eorum quæ ſunt ipſam ſubſtantiam eſſe, atque huius aliud ut materiam, quod quidem per ſe non eſt hoc aliquid, aliud formam & ſpeciem, quæ quidem iam hoc aliquid dicitur, et tertium id quod ex iſtis conſtat atque componitur. Eſt autem materia quidem, potentia, forma uerò, actus atque perfectio, quæ quidem bifariam dicitur: quadã enim eſt ut ſcientia, quædam ut contemplatio.*

Explanatio.

Definitionis inueniendæ dux eſt diuiſio. Ideo Ariſt. à diuiſione exorditur, quam ſumit partim ab anima, partim à corpore ſubiecto. Tres ſumit ab anima, & totidẽ à corpore. Prima eſt. Omne quod eſt, aut ſubſtantia aut accidens eſt. Sed anima eſt ſubſtãtia; quia corpus ſubiectum, cui vnitur & hæret, per animã eſt & perficitur, accidens autem tametſi hæret ſubiecto, non tamen ſubiectũ eſt vel perficitur ꝑ accidẽs. ταύτης δέ. Sed anima quæ eſt ſubſtãtia aut eſt materia, aut forma, aut compoſitum ex materia & forma. Anima nõ eſt materia, quia materia non eſt per ſe, ſed eſt per formã, ipſum eſſe accipit à forma: neque compoſitum, quia compoſitum ὑπάρχει per materiam, & per formam ἔστι. Sunt .n. duo principia quæ conſtituunt eſſentiam cõpoſiti. ἔστι δ' ἡ μέν. Diuiſio tertia, forma eſt actus ſiue perfectio: iam verò perfectio aut prima aut ſecunda.

Prima eſt veluti habitus, ſecunda eſt opus proficiſcens ab habitu. Sed anima eſt prima perfectio, quia eſt principium operis. δύναμις. Materia eſt δύναμις. i. poteſt perfici & eſſe. Forma eſt ἐντελέχεια. i. perficit materiã, quia materia ὑπάρχει. Nã ſi materia eſſet mera potẽtia, nihil eſſet in vniuerſitate rerũ, ſed in ſola cogitatione. Sed eſt ſubſtantia ſubiecta apta ad formam accipiendam, & vt vtar verbis Scoti, eſt in potentia ſubiectiua, non impotentia obiectiua.

## Particula III.

οὐσίαι δὲ μάλιστα εἶναι δοκοῦσι τὰ σώματα. καὶ τούτων τὰ φυσικά. ταῦτα γὰρ τῶν ἄλλων ἀρχαί. τῶν δὲ φυσικῶν, τὰ μὲν ἔχει ζωὴν, τὰ δ᾽ οὐκ ἔχει. ζωὴν δὲ λέγομεν τὴν δι᾽ αὑτοῦ τροφήν τε καὶ αὔξησιν καὶ φθίσιν. ὥστε πᾶν σῶμα φυσικὸν μετέχον ζωῆς, οὐσία ἂν εἴη. οὐσία δ᾽ οὕτως, ὡς συνθέτη.

*Maximè autem corpora uidentur eſſe ſubſtantia, & ipſorum ea magis, quæ naturalia ſunt: hæc enim cæterorum principia ſunt. Naturalium uerò corporum quædã habent uitam, quædam non habent, ſed ea uacant. Vitã autem dicimus, nutritionem, accretionem atque decretionem, quæ quidem per idipſum fit quod uiuere dicitur. Quare corpus omne naturale particeps uitæ ſubſtantia eſt. & ita ſubſtantia, ut compoſita.*

## Explanatio.

Diuiſio ſumpta à corpore. Conſtat animam eſſe ſubſtantiam. Sed ſubſtantia aut eſt corporea, aut incorporea. Sed anima eſt corporea, quia hæret & affixa eſt corpori, ſiquidem ſit principium internum corporis, eſt enim forma. καὶ τούτων τὰ. Secunda diuiſio: ſubſtantia corporea conſtituit corpus. Sed corpus aut eſt naturale aut artificioſum. Sed naturale eſt principium artificioſi, quia ex naturali efficitur artificioſum, vt ex trunco fabricatur abacus, ex metallo Herculis ſtatua. τῶν δὲ φυσικῶν. Naturale aut vita finitur, aut caret vita. Vita fruitur omne quod nutritur, creſcit & decreſcit. Caret vita, vt grando pruina, gemmæ, ſulphur, metalla. ζωήν. ζωὴ concipitur aut pro curriculo vitæ, vt Ariſt. in lib. de cauſa vitæ & mortis. aut perfectione prima, quæ eſt forma & ſubſtantia, vt vita viuentiũ eſt ſuũ eſſe. i. ſua forma aut pro perfectione ſecunda, id eſt opere, vt hoc loco vita eſt nutritio, accretio & decretio, quæ proficiſcitur à perfectione prima, vt à ſuo principio & forma. ὥστε πᾶν σῶμα. πόρισμα colligit, corpus naturale eſſe ſubſtantiam animatam compoſitam ex materia & forma.

## Particula IIII.

ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶ σῶμα τοιόνδε, ζωὴν γὰρ ἔχον, οὐκ ἂν εἴη τὸ σῶμα ψυχή. οὐ γάρ ἐστι τῶν καθ᾽ ὑποκειμένου τὸ σῶμα. μᾶλλον δ᾽ ὡς ὑποκείμενον καὶ ὕλη. ἀναγκαῖον ἄρα τὴν ψυχὴν, οὐσίαν εἶναι, ὡς εἶδος σώματος φυσικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος.

*Atque cùm tale etiam ſit corpus. i. habens uitam, corpus profectò non erit anima. Corpus nanque non ſubit eorum quæ ſunt in ſubiecto: ſed ut ſubiectum potius eſt & materies. Neceſſe eſt igitur, animam ſubſtantiam eſſe perinde ac formam corporis naturalis poſſe uitam habentis.*

## Explanatio.

ἐπεὶ δὲ. Sed anima nõ eſt corpus compoſitum: quia corpus non eſt in ſubiecto, anima eſt in ſubiecto, corpus. n. eſt ſubiectum, eiusque pars potior anima eſt. καθ᾽ ὑποκειμένου. i. ἐν ὑποκειμένῳ. ὑποκείμενον. ſubiectum formæ nõ forma, ſed materia, quia vt materia habet poteſtatem accipiendi formã, quia ſua natura eſt informis. ἀναγκαῖον ἄρα. Poſita diuiſione inuenit animæ diffinitionem communem. Primum nimirum animam eſſe ſubſtantiam. i. formã corporis naturalis vitam potẽtia habentis. Deinde propriam, quæ eſt; ANIMA eſt perfectio prima, quia non eſt accidens, ſed ſubſtantia, & ſubſtantia quidem, non materia, qui materia perficitur, nec cõpoſitum ex materia & forma, quia compoſitũ perficitur à forma. Sed forma eſt quæ perficit. Perfectio eſt duplex, prima & ſecunda, non ſecunda, quia pendent à prima. Corporis, quia anima non eſt ſubſtantia incorporea, ſed corporea, quoniam hæret corpori. Phyſici. quia non eſt forma artificioſi corporis, id eſt non perficit corpus artificioſum, ſed naturale. Organici. Corpus naturale aut caret organis, vt lapides, vt metalla. aut habet organa, vt corpus animalium. Sed anima eſt corporis organici vitam habentis. Organicum aut uitam habet, ut animantia & animalia; aut caret uita, vt cadauer. Anima eſt perfectio corporis uitam habentis. Potentia. Hoc eſt habentis poteſtatẽ exeundi in opus, quæ eſt perfectio ſecunda quæ ab anima proficiſcitur in corpus. Nam corpus eſt principium quod facit opus: anima autem quo fit opus. Opus. n. adiudicatur cõpoſito. Si quis enim dicas animam ſentire uel intelligere, perinde eſt ac ſi illam texere aut ædificare putet: homo nanque eſt qui ædificat aut texit. i. corpus compoſitum ex anima & corpore.

## Particula V.

ἡ δ᾽ οὐσία ἐντελέχεια. τοιούτου ἄρα σώματος ἐντελέχεια, αὕτη δὲ λέγεται διχῶς. ἡ μὲν ὡς ἐπιστήμη, ἡ δ᾽, ὡς τὸ θεωρεῖν. φανερὸν οὖν, ὅτι ὡς ἐπιστήμη. ἐν γὰρ τῷ ὑπάρχειν τὴν ψυχὴν, ὕπνος καὶ ἐγρήγορσις ἐστι. ἀνάλογον δ᾽ ἡ μὲν ἐγρήγορσις, τῷ θεωρεῖν. ὁ δ᾽ ὕπνος, τῷ ἔχειν καὶ μὴ ἐνεργεῖν.

*Subſtantia uerò actus eſt & perfectio. Talis igitur corporis eſt actus & perfectio. Sed cum perfectio atque actus bifariam dicatur, ut diximus (quidam enim eſt ut ſcientia, quidam ut contemplatio) patet animam actum eſſe perinde atque ſcientiam. Nam ex eo quis anima eſt, & ſomnus eſt & uigilia: atque uigilia quidem contemplationi, ſomnus autem ſcientiæ operatione uacanti ſimilis eſt.*

Ex-

## Explanatio.

ὡς ἐπιστήμη. vt primo perfectio. θεωρεῖν, ut perfectio ſecunda.

## Particula VI.

προτέρα δὲ τῇ γενέσει ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἡ ἐπιστήμη, διὸ ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. τοιοῦτον δέ, ὃ ἂν ᾖ ὀργανικόν. ὄργανα δὲ καὶ τὰ τῶν φυτῶν μέρη, ἀλλὰ παντελῶς ἁπλᾶ. οἷον τὸ φύλλον περικαρπίου σκέπασμα. τὸ δὲ περικάρπιον καρποῦ. αἱ δὲ ῥίζαι τῷ στόματι ἀνάλογον. ἄμφω γὰρ ἕλκει τὴν τροφήν.

*Altera autem alteram in eodem, ſcientia inquam contẽplationẽ generatione præcedit. Quapropter anima primus eſt actus perfectioq́; corporis naturalis potentia uitam habentis, & talis plane, ut partes ipſius ſint inſtrumenta. Enimuerò partes quoque plantarum inſtrumenta ſine controuerſia ſunt. quamuis uideantur penitus ſimplices eſſe. Eius enim quod circa fructum eſt, tegmen eſt folium, & fructus etiam illud. Radices præterea uicem ſubeunt oris, utiſq; namq; trahitur alimentum.*

## Explanatio.

Rudem & communem definitionem expoliẽdo, & differentias neceſſarias corrogando, perfectum efficit & propriam. Perfectio eſt duplex, prima & ſecunda. Prima eſt generatione prior. vt.n. ſcientia eſt prior contemplatione, ita prima eſt prior opere, quod dicitur ſecunda perfectio. Sed anima eſt perfectio prima, quia eſt forma quod principium eſt operis. Anima igitur generatione præcedit opus, vt cã effectũ, ſi non tẽpore, quia ſunt σύγχρονα. Vtq; felicitas deſtinatur in hoĩem, ita opera in aĩam. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. In vno atq; eodẽ corpore formato. quia in diuerſis poteſt eſſe poſterior, vt in Socrate contemplatio fuit prior perfectione prima ſiue ſcientia quæ fuit in Ariſtotele, quia Socrates fuit antiquior Ariſtotele. ἡ πρώτη. Quia corpus prius eſt per animam quàm opus faciat. τοιοῦτον δέ. Quia exercet diuerſa opera corpus animatum beneficio formæ ſiue animæ, ideo oportuit eſſe organicum, hoc eſt habere diuerſa organa. Et quia obſcurius conſpiciuntur in ſtirpibus, idcirco illuſtrat exemplo ſtirpium. Eſt ergo corporis organici, id eſt præditi diuerſis organis ſiue partibus organicis. οἷον τὸ φύλλον. Organa ſiue partes organicas fabricauit operũ cauſa, ideoq; elementa carent partibus organicis, quia non faciũt aliquod opus. Stirpes habẽt organa pauciora quàm bruta, quia corpus quò ignobilius eſt, eò paucioribus eget inſtrumentis, quò nobilius, eò plurib. Itaq; inſtrumenta generandi ſemen & nutriendi obtinent ſtirpes, vt in homine teſtes ſunt partes organicæ in quibus generatur ſemen, & multis inuolucris obducuntur, ita in ſtirpibus natura fabricauit multa tegmina follium, corticem, carnem, nucleum, in quibus conditur pars organica vbi generatur ſemen. Et vt Homo per os capit cibum, ita ſtirps per radices. κοινόν. id eſt definitio conueniens omni animæ. διὸ καὶ οὐ δεῖ τὸ σῶμα. Cùm anima ſit perfectio corporis, & corpus ſit per animam, & per eandem faciat opus: quæſtio illa eſt inutilis, vtrum anima vniatur corpori, & ex anima & corpore fiat vnum: quia ſi cernimus ex cera & figura vnum fieri corpus figuratum, quid uetat in rebus naturalibus, ex forma & materia fieri vnum, quia ars imitatur naturam. Nodus quo vnitur corpori anima eſt perfectio, uita, ſenſus, intelligentia, eo enim abolito nodo, deſinit anima eſſe vnita corpori. τὸ γὰρ ἕν. Ens & vnum multis dicitur modis, aut poteſtate, aut actu. Sed actus primus ſiue perfectio prima illa eſt, per quam corpus dicitur eſſe vnum. ab vna enim forma vnum dicitur compoſitum.

## Particula VII.

εἰ δέ τι κοινὸν ἐπὶ πάσης ψυχῆς δεῖ λέγειν. εἴη ἂν ἡ πρώτη ἐντελέχεια σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ, διὸ καὶ οὐ δεῖ ζητεῖν, εἰ ἓν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ὥσπερ οὐδὲ τὸν κηρὸν καὶ τὸ σχῆμα. οὐδ᾽ ὅλως τὴν ἑκάστου ὕλην, καὶ τὸ οὗ ὕλη. τὸ γὰρ ἓν καὶ τὸ εἶναι ἐπεὶ πλεοναχῶς λέγεται τὸ κυρίως ἡ ἐντελέχεια ἐστι. καθόλου μὲν οὖν εἴρηται τί ἐστιν ἡ ψυχή. οὐσία γὰρ ἡ κατὰ τὸν λόγον. τοῦτο δὲ τὸ τί ἦν εἶναι τῷ τοιῳδὶ σώματι, καθάπερ εἴ τι τῶν ὀργάνων φυσικὸν ἦν σῶμα. οἷον πέλεκυς. ἦν γὰρ ἂν τὸ πελέκει εἶναι, ἡ οὐσία αὐτοῦ καὶ ἡ ψυχή, τοῦτο. χωρισθείσης γὰρ ταύτης, οὐκ ἂν ἔτι πέλεκυς ἦν, ἀλλ᾽ ἢ ὁμωνύμως. νῦν δ᾽ ἐστὶ πέλεκυς. οὐ γὰρ τοιούτου σώματος τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ὁ λόγος ἡ ψυχή. ἀλλὰ φυσικοῦ τοιουδί, ἔχοντος ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως ἐν αὑτῷ.

*Vniuerſaliter igitur diximus quidnam anima ſit. Eſt enim ea ſubſtantia, quæ eſt ut ratio: hæc autem eſt quidditas corporis talis: & perinde ſanè, atque ſi quid inſtrumentorum artis naturale corpus eſſet, ceu ſecuris. eius namque ſubſtantia, ipſius eſſet, ut patet, ſecuris ratio, idque eſſet anima, qua ſeparata non eſſet ulterius, ut patet, ſecuris, niſi nomine tantum. at nunc eſt ſecuris. Non enim talis corporis ſubſtantia, ratioque eſt ipſa anima. ſed naturalis, ut diximus, talis quòd in ſe motus ſtatus ne principium inſitum habet.*

## Explanatio.

τοῦτο δὲ τό. Concludit definitionem traditam eſſe communem cum omni anima. quia definiuimus eſſe ſubſtantiam, id eſt formam corporis naturalis habentis partes organicas, & uitam, & poteſtatem exeundi in opus. καθάπερ. Exemplo artificioſo declarat animam eſſe formam corporis. Vt enim per figuram ſecuris eſt ſecuris, abolita figura deſinit eſſe & uocari ſecuris, ſed eſt ferrum tantum: ſic per animam corpus & eſt & nominatur, qua intereunte non eſt corpus niſi nomine. ergo anima eſt forma, quia per formam res eſt & denominatur. ἔχοντος ἀρχήν. Phyſicum corpus eſt quod habet principium inſitum motus & quietis per ſe. quæ dicitur natura, & forma eſt natura, & anima eſt forma. ergo anima dicitur etiam natura.

Particula

## Particula VIII.

θεωρεῖν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μερῶν δεῖ τὸ λεχθέν. εἰ γὰρ ἦν ὁ ὀφθαλμὸς ζῷον, ψυχὴ ἂν αὐτοῦ ἦν ἡ ὄψις. αὕτη γὰρ οὐσία ὀφθαλμοῦ ἡ κατὰ λόγον. ὁ δ' ὀφθαλμὸς, ὕλη ὄψεως. ἧς ἀπολιπούσης, οὐκ ἔστιν ὀφθαλμός. πλὴν ὁμωνύμως καθάπερ ὁ λίθινος καὶ γεγραμμένος. δεῖ δὴ λαβεῖν τὸ ἐπὶ μέρους ἐφ' ὅλου τοῦ ζῶντος σώματος. ἀνάλογον γὰρ ἔχει, ὡς τὸ μέρος πρὸς τὸ μέρος, ἡ ὅλη αἴσθησις πρὸς τὸ ὅλον σῶμα τὸ αἰσθητικόν. ᾗ τοιοῦτο.

*Atque id quod dictum eſt in partibus etiam inſpicere licet. Nam ſi oculus etiam animal, eius anima uiſus ipſe nimirum eſſet. Hic eſt enim, vt patet, oculi ſubſtantia, quæ ſeſe habet ut ratio: oculus autem eſt materies uiſus, qui cum defecerit, non ulterius erit oculus, niſi nomine tantum, & perinde atque lapideus uel etiam pictus. Id igitur quod de parte dictum eſt, ad totum corpus uiuens accommodare oportet. Eſt enim hic profectò rationū ſimilitudo. Nam ut pars ſeſe habet ad partem: ſic totus ſenſus ad totum ſenſitiuum corpus, vt talis eſt rationis.*

### Explanatio.

Confirmat animam eſſe formam exemplo naturali. Si oculus eſſet animal, & uiſio anima, abolita viſione oculus eſſet nomine tantum oculus. ergo anima eſt forma, quia forma eſt per quam res eſt. δεῖ δὴ λαβεῖν. Quod accommodatur ad partes, idem poteſt accōmodari ad totum. vt enim pars animæ ſentientis eſt per quam pars ſentit, ita quoq; anima tota ſentiens erit per quam totum corpus ſentit. Sed forma eſt per quam eſt id quod eſt. ergo anima eſt forma corporis, quia corpus eſt & ſuum opus facit. ὡς τὸ μέρος. Quemadmodum ſe habet anima partis ad partem, ita anima totius ad totū. Sed anima partis eſt forma partis ſubſtantialis. ergo & totius.

## Particula IX.

ἔστι δὲ, οὐ τὸ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν, τὸ δυνάμει ὂν ὥστε ζῆν, ἀλλὰ τὸ ἔχον. τὸ δὲ σπέρμα καὶ ὁ καρπὸς, τὸ δυνάμει τοιονδὶ σῶμα. ὡς μὲν οὖν ἡ τμῆσις καὶ ἡ ὅρασις, οὕτω καὶ ἡ ἐγρήγορσις ἐντελέχεια. ὡς δὲ ἡ ὄψις καὶ ἡ δύναμις τοῦ ὀργάνου, ἡ ψυχὴ, τὸ δὲ σῶμα, τὸ δυνάμει ὄν. ἀλλ' ὥσπερ ὁ ὀφθαλμὸς, ἡ κόρη καὶ ἡ ὄψις, κἀκεῖ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, τὸ ζῷον.

*Non eſt autem in potentia uiuens, quod abiecit animam, eamque uacat: ſed id quod ipſam habet. Semen uerò fructus ue id nimirum eſt, quod poteſt tale corpus euadere. Vt igitur inciſio uiſioque, ſic uigilia eſt actus: et ut uiſus rurſus inſtrumentique uis, ſic eſt anima actus. Corpus autem eſt id quod ut diximus eſt potentia uiuens. Verum ut pupilla uiſusq; oculus eſt, ſic anima & corpus eſt animal.*

### Explanatio.

Σῶμα αἰσθητικὸν eſt quod habet poteſtatem ſentiendi. Poteſtas ſentiendi aut eſt remota, aut proxima. Proximam interpretatur, eſſe facultatem ſemper excundi in opus, proficiſcentem à forma. Nam & ſemen prolificum habet poteſtatem ſentiēdi, ſed remotam, quia nondum potitur forma. habet pariter poteſtatem viuendi vt fiat planta. Iungitur ergo cum forma, vt poteſtas incidendi cum figura gladij, & poteſtas videndi cum oculo. ὥσπερ ὁ ὀφθαλμός. Vt ex pupilla & viſione fit oculus, ita ex anima & corpore animal.

## Particula X.

ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ χωριστὴ τοῦ σώματος, ἢ μέρη τινὰ αὐτῆς, εἰ μεριστὴ πέφυκεν, οὐκ ἄδηλον. ἐνίων γὰρ ἡ ἐντελέχεια τῶν μερῶν ἐστὶν αὐτῶν. οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιά γε οὐθὲν κωλύει, διὰ τὸ μηδενὸς εἶναι σώματος ἐντελεχείας. ἔτι δὲ ἄδηλον, εἰ οὕτως ἐντελέχεια τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, ὥσπερ πλωτὴρ πλοίου. τύπῳ μὲν οὖν ταύτῃ διωρίσθω καὶ ὑπογεγράφθω περὶ ψυχῆς.

*Animam igitur non ſeparabilem eſſe à corpore, uel partes ipſius nonnullas, ſi partibilis ſit, non obſcurum eſſe uidetur. Corporis namque partium patet aliquas animæ partium actum eſſe. nihil tamen uetat, ut aliqua partium ſint ſeparabiles animæ, propterea quòd corporis nullius ſint actus. At obſcurum eſt, nedum patet, ſi perinde corporis anima ſit actus, ut gubernator actus eſt nauis. Hoc igitur pacto uniuerſaliter de anima determinatum deſcriptum ue ſit.*

### Explanatio.

Quia tota anima eſt forma totius, & pars animæ eſt forma partis, ideo & anima & partes animæ non poſſunt ſeparari, alioqui non erit forma, quia forma nō ſeparatur ab eo cuius eſt forma. εἰ μεριστή. Quia anima eſt forma, & forma eſt indiuidua in partes, ſed diuidua in facultates, quas uocat partes Ariſt. οὐ μὴν ἀλλ'. Pars ſiue facultas intelligendi poteſt ſeparari, quia non eſt forma alicuius definitæ partis, quemadmodum pars vegetatrix, & pars ſentiendi & mouendi non poteſt ſeparari, quia eget inſtrumento corporeo. ἔτι δὲ ἄδηλον. Sed utrum poſsit ſeparari ut nauta à naui, id eſt an aſsideat, an ſit inſeparabilis. i. ſit forma, nondum eſt clarum, ſed ſatis ſit propoſuiſſe definitionem animæ conuenientem omni generi animarum, quia diſputaturus eſt an conueniat intellectui, & tandem cōcludet conuenire, quia formam eſſe conuincit, quandoquidem à corpore ſeiungi nequit in opere faciendo; neq; aſsidere, vt aſsidet nauta naui.

## Particula XI.

ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν ἀσαφῶν μὲν, φανερωτέρων δὲ γίγνεται τὸ σαφὲς καὶ κατὰ τὸν λόγον γνωριμώτερον, πειρατέον πάλιν οὕτως ἐπελθεῖν περὶ αὐτῆς. οὐ γὰρ μόνον τὸ ὅτι δεῖ τὸν ὁριστικὸν λόγον δηλοῦν, ὥσπερ οἱ πλείους τῶν ὅρων λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν ἐνυπάρχειν καὶ ἐμφαίνεσθαι. νῦν δ' ὥσπερ συμπεράσματα οἱ λόγοι τῶν ὅρων εἰσὶν, οἷον τί ἐστι τετραγωνισμός; τὸ ἴσον ἑτερομήκει ὀρθογώνιον εἶναι ἰσόπλευρον. ὁ δὲ τοιοῦτος ὅρος, λόγος τοῦ συμπεράσματος. ὁ δὲ λέγων ὅτι ἐστὶ τετραγωνισμὸς μέσης εὕρεσις, τοῦ πράγματος λέγει τὸ αἴτιον.

*At enim*

*At enim cum ex obſcuris quidem, magis autem manifeſtis id fiat notum, quod eſt dilucidum ac notius ratione, nitendum eſt rurſus hoc pacto de ipſa anima pertractare. Rationem enim definitiuam non ſolum eſſe ſignificare, ut complures dicere definitiones uidentur, ſed etiam in ipſa cauſam ineſſe ac apparere oportet. Nunc autem definitionum complures ut concluſiones eſſe uidentur, ueluti quid eſt quadratio? confectio figuræ laterum æqualium, angulorumque rectorum, æqualis altera ex parte longiori figuræ. Atq; definitio talis concluſionis occupat locum. At ea quæ quadrationem inuentionem eſſe mediæ dicit, ipſius profectò cauſam, ut patet, aſſignat.*

### Explanatio.

Sed quia nondum eſt clarum ex hac definitione, an facultas intelligēdi ſiue intellectus ſit forma, ideo aliqua methodo declarandum eſt. Non eſt quidem clarum, quia per ipſam definitionem planum fit quid ſit anima, nimirum quòd ſit Entelechia corporis, ſed quamobrem, eſt obſcurum. Methodus declarandi eſt progreſſus à noto ad ignotum. κατὰ τὸν λόγον γνωριμωτέρων. Aut per definitionem, aut per diuiſionem, aut per reſolutionem, aut per demonſtrationem. νῦν ἢ ὥσπερ. Definitio ſumpta alia declarat quid ſit, vt quadratum ſiue quadratio eſt inuentio mediæ lineæ. Siue, ſonitus in nubibus eſt tonitruum. hæc definitio eſt concluſio demonſtrationis, per quam explicatur quid ſit tonitruum. Tonitruum eſt ignis extinctio in nubibus. Definitio hæc quamobrem ſit, explicat, & eſt principium demonſtrationis. Tonitruum eſt ſonitus in nubibus propter extinctionem ignis. definitio per quam declaratur & quid ſit, & quamobrem, & ſolo ſitu terminorum differens à demonſtratione.

### Particula XII.

λέγομεν οὖν ἀρχὴν τῆς σκέψεως λαβόντες, διωρίσθαι τὸ ἔμψυχον τοῦ ἀψύχου, τῷ ζῆν. πλεοναχῶς δὲ τοῦ ζῆν λεγομένου. κἂν ἕν τι τούτων ὑπάρχῃ μόνον ζῆν λέγομεν αὐτὸ οἷον, νοῦς, αἴσθησις, κίνησις, καὶ στάσις ἡ κατὰ τόπον. ἔτι κίνησις, ἡ κατὰ τροφὴν καὶ φθίσιν τε καὶ αὔξησιν.

*Dicamus igitur hinc conſiderationis initio ſumpto, animatum ab inanimato uita ſeiungi. Atque cùm multifariam uiuere dicatur, etiam ſi unum tantum iſtorum inſit, uiuere illud dicimus, cui ineſt: ut intellectus, ſenſus, motus loco ac ſtatus, & inſuper motio nutrimento accommodata, & accretio decretio ue.*

### Explanatio.

Quid ſit anima notum eſt: quam ob cām ſit perfectio prima, ignotum eſt. Sed ad ignotum progredimur ex noto principio aut per diuiſionem, aut reſolutionem, aut demonſtrationem, aut definitionem. Itaque Ariſto. initium ſumit ex differentia nota inter animatū corpus & inanime. Nam animatum vitam habet, inanime non habet. Vita quatuor modis dicitur, quia ſunt quatuor ordines animatorum. Animatum enim corpus aut viuit vitam hominis, quia intelligit; aut vitam animalis; quia ſentit, vt Zoophyti; aut animalis bruti, quia mutat locum; aut ſtirpis, quia nutritur, creſcit, decreſcit, etc.

### Particula XIII.

διὸ καὶ τὰ φυόμενα πάντα δοκεῖ ζῆν. φαίνεται γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔχοντα δύναμιν καὶ ἀρχὴν τοιαύτην, δι᾽ ἧς αὐξησίν τε καὶ φθίσιν λαμβάνουσι κατὰ τοὺς ἐναντίους τόπους, οὐ γὰρ ἄνω μὲν αὔξεται, κάτω δὲ, οὔ. ἀλλ᾽ ὁμοίως ἐπ᾽ ἄμφω καὶ πάντοσε ὅσα ἀεὶ τρέφεται καὶ ζῇ διὰ τέλους, ἕως ἂν δύνηται λαμβάνειν τροφήν.

*Quapropter & uniuerſæ plantæ uidentur uiuere, quippe cum uideantur in ſeipſis uim habere talem atq; principium, quo ad cōtraria loca tam incrementa quàm decrementa ſuſcipiunt. Non enim ſurſum quidem accreſcunt, deorſum autem non accreſcunt: ſed ad utrāq; ſimiliter differentiam, & omni ex parte ſemperque nutriuntur, & eo uſque uiuunt, quouſque poſſunt alimentum ſuſcipere.*

### Explanatio.

κατὰ τοὺς ἐναντίους. Creſcunt enim in omnes dimenſiones. ergo hic motus non eſt ab elemento, ſed ab alio principio. quia elementa ad vnam poſituram mouentur, vel ſurſum, vel deorſum: animatum verò ad omnes. ζῇ διὰ τέλους. Quandiu enim viuimus, tamdiu nutrimur. Itaque principium viuendi eſt anima, & forma, quia donec hæc forma ſupereſt, interea ſtirpes viuunt.

### Particula XIIII.

χωρίζεσθαι δὲ τοῦτο μὲν τῶν ἄλλων δυνατόν τὰ δ᾽ ἄλλα τούτου, ἀδύνατον ἐν τοῖς θνητοῖς φανερὸν δ᾽ ἐπὶ τῶν φυομένων. οὐδεμία γὰρ αὐτοῖς ὑπάρχει δύναμις ἄλλη ψυχῆς.

*Atque hæc quidem uis à cæteris ſeiungi, ſepararíq; poteſt: cateræ autem in ipſis mortalibus ab iſta nequeunt ſeparari. quod quidem in ipſis perſpicitur plantis. Nulla.n. prorſus in ipſis, ut patet, alia præter hanc, animæ potentia atq; officium ineſt.*

### Explanatio.

Omnis vita prior poteſt ſeparari à poſteriori ſed non reciprocatur. quia omne quod ſentit, idem quoque viuit. non autem econtra. ἐν τοῖς θνητοῖς. inquit, quia in diuinis facultas intelligendi eſt ſeparata ab aliis facultatibus. οὐδεμία. ſ. q̃ viuendi.

### Particula XV.

τὸ μὲν οὖν ζῆν, διὰ τὴν ἀρχὴν ταύτην ὑπάρχει πᾶσι τοῖς ζῶσι. τὸ δὲ ζῷον, διὰ τὴν αἴσθησιν πρώτως. καὶ γὰρ τὰ μὴ κινούμενα μὴ δ᾽ ἀλλάττοντα τόπον, ἔχοντα δ᾽ αἴσθησιν, ζῷα λέγομεν καὶ οὐ ζῆν μόνον.

Viuere

*Viuere igitur ob hoc principium uiuentibus competit. Animal autem eſt ob ſenſum primò: nam et ea quæ non cientur motu, nec mutant locum, ſenſum autem habent, non ſolum uiuere dicimus, ſed etiam animalia nuncupare ſolemus.*

### Explanatio.

Concludit animantia .i. ſtirpes viuere per animã quæ forma eſt. ἀψυχ. i. vegetatricem animam. τὸ ζῆν. Animatum differt ab animali, quia animatum viuit vt ſtirps: animal viuit & ſentit. quia animal eſt primo per ſenſum, & mouetur, aut mutando locum, vt brutum, aut non mutando, vt ζωόφυτον. Quia igitur anima eſt principium uiuendi in ſtirpibus, & ſentiendi in animalibus. ideo eſt forma.

### Particula XVI.

αἰσθήσεως δ' ὑπάρχει πρῶτον πᾶσιν, ἁφή. καὶ ὥσπερ τὸ θρεπτικὸν δύναται χωρίζεσθαι τῆς ἁφῆς, καὶ πάσης αἰσθήσεως, οὕτως καὶ ἡ ἁφὴ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. θρεπτικὸν δὲ λέγομεν τὸ τοιοῦτον μόριον, τῆς ψυχῆς, οὗ καὶ τὰ φυτὰ μετέχει· τὰ δὲ ζῷα πάντα φαίνεται τὴν ἁπτικὴν αἴσθησιν ἔχοντα.

*At uerò ex ſenſibus tactus primo cunctis animalibus ineſt. Atque ut uegetatiuum à tactu, ſenſuque omni, ſic à cæteris tactus ſeparari ſenſibus poteſt. Eam aũt partem animæ uegetatiuam dicimus eſſe, cuius & plantæ participes ſunt. Animalia uerò cuncta ipſam uim habere ſentiendi tactu uidentur.*

### Explanatio.

Ideo eſt animal, quia ſentit, hoc eſt præditum eſt primo ſenſu, qui eſt tactus. iſte enim à cæteris ſenſibus põt ſeparari, cæteri ab iſto nequeunt. nam ibi ſunt reliqui ſenſus, ibi & tactus, ſed nõ reciprocat.

### Particula XVII.

δι' ἣν δ' αἰτίαν ἑκάτερον τούτων συμβέβηκεν, ὕστερον ἐροῦμεν. νῦν δ' ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω μόνον ὅτι ἡ ψυχὴ τούτων ἐστὶν ἀρχὴ τῶν εἰρημένων, καὶ τούτοις ὥρισται, θρεπτικῷ, αἰσθητικῷ, διανοητικῷ, κινήσει.

*Atque quam ob cauſam iſtorum utrunque ſit, poſtea dicemus ac explanabimus. Nunc eouſque tantum dicatur, animam inquam principium eſſe eorum quæ dicta ſunt, & his eſſe definitam, uegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo, atq; etiam motu.*

### Explanatio.

Quam ob cauſam animal habeat uim ſentiendi, & ſtirpes viuendi, hoc eſt nutriendi, creſendi, generandi, dicetur in tertio lib. vel in libro de ſtirpibus. νῦν δ' ἐπὶ. Sed nunc ſatis ſit inueniſſe definitionem animæ ſumptam à forma, quia anima eſt principiũ viuendi, ſentiendi, mouendi, intelligendi. forma .n. eſt principium operandi eius cuius eſt forma. ergo patet cauſa, cur anima ſit perfectio prima, quia .ſ. eſt principium. Itaq; prima definitio ſumpta eſt à materia, ſecunda verò à forma. principium enim operandi eſt forma. Prima perfectio eſt principiũ operandi. ergo prima perfectio eſt forma.

### Particula XVIII.

πότερον δὲ τούτων ἕκαστόν ἐστι ψυχὴ, ἢ μόριον ψυχῆς· καὶ εἰ μόριον, πότερον οὕτως ὥστ' εἶναι χωριστὸν λόγῳ μόνον, ἢ καὶ τόπῳ. περὶ μὲν τινῶν οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. ἔνια δ' ἀπορίαν ἔχει.

*Quærendum autem eſt, utrum horum unumquodque ſit anima, an animæ pars: & ſi pars, utrum hoc pacto ut ſit ſeparabile ratione ſolum, an etiam loco. Atque de nonnullis quidem iſtorum ut leve diſcernereque facile poſſumus, nonnulla autem dubitationem habent.*

### Explanatio.

Demonſtraturus quomodo anima ſit principium vitæ, hoc eſt quatuor operum in corpore animato, tres ponit quæſtiones. Prima, vtrum ſit vnum principium in vno animato, an multa & diuerſæ .h.e. an vna eſſentia animæ. Secunda, an multa principia ſiue partes, ſiue eſſentiæ, vt ſingulorum operum ſingula ſint principia, vt principium viuendi, principiũ intelligendi diſtinctum. Tertia, ſi vna ſit eſſentia, an habeat partes ſiue facultates loco diſiunctas, an ſola ratione differentes, ſed ſubiecto eaſdem. hoc eſt ab eſſentia vna tanquam fundamento ſubiecto prodeuntes. περὶ μὲν τινῶν. Soluit tertiam quæſtionẽ, quòd facultas viuendi ratione tantum non ſubiecto ſiue eſſentia diſtinguatur ab anima vegetatrice, id apparet in ſtirpibus, in quibus principium ſiue eſſentia animæ non diſiungitur à facultate viuendi. Pariter & in animalibus inſectis, in quibus facultas & ſentiendi, & viuendi non ſeparatur ab eſſentia, & principio, id eſt ab anima, quia pars ſecta viuit & ſentit, vt cauda lacertæ. ἔνια δ'. Quædam uerò pars animæ ſiue facultas intelligendi dubia eſt an habeat aliud principium & eſſentiam ab eo principio in quo eſt facultas viuendi & ſentiendi, ita quidem vt principium intelligendi cum ſua facultate ſeparetur à principio ſentiendi ut perpetuum & immortale à caduco & corruptibili.

### Particula XIX.

ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἔνια διαιρούμενα φαίνεται ζῶντα καὶ χωριζόμενα ἀπ' ἀλλήλων, ὡς οὔσης τῆς ἐν αὐτοῖς ψυχῆς, ἐντελεχείᾳ μὲν μιᾶς ἐν ἑκάστῳ φυτῷ, δυνάμει δὲ πλειόνων, οὕτω καὶ περὶ ἑτέρας διαφορὰς τῆς ψυχῆς ὁρῶμεν συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ἐντόμων ἐν τοῖς τεμνομένοις. καὶ γὰρ αἴσθησιν ἑκάτερον τῶν μερῶν ἔχει καὶ κίνησιν τὴν κατὰ τόπον. εἰ δ' αἴσθησιν, καὶ φαντασίαν καὶ ὄρεξιν, ὅπου μὲν γὰρ αἴσθησις, λύπη τε καὶ ἡδονὴ παρακολουθεῖ. ὅπου δὲ ταῦτα. ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐπιθυμία.

*Nam ut plantæ nonnullæ diuiſa ſeiunctaque uidentur uiuere, propterea quòd anima quæ eſt in iſtis actu quidem in unaquaque planta eſt una, potentia uerò plures: ſic & circa alias uidemus animæ differentias fieri, cum inciduntur animantium ea quæ inſecta uocamus: utraque namque partium & ſenſum habet & motu loco cietur. Quòd ſi ſenſum habet, & imaginationem et appetitum etiam habet: ubi namque eſt ſenſus, ibi dolor etiam exiſtit atque uoluptas: at ibi ſunt hæc, ibi neceſſariò cupiditas etiam ineſt.*

Expla-

### Explanatio.

ἢ αἴσθησιν. Quæcunque habent ſenſum, eadem quoque habent phantaſiam, appetitum, dolorem, voluptatem, quia dolor & voluptas eſt paſsio ſenſus. Inſecta habent phantaſiam, ſed imperfectam, quia perfecta habet locum præfinitum, vt cerebrum in homine. Imperfecta eſt fuſa per vniuerſum corpus. Dolent, quia ſi pungantur, contrahuntur. Capiunt voluptatem, quia dilatantur, vbi ſentiunt aliquid delectabile.

### Particula XX.

Περὶ δὲ τοῦ νοῦ καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως, οὐδέπω φανερόν. ἀλλ' ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι. καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ.

*De intellectu uerò contemplatiuaque potentia nondũ quicquam eſt manifeſtum: ſed uidetur hoc animæ genus eſſe diuerſum, idque ſolum perinde atq; perpetuum ab eo quod accidit ſeiungi ſeparariq; poteſt.*

### Explanatio.

Nondum conſtat, an intellectus ſeparetur à principio ſentiendi, vt immortali à caduco. Videtur. n. facultas intelligendi habere aliud principium & aliã eſſentiam ſiue formã ſeparatam à principio ſentiẽdi & viuendi, ſiue ab eſſentia & forma, quia facultas intelligendi eſt multo præſtancior quàm facultas ſentiendi & viuendi. Itaque Phyloſophus non affirmat principium intelligendi ſeparari ab alijs principiis, ſed ait videri, propter eius facultatis excellentiam.

### Particula XXI.

τὰ δὲ λοιπὰ μόρια τῆς ψυχῆς, φανερὸν ἐκ τούτων, ὅτι οὐκ ἔστι χωριστὰ, καθάπερ φασί τινες. τῷ δὲ λόγῳ ὅτι ἕτερα. φανερόν. αἰσθητικῷ γὰρ εἶναι καὶ δοξαστικῷ ἕτερον, εἴπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τοῦ δοξάζειν. ὁμοίως δὲ, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν εἰρημένων.

*Cæteras autem animæ partes ſeparabiles quidem nõ eſſe, ut quidam aſſeruerunt, ex his quæ diximus patet: ratione uerò differre, non obſcurum eſſe uidetur. Senſitiui namque ratio diuerſa ſunt, ſentire ac opinari, & unumquodque dictorum ſimiliter.*

### Explanatio.

Reliquæ partes animæ & qua ſentimus, & qua viuimus, non ſunt loco ſeparatę, vt quidam Platonici aſſerunt, quia eadem pars quæ ſentit, viuit quoque, ſed ratione dũtaxat ſeparantur. τῷ δὲ λόγῳ. Soluit ſecundam quæſtionem, an facultates loco differant, an ratione cuiuſcunque partis animæ. αἰσθητικῷ. Quòd multæ partes ſint loco eędem, & ratione diuerſæ, id oſtendit facultas ſentiendi & opinandi, quæ proficiſcuntur ab eadem eſſentia & forma. diuerſas facultates diuerſa opera oſtendunt, vt ſentire & opinari. ὁμοίως. Idem iudicandum de aliis facultatibus & actionibus. Actiones diſtinctæ indicant diſtinctas facultates. ergo partis qua ſentimus & qua viuimus facultates ratione differunt, pariter & qua intelligimus.

### Particula XXII.

Ἔτι δὲ ἐνίοις μὲν τῶν ζώων ἅπαντ' ὑπάρχει. ἐνίοις δὲ ἐλάττω. τοῖς δὲ, ἓν μόνον. τοῦτο δὲ ποιεῖ διαφορὰν τῶν ζώων. διὰ τίνα δ' αἰτίαν. σκεπτέον ὕστερον. παραπλήσιον δὲ καὶ περὶ τὰς αἰσθήσεις συμβέβηκε. τὰ μὲν γὰρ ἔχει πάσας. τὰ δὲ, ἐλάττους. τὰ δὲ, μίαν τὴν ἀναγκαιοτάτην ἁφήν.

*At uerò quibuſdam animantium cunctæ partes, ut patet, inſunt: quibuſdam nonnullæ. Sunt & quibus una tantum ineſſe uidetur: atque idipſum differentiam animantium facit. Quam autem ob cauſam ita fit, poſtea perſcrutabimur. Eadem & circa ſenſus fieri ſanè uidemus: quædam enim omnes, quædam aliquos, quædam unum duntaxat habere uidentur; tactum inquam ipſum, qui quidem eſt omnium maximè neceſſarius.*

### Explanatio.

Soluit primam quæſtionem, quia in diuerſis corporibus animatis ſunt diuerſæ formę, in aliis multa, vt in homine, in alijs pauciores, vt in brutis. ſiue multæ, ſiue pauciores ſint, ratione tantum differũt. in aliis vna duntaxat, vt in ſtirpibus. τοῦτο δὲ ποιεῖ. Nec ſolum animata corpora efficiunt, ſed etiam illorum differentias & ſpecies conſtituunt. διὰ τίνα δ' αἰτίαν. Quia ſi per formam naneiſcuntur ſpeciem, nam forma eſt ſpecifica. ὕστερον. ſ. in 3. lib. vel in li. de ſtirpibus. παραπλήσιον. Quemadmodum alia corpora habent multas partes animæ, alia paucas, alia vnam: ita quoque iudicandum eſt de numero ſenſuum, quia alia habent omnes ſenſus, vt homo, alia paucos, vt talpa, alia vnum vt ſpongia marina. ἀναγκαιοτάτην. Quia ſine tactu nullum eſt animal: ſine aliis ſenſibus eſſe poteſt.

### Particula XXIII.

ἐπεὶ δὲ ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα, διχῶς λέγεται, καθάπερ ᾧ ἐπιστάμεθα. τοῦτο δὲ λέγομεν, τὸ μὲν ἐπιστήμην. τὸ δὲ ψυχήν. ἑκατέρῳ γὰρ τούτων φαμὲν ἐπίστασθαι. ὁμοίως δὲ καὶ ᾧ ὑγιαίνομεν, τὸ μὲν ὑγιείᾳ, τὸ δὲ μορίῳ τινὶ τοῦ σώματος ἢ καὶ ὅλῳ. τούτων δ' ἡ μὲν ἐπιστήμη καὶ ὑγίεια, μορφὴ καὶ εἶδός τι καὶ λόγος. καὶ οἷον ἐνέργεια τοῦ δεκτικοῦ. ἡ μὲν τοῦ ἐπιστημονικοῦ. ἡ δὲ τοῦ ὑγιαστικοῦ. δοκεῖ γὰρ ἐν τῷ πάσχοντι καὶ διατιθεμένῳ, ἡ τῶν ποιητικῶν ὑπάρχειν ἐνέργεια. ἡ ψυχὴ δὲ, τοῦτο, ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα, καὶ διανοούμεθα πρώτως. ὥστε λόγος τις ἂν εἴη καὶ εἶδος, ἀλλ' οὐχ ὡς ὕλη καὶ τὸ ὑποκείμενον.

*Quoniam autem id quo uiuimus quoue ſentimus bifariam dicitur, perinde atque id quo ſcimus, & id etiã quo ſani ſumus atque ualemus (quoddam enim ſcientiã, quoddam animam dicimus, quippe cum utroq; ſcire dicamus,*

*camus, & aliud ſanitatem, aliud partem corporis aliquam, uel totum dicimus corpus: atque horum utrunq; tam ſcientia quàm ſanitas forma quædam & ſpecies eſt, & ratio tanquam actus ſuſcipientis: ſcientia quidem ſcientiæ, ſanitas autem ſani. Actus enim agentium in eo quod patitur atque diſponitur ineſſe uidetur. Anima autem id eſt, ut patet, quo uiuimus, & quo ſentimus ac intelligimus primò) ipſa profectò ratio quædam erit & forma, ſed ut materies atque ſubiectum.*

Explanatio.

Quid ſit anima clarum eſt, nimirum eſſe endelechiam, id eſt perfectionem primam. Quamobrem ſit perfectio prima, nondum erat perſpicuum. Ideo attulit cauſam, nimirum quia eſt principium intelligendi, mouendi, ſentiendi & viuẽdi, quod nihil eſt aliud quã definitio animæ ſumpta à forma. Sed quare ſit principium. i. quo modo, vt intelligeremus, poſuit tres quæſtiones, & ſoluit. hic docet, quomodo eſt principium. Eſt porrò principium, quia eſt forma. Nam duplici principio corpus animatum exit in opus, altero actiuo vt forma, altero paſsiuo vt materia ſiue corpore. Viuimus enim & ſentimus anima & corpore. Corpus enim patitur, quia vitam & ſenſum accipit. Anima agit, quia afficit corpus & affert vitam. Quemadmodum etiam ſcimus duplici principio, & ſcientia vt forma, & anima vt materia ſubiecta ſcientiæ. Pariter valemus duplici principio, & valetudine vt forma, & corpore toto vel parte vt materia ſubiecta valetudini. ergo materia eſt principium, quia eſt forma. à forma enim proficiſcitur omnis actio. διχῶς. i. duplici principio. ἑκατέρῳ γὰρ τούτων. Vtroque principio, & vt materia, & vt forma, quia ſublato alterutro opus perit. ἐνέργεια. id eſt ἐντελέχεια. ἐμψυχικοῦ. i. animę ſubiectæ. τῶν ποιητικῶν. i. per efficientem ineſt educta forma. πρώτως. Quia concurrit ad opus duplex principium. Sed forma eſt primũ. vel dicit propter calorem, qui eſt inſtrumentum operis, ſed non primum principium.

Particula XXIIII.

τριχῶς γὰρ λεγομένης τῆς οὐσίας καθάπερ εἴπομεν, ὧν τὸ μὲν, εἶδος, τὸ δὲ, ὕλη, τὸ δὲ, ἐξ ἀμφοῖν τούτων δ' ἡ μὲν ὕλη δύναμις· τὸ δὲ, εἶδος, ἐντελέχεια. ἐπεὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἔμψυχον, οὐ τὸ σῶμα ἐστιν ἐντελέχεια ψυχῆς, ἀλλ' αὕτη σώματος τινός.

*Nam cum ſubſtantia tripliciter dicatur, ut diximus quędam enim eſt forma. quędam materies (quędam id quod ex utriſque componitur, & materia quidem eſt ut patet potentia, forma autem actus) cum igitur, ut diximus, ſubſtantia dicatur trifariam, animansq; id ſit quod ex utriſque, corpore, inquam & anima, conſtat: corpus profectò non eſt actus animę, ſed ipſa corporis alicuius eſt actus.*

Explanatio.

ἐπεὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν. Eſt principium, quia eſt forma & actus, nõ quia eſt materia aut corpus, alioqui corpus eſſet perfectio animæ, quinimo anima eſt perfectio corporis. Et ideo rectè ſentiunt illi, qui putant animam neque ſeiungi à corpore vt perficiat & formet, neq; eſſe corpus, ſed in corpore aliquid præſtantiſsimum. καὶ διὰ τοῦτο. eſt primum πέρισμα. μήτ' ἄνευ δ. Quia eſt forma. Vbi enim deſinit formare, deſinit eſſe forma. μήτε σῶμά τι. Quia anima eſt in corpore. Si igitur eſſet corpus, eſſet in corpore corpus. σώματος δέ τι. Eſt forma. & formam intelligit ſubſtantiam, id eſt ſubſtantialem, quia forma ſubſtantia eſt.

Particula XXV.

καὶ διὰ τοῦτο καλῶς ὑπολαμβάνουσιν οἷς δοκεῖ μήτ' ἄνευ σώματος εἶναι, μήτε σῶμά τι ἡ ψυχή. σῶμα μὲν γὰρ οὐκ ἔστι. σώματος δέ τι. καὶ διὰ τοῦτο ἐν σώματι ὑπάρχει, καὶ ἐν σώματι τοιούτῳ. καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ πρότερον εἰς σῶμα ἐνήρμοζον αὐτὴν, οὐθὲν προσδιορίζοντες ἐν τίνι καὶ ποίῳ. καίπερ οὐδὲ φαινομένου τοῦ τυχόντος δέχεσθαι τὸ τυχὸν οὕτω δὲ γίνεται καὶ κατὰ λόγον. ἑκάστου γὰρ ἡ ἐντελέχεια, ἐν τῷ δυνάμει ὑπάρχοντι, καὶ τῇ οἰκείᾳ ὕλῃ πέφυκε γίνεσθαι. ὅτι μὲν οὖν ἐντελέχειά τίς ἐστι καὶ λόγος τοῦ δύναμιν ἔχοντος τοιούτου εἶναι, φανερὸν ἐκ τούτων.

*Idcirco rectè admodum putant ij, quibus anima neque eſſe ſine corpore, neque corpus aliquod eſſe uidetur. Etenim ipſa corpus quidem non eſt, eſt autem corporis aliquid, & ineſt ob hoc in corpore, atque in corpore tali, non in quouis ſine diſcrimine illo: quẽadmodum ueteres ad corpus ipſam accommodabãt, nihil prorſus determinantes quodnam illud & quale ſit corpus. Atque non rectè, ut patet. quippe cum non uideatur quoduis ſine ullo diſcrimine quodcunque ſuſcipere.* Hic *autem pacto cum ratione etiam fit ſanè. Actus enim uniuſcuiuſque in eo quod eſt potentia et in propria materia, ſuapte natura fieri eſſeque ſolet. Animam igitur perfectionem quandam eius & actum ac rationem eſſe, quod potentiam habet, ut huiuſmodi ſit, ex hiſce, quę diximus, innoteſcit.*

Explanatio.

Secundum πέρισμα. Quoniam agens per ſuam actionem non educit formam niſi ex materia patiente & affecta ad talem formam, ideo anima non eſt forma niſi talis corporis, & nõ cuiuſcũq; corporis indiſcriminatim, vt Pythagorei opinant. ἐν τίνι. ſcilicet phyſicô ne an non phyſico, organico an nõ organico. οὕτω γίγνεται. Priſci ſine ratione profitentur illam opinionem de anima, nos verò utimur ratione, quia forma non eſt niſi in propria materia, & in corpore ſubiecto quod eſt capax eius formæ, animæ verò non eſt capax aliud corpus quam phyſicum & organicum. ὅτι μὲν οὖν. Peroratio. Concludit animam eſſe formam corporis phyſici organici, quia tale corpus poteſt pati & affici ad accipiẽdam talem formam, & nullam aliam.

Particula XXVI.

τῶν δὲ δυνάμεων τῆς ψυχῆς αἱ λεχθεῖσαι, τοῖς μὲν ὑπάρχουσι πᾶσαι καθάπερ εἴπομεν. τοῖς δὲ, τινὲς αὐτῶν, ἐνίοις δὲ μία μόνη. δυνάμεις δ' εἴπομεν, θρεπτικὸν, αἰσθητικὸν, ὀρεκτικὸν, κινητικὸν κατὰ τόπον,

διανοητικόν. ὑπάρχει δὲ τοῖς μὲν φυτοῖς τὸ θρεπτικὸν μόνον, ἑτέροις δὲ τοῦτό τε καὶ τὸ αἰσθητικόν. εἰ δὲ τὸ αἰσθητικὸν καὶ τὸ ὀρεκτικόν. ὄρεξις μὲν γὰρ ἐπιθυμία, καὶ θυμὸς, καὶ βούλησις. τὰ δὲ ζῷα πάντα μίαν ἔχουσι τῶν αἰσθήσεων, τὴν ἁφήν. ᾧ δ' αἴσθησις ὑπάρχει, τούτῳ ἡδονή τε καὶ λύπη, καὶ τὸ ἡδύ τε καὶ λυπηρόν. οἷς δὲ ταῦτα, καὶ ἡ ἐπιθυμία. τοῦ γὰρ ἡδέος, ὄρεξίς ἐστιν αὕτη.

*Animantium autem quibuſdam omnes inſunt potentiæ dictæ, quibuſdam nonnullæ ſunt. & quibuſdam una tantum ineſſe uidetur. Atque potentias animæ diximus eas, nutritiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, loco motiuum atque intellectiuum. Et plantis quidem nutritiuum eſt duntaxat: alijs autem & id ipſum & ſenſitiuum. Quòd ſi ſenſitiuum ineſt, & appetitiuum etiam ineſt: nam appetitus cupiditas eſt, & ira atque uoluptas. Animalia uerò cuncta unum ex ſenſibus habent. tactum inquam ipſum, atque cui ſenſus ineſt, ei uoluptas etiam & dolor ineſt, & perceptio iucundi atque moleſti. Quibus autem hæc inſunt, ea cupiditatem etiam habent: hæc eſt enim appetitio eius quod afficit uoluptate.*

Explanatio.

Tunc abſolutam rei notitiam tenemus, cùm eius naturam & affectiones proprias cognoſcimus. Sed hactenus dictum eſt de natura & eſſentia animæ: ſequitur vt dicat de facultatibus quæ ſunt affectiones, ne deſiderari poſſit quippiam in eius cognitione. ὀρεκτικόν. Quatuor ſunt ordines tantum animatorũ corporum, quos diſtinguimus differentibus facultatibus quatuor. Sed facultas appetendi quæ reperitur in diuerſis animatis, non efficit neque indicat genus aliud animatum. Itaq; hoc in loco Ariſt. adnumerauit cũ alijs facultatibus quibus cum iungitur. ὄρεξις μὲν γὰρ. Appetendi facultas aut animalis aut naturalis. Animalis non disiungitur à ſenſu, & diuiditur in ἐπιθυμίαν, θυμὸν, & βούλησιν. Sed animalis eſt in paucioribus corporibus animatis, naturalis verò eſt in pluribus, quia eſt etiam in ſtirpibus.

Particula XXVII.

ἔτι δὲ τῆς τροφῆς αἴσθησιν ἔχουσιν. ἡ γὰρ ἁφὴ, τῆς τροφῆς αἴσθησις. ξηροῖς γὰρ καὶ ὑγροῖς καὶ θερμοῖς καὶ ψυχροῖς, τρέφεται τὰ ζῷα πάντα. τούτων δὲ, αἴσθησις ἁφή. τῶν δὲ ἄλλων αἰσθητῶν κατὰ συμβεβηκός. οὐδὲν γὰρ εἰς τροφὴν συμβάλλεται ψόφος, οὐδὲ χρῶμα, οὐδὲ ὀσμή. ὁ δὲ χυμὸς, ἕν τι τῶν ἁπτῶν ἐστι. πεῖνα δὲ καὶ δίψα, ἐπιθυμία. καὶ ἡ μὲν πεῖνα, θερμοῦ καὶ ξηροῦ. ἡ δὲ δίψα, ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ. ὁ δὲ χυμὸς, οἷον ἥδυσμά τι τούτων ἐστί.

*Alimenti præterea ſenſum habent tactus enim ſenſus eſt alimenti. Nam ſiccis, & humidis, & calidis atq; frigidis aluntur uiuentia cuncta. Horum autem, ut patet, ſenſus eſt tactus: cæteris uerò ſenſibilibus per accidens nutriuntur. Nihil enim conducit ad alimentum ſonus, uel color, aut odor: ſapor autem unum quid eſt eorum quæ tactu percipiuntur. At uerò fames ſitis uel cupiditas eſt: ſicci quidem & calidi fames, frigidi uerò & humidi ſitis. At ſapor horum quaſi quoddam eſt condimentum.*

Explanatio.

Appetitus naturalis ineſt brutis, quia ſentiunt id eſt, habent tactum. Tactus eſt ſenſus alimenti ſiue appetitus, quia alimentis calidis, frigidis, humidis, ſiccis nutriuntur. Hæc enim ſunt obiecta tactus per ſe. Cætera obiecta ex accidẽti ſentit tactus, quia non conducunt ad alimentum ſed tantum oſtendũt eſſe cominus aut eminus, aut iucundum aut iniucundum. τοῦτο δέ. Vt indicent alimenta quæ ſibi conueniunt. ὁ δὲ χυμός. Eſt dubium an ſapor conducat ad alimentum, & ſit obiectum tactus, quia guſtus eſt quidam tactus, aut non eſt ſine tactu. πεῖνα δέ. Quòd animalia nutriantur calido, frigido, humido & ſicco, oſtendit fames, quæ eſt appetitus calidi & ſicci, & ſitis frigidi & humidi, atque hæc ſentiuntur à tactu. οἷον ἥδυσμά τι. Quamuis alimenta ſint ſapida, ſapor tamen non nutrit, ſed eſt cõdimentum alimenti ratione guſtatus.

Particula XXVIII.

διασαφητέον δὲ περὶ αὐτῶν ὕστερον. νῦν δ' ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω, ὅτι τῶν ζώων τοῖς ἔχουσιν ἁφὴν καὶ ὄρεξις ὑπάρχει. περὶ δὲ φαντασίας, ἄδηλον. ὕστερον δ' ἐπισκεπτέον. ἐνίοις δὲ πρὸς τούτοις ὑπάρχει καὶ τὸ κατὰ τόπον κινητικόν. ἑτέροις δὲ καὶ τὸ διανοητικόν τε καὶ νοῦς. οἷον, ἀνθρώποις. καὶ εἴ τι τοιοῦτόν ἐστιν ἕτερον ἢ καὶ τιμιώτερον.

*Verùm hæc declaranda poſterius ſunt. Nunc eouſq; dictum ſit, animantium in quam hiſce quæ tactum habent, & appetitum ineſſe. De imaginatione uerò non patet. Sed de hoc poſtea conſideremus oportet. Nonnullis inſuper & loco motiuum etiam ineſt, & alijs ratiocinatiuum & intellectus, ut hominibus & ſi quid ſit aliud tale, uel etiam præſtabilius.*

Explanatio.

ὕστερον. ſcilicet in tertio libro. περὶ δὲ φαντασίας. An animalia quæ habent tactum eadem quoq; phantaſiam habeant, nondum eſt declaratum. ἐνίοις δέ. Redit ad ordines animatorum corporum. Facultas mutandi locum eſt in paucis animalibus ſed facultas intelligendi eſt in multo paucioribus quia eſt tantum in hominibus vel in alijs corporibus animatis, ſi alia corpora animata reperiantur humano corpore excellentiora. Alluſit autem ad opinionem Platonis, qui putat eſſe dæmones aerem incolentes præditos intelligentia.

Particula XXIX.

δῆλον οὖν, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον εἷς ἂν εἴη λόγος ψυχῆς τε καὶ σχήματος. οὔτε γὰρ ἐκεῖ σχῆμα παρὰ τὸ τρίγωνον καὶ τὰ ἐφεξῆς, οὔτ' ἐνταῦθα ψυχὴ παρὰ τὰς εἰρημένας. γένοιτο δ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων λόγος κοινὸς, ὃς ἐφαρμόσει μὲν πᾶσιν. ἴδιος δὲ, οὐδενὸς ἔσται σχήματος. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις ψυχαῖς. διὸ γελοῖον ζητεῖν τὸν κοινὸν λόγον καὶ ἐπὶ τούτων καὶ

ἐφ' ἑκάστου, ὃς οὐδενός ἐστι τῶν ὄντων ἴδιος λόγος, οὐδὲ κατὰ τὸ οἰκεῖον καὶ ἄτομον εἶδος, ἀφέντας τὸν τοιοῦτον.

*Perſpicuum igitur eſt, unam animæ rationem eſſe perinde atque figuræ. neque enim ibi figura ulla, præter triangulum, eſt, & ea quæ deinceps ſunt collocata: neque hic anima ulla, præter eas quas diximus. At ut in figuris una communis ratio fieri poteſt, quæ cũctis quidem figuris accommodabitur, nullius aũt erit figuræ propria ratio: ſic & in animalibus dictis fieri poteſt. Quapropter ridiculum eſt & in his & in cæteris rebus communẽ quærere rationẽ: quæ quidem nullius eorum, quæ ſunt erit propria ratio, nec in propria cuiquam accommodabitur, & indiuidua ſpecie: rationem eam omittentes definitionem ue, quæ cuilibet hoc pacto competere accommodarique poteſt.*

### Explanatio.

Πόρισμα colligit, quatuor facultates proficiſci ab vna eſſentia & forma, atque illam formam non eſſe veluti ideam ſeparatam & propriã, ſed cõem & inſeparatam ab illis facultatibus: quemadmodũ figura, & ſi definitur per quoddam genus cõe omnibus figuris, non eſt tamen præter figuras veluti idea, vt figura eſt terminis clauſa, & numerus eſt vnitatũ collectio. Sic anima etſi definitur per entelechiam, entelechia tamen non eſt præter quatuor partes animæ vel animas.

## Particula XXX.

παραπλησίως δ' ἔχει τῷ περὶ τῶν σχημάτων, καὶ τὰ περὶ τὴν ψυχήν· ἀεὶ γὰρ ἐν τῷ ἐφεξῆς ὑπάρχει δυνάμει τὸ πρότερον, ἐπί τε τῶν σχημάτων καὶ τῶν ἐμψύχων, οἷον ἐν τετραγώνῳ μὲν, τρίγωνον, ἐν αἰσθητικῷ δὲ, τὸ θρεπτικόν. ὥστε καθ' ἕκαστον ζητητέον, τίς ἑκάστου ψυχή, οἷον, τίς φυτοῦ, καὶ τίς ἀνθρώπου, ἢ θηρίου. Διὰ τίνα δ' αἰτίαν τῷ ἐφεξῆς οὕτως ἔχουσι, σκεπτέον. ἄνευ μὲν γὰρ τοῦ θρεπτικοῦ τὸ αἰσθητικὸν οὐκ ἔστι. τοῦ δ' αἰσθητικοῦ χωρίζεται τὸ θρεπτικὸν ἐν τοῖς φυτοῖς. πάλιν δ' ἄνευ μὲν τοῦ ἁπτικοῦ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, οὐδεμία ὑπάρχει. ἁφὴ δ' ἄνευ τῶν ἄλλων ὑπάρχει. πολλὰ γὰρ τῶν ζῴων οὔτε ὄψιν οὔτε ἀκοὴν ἔχουσιν, οὔτε ὀσμῆς ὅλως αἴσθησιν.

*At uerò quemadmodum in figuris, ſic & in anima fit: nam tam in figuris quàm in animantibus in eo quod deinceps eſt collocatum, id ineſt potentia quod illo eſt prius. In quadrato nanque triangulus, & in ſenſitiuo uegetatiuum ineſt, ut patet. Quapropter in ſingulis quærendum eſt, quænam ſit cuiuſque anima, ut quænam ſit anima plantæ, quæ beſtiæ, quæ denique hominis. Quam autem ob cauſam deinceps ſic ſeſe habent, conſiderare oportet: ſenſitiuum nanque ſine uegetatiuo non eſt, aut à ſenſitiuo uegetatiuum in plantis ſeiungitur. Rurſus ſine tactu nullus cæterorum ſenſuum eſt, at ipſe tactus ſine cæteris eſt. Complura nanque ſunt animalium, quæ neque uiſum neque auditum neque ſenſum habent odoris.*

### Explanatio.

Partes animæ ſunt ſimiles figuris. Vt enim trigona figura continetur in tetragona ita priores partes continentur in poſterioribus quia pars poſterior perfungitur officio ſuo & prioris, quicquid enim poteſt prior, poteſt & poſterior. διὰ τίνα. quæritur, an facultates ſiue poteſtates ſint idẽ quod anima. Reſpondendum eſt, poteſtates ſumptas pro ſubiecto potente.i. eſſentia ſubiecta quæ eſt anima, quæ habet poteſtatem opus exercendi, eſſe idem quod anima, & ideo eſſe ſubſtantias, quas Ariſt. nunc partes vocat, nunc animas. Non ſecus atque materiæ primæ poteſtas ſumitur pro ſubiecto potẽte id eſt, quod poteſt idem eſſe quod materia prima. Iam verò ſumptæ pro proprietatibus inſeparabilibus non ſunt idem quod anima, ſed ſunt accidentia propria, quę dicũtur facultates & vires, per quas agit anima, vt ignis per calorem inſeparabilem. Ab Ariſt. dicuntur δυνάμεις.i. poteſtates. ἐνέργειαι vocantur potentiæ. Ideo quando Ariſt. ait ὕλην eſſe δύναμιν, intelligit ſubiectum potens, quod eſt ſubſtantia: poteſtas verò materiæ, quæ eſt proprietas, eſt accidens inſeparabile, vt tex. 1. & 15. patet. ὄψιν, vt vermes. ἀκοὴν, ut formicæ & muſcæ. ὀσμῆς, vt noctilucæ.

## Particula XXXI.

καὶ τῶν αἰσθητικῶν, τὰ μὲν ἔχει τὸ κατὰ τόπον κινητικόν, τὰ δ' οὐκ ἔχει. τελευταῖον δὲ καὶ ἐλάχιστον, λογισμὸν καὶ διάνοιαν. οἷς μὲν γὰρ ὑπάρχει λογισμὸς τῶν φθαρτῶν, τούτοις καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. οἷς δὲ ἐκείνων ἕκαστον, οὐ πᾶσι λογισμός. ἀλλὰ τοῖς μὲν οὐδὲ φαντασία, τὰ δὲ ταύτῃ μόνῃ ζῶσι. περὶ δὲ τοῦ θεωρητικοῦ νοῦ ἕτερος λόγος. ὅτι μὲν οὖν ὁ περὶ τούτων ἑκάστου λόγος, οὗτος οἰκειότατος καὶ περὶ ψυχῆς, δῆλον.

*Et eorum rurſus quæ ſentiunt quædam habent loco motiuum, quædam non habent. Extrema autem atque minima rationem habent & mentem. Quibus enim mortalium ineſt ratio. his ſunt continuò & cætera cuncta. At quibus unumquodque illorum ineſt, hiſce nontomnibus ineſt & ratio, ſed quædam imaginatione uacant, quædam hac ſola uiuunt. De intellectu uerò contemplatiuo alia ratio eſt. Quæ cum ita ſint, patet horum cuiuſque rationem animæ maximè propriam eſſe rationem.*

### Explanatio.

Pergit declarare priores facultates contineri à poſterioribus quia quicquid poteſt prior, poteſt & poſterior. Vt animalia quæ mutant locum ſentiant & viuunt, & animalia prædita facultate iudicandi, habent omnes alias facultates & viuendi & ſentiendi & mutandi locum & viuendi, vt homo οὐκ ἔχει, vt ſpongiæ. τῶν φθαρτῶν. Quoniam mentes cœleſtes intelligunt, ſed non ſentiunt, neque viuunt, ſed tantum appetunt aſsimilari primo. ἀλλὰ τοῖς μὲν. Animalibus imperfectis deeſt phantaſia perfecta, ineſt imperfecta. perfectum voco, quando remanet imago rei abſentis ſenſilis: impefectam, quãdo abeſt imago abſente re ſenſili. Vt igitur homo regitur intelligentia, ſic bruta diriguntur phantaſia.

Verùm

Verùm de facultate intelligendi dicetur alibi, quomodo ſcilicet differat à facultate imaginandi, nimirum in tertio libro. λόγος οἰκειότατος. i. hæc eſt proportio & ratio poteſtatum animæ inter ſe. περὶ τοῦ θεωρητικοῦ. ſcilicet φ aliæ animæ partes ab hac ſeparari nequeant.

Particula XXXII.

Ἀναγκαῖον δὲ τὸν μέλλοντα περὶ τούτων σκέψιν ποιεῖσθαι, λαβεῖν, τί ἐστιν ἕκαστον αὐτῶν. εἶθ' οὕτως, περὶ τῶν ἐχομένων. εἰ δὲ χρὴ λέγειν τί ἕκαστον αὐτῶν, οἷον τὸ νοητικὸν, ἢ τὸ αἰσθητικὸν, ἢ τὸ θρεπτικὸν, πρότερον ἔτι λεκτέον, τί τὸ νοεῖν καὶ τί τὸ αἰσθάνεσθαι. πρότεραι γὰρ εἰσὶ τῶν δυνάμεων, αἱ ἐνέργειαι καὶ αἱ πράξεις κατὰ τὸν λόγον. εἰ δ' οὕτως, τούτων δ' ἔτι πρότερα τὰ ἀντικείμενα δεῖ τεθεωρηκέναι, περὶ ἐκείνων πρῶτον ἂν δέοι διορίσασθαι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. οἷον περὶ τροφῆς καὶ αἰσθητοῦ καὶ νοητοῦ.

*Neceſſe eſt autem eum qui de biſce conſiderationem facturus eſt, quidnam ſit unumquodque ipſorum accipere: denique quærere perſcrutarique de biſce quæ ſequuntur ac comitantur. Quòd ſi dicere oporteat quid unumquodque eorum ſit, ut quid ſit intellectiuum uel ſenſitiuum, uel nutritiuum: antea dicendum eſt, quidnam ſit intelligere, quid ſentire. Nam operationes actiones ue potentijs uiribusque peiores ſunt ratione. Quòd ſi ita ſit, atque prius etiam obiecta, quàm iſta, contemplari oporteat: primum profectò de illis propter eandem cauſam ut de alimento, de ſenſibili, de intelligibili determinare oportet.*

Explanatio.

Cognitio & diſpoſitio ordine facultatum animę ſiue animarum methodus inueniendi naturam ſingulorum eſt progreſſus ab obiectis ad actiones, & ſubinde ab actionibus ad facultates animarum ſiue animas, quia nobiſcum nata eſt via, vt progrediamur à notioribus nobis. Obiecta enim ſunt notiora quàm actiones, & actiones quàm formæ: nam qui nouit ſtirpes habere animam vegetatricem, nouit ex actionibus ex alimonia, ex generatione, ex incremento. Idē iudicandum de cognitione aliarum formarum. ἐχομένων. ſ. de partibus animæ, & accidentibus & proprietatib. ſequentibus animæ eſſentiam, αἱ ἐνέργειαι. ἐνέργειαι referuntur ad actiones vegetatiuæ animæ, vt generationem, nutritionem & incrementum, quæ ſunt actiuæ. πράξεις ad actiones facultatis ſentiendi & intelligendi referantur, quæ ſunt paſſiuæ, quia ſentire & intelligere eſt pati. Priores facultates ſunt vt cauſæ effectrices, poſteriores vt fines: vt forma eſt cauſa effectrix facultatum, & facultates actionum, ſed actiones ſunt in genere cauſæ finalis. κατὰ τὸν λόγον. Definitione, per quam ſcimus quòd ſunt, non quamobrem ſunt. i. cognoſcuntur eſſe priores ex effectu.

Particula XXXIII.

Ὥς τε πρῶτον περὶ τροφῆς καὶ γεννήσεως λεκτέον. ἡ γὰρ θρεπτικὴ ψυχὴ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει. καὶ πρώτη καὶ κοινοτάτη δύναμίς ἐστι ψυχῆς, καθ' ἣν ὑπάρχει τὸ ζῆν ἅπασιν. ἧς ἐστιν ἔργα, γεννῆσαι καὶ τροφῇ χρῆσθαι. φυσικώτατον γὰρ τῶν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔργον, ὅσα τέλεια καὶ μὴ πηρώματα ἢ τὴν γένεσιν αὐτόματον ἔχει, τὸ ποιῆσαι ἕτερον, οἷον αὐτό. ζῶον μὲν, ζῶον. φυτὸν δὲ, φυτόν. ἵνα τοῦ θείου μετέχωσιν, ᾗ δύνανται. πάντα γὰρ ἐκείνου ὀρέγεται. κἀκείνου ἕνεκα πράττει ὅσα κατὰ φύσιν πράττει.

*Quare de alimento generatione ue primò dicendum eſſe uidetur. Nutritiua nanque anima & cæteris ineſt, & prima eſt, & maximè communis animæ uis, & potētia, qua cuncta uiuentia uiuunt, cuius ſunt operationes, officia ue generare, nutrimentoque uti. Hæc enim operatio maximè omnium operationum uiuentibus eſt naturalis, uiuentibus inquam biſce quæ ſunt perfecta, non membris capta, quanquam non ſine ſemine oriuntur: unumquodque inquam aliud ſibi ſimile procreare, animal quidem animal plantam autem plantam, ut ſint ſemper hoc pacto conditionemque ſubeant. quoad poſſunt, diuinam. Id enim ipſum appetunt uniuerſa, gratiaque ipſius omnia agunt, quæcunque ſecundum naturā agunt.*

Explanatio.

Propoſita methodo inueniendi naturā ſingularū partiū aīæ, ſumit initiū ab ea parte qua viuimus, q̄a origine oīum prima eſt. Eius aūt actiones ſunt tres, nutritio, generatio, accretio & decretio, obiectū eſt ipſum alimentū. φυσικώτατον. De gn̄atione dicendū eſt, quia inter alia opera naturę id eſt magnopere naturale, q̄a ſpōte naturę oīa animalia & ſapiētia & inſipiētia feruntur in venerē: deinde eſt neceſſariū, alioq; corporū animatorū genera deſinerent eſſe, & ideo naturæ inſtinctu oīa naturę deſiderāt generare ſibi ſimile, vt qđ nō pōt eſſe nunc ęternum, ſit ſpecie ſaltē & p̄ propagationē. Inquit aūt, φυσικώτατον: nutritio.n.& accretio deſtinantur in generationem, & ideo videt̄ magis naturalis & vltimus ſcopus aīę vegetatricis. ὅσα τέλεια. Nō omnia generāt, ſed perfecta & conſecuta perfectā quantitatē. Itaq; pueri non generant, priuſquā incipiāt ſemen emittere: id quod 14. fit anno. πηρώματα, neq; manca, vt ſpadones. ἢ τὴν γένεσιν. neq; genita ex putri materia, vt muſcæ & vermes à ſole & calore putri. & ſi generāt, non generāt marē neq; fęminā, aut nō propagāt vſq; ad tertiā generationē. οἷον αὐτό. Simile ſpecie aut eadē aut propinqua vt mulus generatur ex aſino & equa. Hic eſt finis generationis. τοῦ θείου. i. vt ſe conſernent.

Particula XXXIIII.

τὸ δ' οὗ ἕνεκα, διττόν· τὸ μὲν, οὗ. τὸ δὲ, ᾧ. ἐπεὶ οὖν κοινωνεῖν ἀδυνατεῖ τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου τῇ συνεχείᾳ, διὰ τὸ μηδὲν ἐνδέχεσθαι τῶν φθαρτῶν ταὐτὸ καὶ ἓν ἀριθμῷ διαμένειν, ᾗ μετέχειν δύναται ἕκαστον, ταύτῃ κοινωνεῖ. τὸ μὲν μᾶλλον. τὸ δ' ἧττον. καὶ διαμένει οὐκ αὐτὸ, ἀλλ' οἷον αὐτό. ἀριθμῷ μὲν οὐχ ἕν. εἴδει δ' ἕν. διόπερ τὸ σῶμα τῶν ζώων καὶ φυτῶν, ὄργανόν ἐστι τῆς ψυχῆς.

*Duplex eſt autem id, cauſa cuius cætera ſiunt atque unum eſt quo, alterum cui. Cum igitur ſemper eſſe conditionemque diuinam ſubire continuatione nequeant*

*queant animantia, quia fieri nequit, ut caducorum atque mortalium quicquam idem unumque numero ſemper permaneant ut unumquodque poteſt, ſic æternitatis conditionisque humanæ particeps eſt, aliud quidem magis, aliud autem minus, permanetque non ipſum, ſed tale, quale eſt ipſum, numero quidem non unum, ſpecie autem unum.*

### Explanatio.

Finis ambiguum nomen eſt, ideo diſtinguitur. Nam duplex eſt, aut οὗ, aut ᾧ. i. cuius, aut cui, finis cuius cauſa fit id quod fit, duplex eſt, aut internus, ut forma quæ eſt in corpore generato, nam propter formam acquirendam natura motum ciet, & ea acquiſita motus ceſſat, aut externus, qui eſt vltimus finis, vt in arte medica fruitio ſanitatis, in ethicis felicitas & finis animæ vegetatricis vltimus eſt æternitas & perpetuitas. finis cui, eſt cui acquiritur, vt in arte medica finis eſt homo, cui ſanitas, & in philoſophia morali cui acquiritur felicitas. Hic autem eſt mentio de fine vltimo externo cuius gratia vegetatrix anima eſt principium actionis.

### Particula XXXV.

ἔστι δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ ζῶντος σώματος αἰτία καὶ ἀρχή. ταῦτα δὲ πολλαχῶς λέγεται. ὁμοίως δ᾽ ἡ ψυχὴ κατὰ τοὺς διῃρημένους τρόπους τρεῖς, αἰτία. καὶ γὰρ ὅθεν ἡ κίνησις αὐτὴ, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα. καὶ ὡς ἡ οὐσία τῶν ἐμψύχων σωμάτων, ἡ ψυχὴ αἰτία. ὅτι μὲν οὖν ὡς οὐσία, δῆλον.

*Eſt autem anima corporis cauſa principiumque uiuentis. Atqui cùm multifariam hæc dicantur, anima pari modo tribus determinatis modis cauſa eſt. Nam eſt ea cauſa à qua profluit motus: eſt etiam ea, gratia cuius cætera ſunt: eſt inſuper ut forma corporum animatorum ſubſtantiaue. Atque cauſam ut ſubſtantiam animantium eſſe, non eſt obſcurum.*

### Explanatio.

Non ſolum anima eſt cauſa corporis, quia eſt forma, vt hactenus fuit demonſtratum: ſed etiam quia eſt efficiens & finis. Ergo tribus modis principium & cauſa dicetur. Hoc autem prænoſcere oportet, antequam naturam partium contemplemur. πολλαχῶς. vt quinto Metaph. oſtendit. διῃρημένους. id eſt, diſtinctos inter ſe modos. Vel definitos à nobis paulo infra & etiam ſecundo Phyſic.

### Particula XXXVI.

τὸ γὰρ αἴτιον τοῦ εἶναι πᾶσιν, ἡ οὐσία. τὸ δὲ ζῆν τοῖς ζῶσι, τὸ εἶναί ἐστιν. αἰτία δὲ καὶ ἀρχὴ τούτων ἡ ψυχή. ἔτι δὲ τοῦ δυνάμει ὄντος, λόγος ἡ ἐντελέχεια. φανερὸν δ᾽ ὡς καὶ οὗ ἕνεκα, αἰτία ἡ ψυχή. ὥσπερ γὰρ ὁ νοῦς ἕνεκά του ποιεῖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ φύσις. καὶ τοῦτ᾽ ἔστιν αὐτῆς τέλος. τοιοῦτον δ᾽ ἐν τοῖς ζώοις ἡ ψυχὴ κατὰ φύσιν. πάντα γὰρ τὰ φυσικὰ σώματα τῆς ψυχῆς ὄργανα καθάπερ τὰ τῶν ζώων, οὕτω τὰ τῶν φυτῶν ὡς ἕνεκα τῆς ψυχῆς ὄντα. διττῶς δὲ, τὸ οὗ ἕνεκα. τό, τε οὗ, καὶ τὸ ᾧ. ἀλλὰ μὴν καὶ ὅθεν πρῶτον ἡ κατὰ τόπον κίνησις, ἡ ψυχή. οὐ πᾶσι δ᾽ ὑπάρχει τοῖς ζῶσιν ἡ δύναμις αὕτη. ἔστι δὲ καὶ ἀλλοίωσις καὶ αὔξησις κατὰ ψυχήν. ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις ἀλλοίωσίς τις εἶναι δοκεῖ. αἰσθάνεται δ᾽ οὐδὲν, ὃ μὴ ψυχὴν ἔχει. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ αὐξήσεως καὶ φθίσεως ἔχει. οὐδὲν γὰρ φθίνει οὐδ᾽ αὐξάνεται φυσικῶς μὴ τρεφόμενον. τρέφεται δ᾽ οὐδὲν ὃ μὴ κοινωνεῖ ζωῆς.

*Cauſam nanque cunctis ut ſint, formam ipſam atque ſubſtantiam eſſe patet. At uiuere uiuentium eſt eſſe. cuius ſanè cauſa eſt, ut conſtat, atque principium anima. Præterea actus eius quod eſt potentia, ratio eſt eiuſdē: at anima uiuentis eſt corporis actus. Patet etiam, animam eſſe cauſam. ut id gratia cuius cætera ſunt: nam ut mens, ſic & natura alicuius gratia facit, quod quidem ipſum eſt finis: Atque tale eſt in ipſis uiuentibus anima. & ſecundum naturam, uniuerſa nanque naturalia corpora tam animalium quàm etiam plantarum, ipſius animæ ſunt inſtrumenta. Quo fit, ut ipſa ſint animæ, ſine controuerſia, gratia. Duplex eſt autem id, uti diximus, cauſa cuius cætera ſunt, atque unum eſt quo, alterum cui. At uerò conſtat animam eſſe id etiam, unde primum motus ad locum accomodatus emergit. Verum hæc uis non uniuerſis ineſt uiuentibus. fit etiam per animam & alteratio & accretio. Senſus enim alteratio quædam eſſe uidetur: ſentitque nihil, quod non habeat animam. Eadem eſt et de accretione decretioneue ratio. Nihil enim incrementa naturaliter decrementaue ſuſcipit, quod non nutriatur: & nihil prorſus nutritur, quod non uitæ particeps ſit.*

### Explanatio.

Anima eſt forma, quia per ipſam ſunt ſtirpes & viuunt. quod eſt proprium munus formæ φανερόν. eſt finis, quia in conformatione viuentis corporis acquiſita anima vegetatiua, ceſſat natura in eo genere animantis. non ſecus atque artifex vbi figuram in materia induxit quieſcit. ὁ νοῦς. id eſt, artifex qui vtitur intellectu. ψυχή. ſcilicet propter quam agit natura. φυσικὰ σώματα. i. elementa deſtinantur vt in terminum & finem. τό, τε οὗ. Anima eſt finis cuius gratia fit quod fit à natura in conformatione corporis viuentis, hoc eſt, eſt finis internus, quoniã eſt forma in corpore conformato. καὶ τὸ ᾧ. Eſt quoque cauſa efficiens, quia anima eſt principium vnde cietur primò motus, vt in viuentibus corporibus eſt principium incrementi & decrementi, in ſentientibus eſt principium mutandi locum, & principium accipiendi mutationem ab obiecto ſenſili, quia ſentire eſt pati & moueri, & ſenſus eſt quædam mutatio ſiue alteratio. ἀλλοίωσίς τις. quia ſenſus non eſt verus motus nec vera alteratio, ſed veriſimilis. Verus enim motus eſt mutatio loci, & vera alteratio eſt calefactio & refrigeratio & omnis motus qui proficiſcitur à primis qualitatibus quia principium ſenſus eſt anima, non prima qualitas.

### Particula XXXVII.

Ἐμπεδοκλῆς δ᾽ οὐ καλῶς εἴρηκε τοῦτο, προστιθεὶς τὴν αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς, κάτω μὲν ῥιζουμένοις, δια

διὰ τὸ τὴν γῆν οὕτω φέρεσθαι κατὰ φύσιν. ἄνω δὲ διὰ τὸ πῦρ ὡσαύτως. οὔτε γὰρ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω καλῶς λαμβάνει. οὐ γὰρ ταὐτὸ πᾶσι τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, καὶ τῷ παντί. ἀλλ' ὡς ἡ κεφαλὴ τῶν ζώων, οὕτως αἱ ῥίζαι τῶν φυτῶν, εἰ χρὴ τὰ ὄργανα ἕτερα λέγειν, καὶ ταὐτὰ τοῖς ἔργοις.

*Atque hac in parte ſententia Empedoclis eſt poſt habenda, qui quidem hoc non rectè dixit, ac addidit, ideo incrementa plantas ſuſcipere, tum in radicib. infra, tum in ramis etiam ſupra: quia terra deorſum ſuapte natura, & ignis ſurſum identidem pergit. Primum nanque non rectè accipit in plantis differentias dictas, infrà inquam ac ſuprà: non enim eadem ſunt omnium rerum & uniuerſi. ſuprà & infra: ſed quam habet rationem in animalibus caput, eam ſubeunt in plantis radices, ſi inſtrumenta diuerſa uel eadem operationibus officijsue ducere aſſerereque oportet.*

Explanatio.

Occaſionem nactus coarguit Empedoclem, qui opinatur in corporibus viuentibus cauſam incremēti eſſe neceſsitatē materiæ, quia putat infernas partes eſſe terrenas, & ideo deſcendiſſe in ſtirpib. ſupernas verò eſſe igneas, & ideo creuiſſe ſurſum. Errat, quia cauſa effectrix omnis motus in omni corpore animato eſt anima. συμβαίνειν. ſ. neceſsitate materiæ. οὔτε γὰρ. Errat quoque, quia non deſignat in corporibus viuentibus vt in ſtirpibus poſituras conueniētes, quia partem inferam ſtatuit radices. atqui radices reſpondent ori in homini. cùm homo ſit plāta inuerſa. ταὐτὸ πᾶσι. Non eædem ſunt differentiæ ſitus in omnibus corporibus animatis. τὸ ἄνω. Partes vniuerſi iudicantur ex motu grauiū & leuiū corporum ad ſitus differentes. κάτω. quia partes in cœlo differunt ſolo ſitu, in animatis differentiæ inſumuntur à figura & officio partium. εἰ χρή. inſtrumēta iudicantur eadem & diuerſa ex eiſdem & diuerſis operibus.

Particula XXXVIII.

πρὸς δὲ τούτοις τί τὸ συνέχον εἰς τἀναντία φερόμενα τὸ πῦρ καὶ τὴν γῆν. διασπασθήσεται γάρ, εἰ μή τι ἔσται τὸ κωλῦσον. εἰ δ' ἔσται, τοῦτ' ἔστιν ἡ ψυχή, καὶ τὸ αἴτιον τοῦ αὐξάνεσθαι, καὶ τρέφεσθαι.

*Deinde quid eſt quod continet terram ignem ue, quæ quidem in contraria loca feruntur? Diſtrahentur enim profectò niſi aliquid ſit quod ipſa prohibeat atque detineat: Quòd ſi ſit aliquid, id eſt profectò anima ipſa. Quo fit, ut ipſa ſit augendi cauſa nutriendi ue, non elementa, quemadmodum ille putabat.*

Explanatio.

Omne opus quod facit corpus animatum eſt ab vno principio: ſed principium continendi elementa coniuncta in mixto corpore eſt anima, ne diſſoluatur ergo eſt cauſa & principiū operū quoq; aliorū, & nutriēdi, & creſcendi & generandi. καὶ τὸ αἴτιον. quia eſt forma. à forma aūt ꝓficiſcitur omnis actio, & quia eſt efficiens: quoniam attrahendo alimentū & apponendo & agglutinando & aſsimilando membrū per animam nutritur, & per eandem extenditur atq; creſcit. Et quia eſt finis, quia ꝑ ꝑ cōſeruationē animæ corpus animatū nutritur, creſcit & generat.

Particula XXXIX.

δοκεῖ δέ τισιν ἡ τοῦ πυρὸς φύσις ἁπλῶς αἰτία τῆς τροφῆς καὶ τῆς αὐξήσεως εἶναι. καὶ γὰρ αὐτὸ φαίνεται μόνον τῶν σωμάτων ἢ τῶν στοιχείων τρεφόμενον καὶ αὐξανόμενον διὸ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς καὶ ἐν τοῖς ζῴοις. ὑπολάβοι τις ἂν τοῦτο εἶναι τὸ ἐργαζόμενον.

*Sunt autem quibus ignis ipſius natura, cauſa ſimpliciter nutritionis & accretionis eſſe uidetur. Ipſe nanq; ſolus omnium corporum aut elementorum nutriri ac augeri uidetur. quapropter & in plātis et in animalib. putabit quiſpiā ignem id ipſum eſſe quod operatur.*

Explanatio.

Coarguit deinceps alios philoſophos, qui opinātur cauſam motus vt alimenti & incrementi eſſe ignem, non animam, quia crediderunt ignem nutriri, ſiquidem depaſcatur humidum, conuertendo in ſuam naturam, atque adeo creſcere. Sed non verè nutritur, verum potius attenuando materiam generat maiorem quantitatem ignis, in qua generata extenditur, quæ quidem extenſio eſt incrementū ignis. ἁπλῶς. Cauſa ſimplex, non concauſa. i. ſolus igitur videtur eſſe cauſa.

Particula XL.

τὸ δὲ συναίτιον πῶς μὲν ἐστι. οὐ μὴν ἁπλῶς γε αἴτιον. ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ψυχή. ἡ μὲν γὰρ τοῦ πυρὸς αὔξησις, εἰς ἄπειρον, ἕως ἂν ᾖ τὸ καυστόν. τῶν δὲ φύσει συνισταμένων πάντων ἔστι πέρας, καὶ λόγος μεγέθους καὶ αὐξήσεως. ταῦτα δὲ ψυχῆς, ἀλλ' οὐ πυρός, καὶ λόγου μᾶλλον, ἢ ὕλης.

*Verum non ita eſt, ſed cum comitetur cauſam, eſt ob id ipſum quodāmodo non ſimpliciter cauſa, ſed talis eſt potius anima. Nam ignis quidem accretio in infinitum progreditur, & eouſq; fit, quouſq; ſit combuſtibile. At eorum omnium quæ natura conſtant, eſt finis & ratio tā magnitudinis quam accretionis. Hæc autem animæ ſunt, non ignis, & rationis potius quàm materiæ.*

Explanatio.

Nō eſt ignis ſola cauſa, ſed cōcauſa, qm̄ inſtrumētū eſt animæ, quæ eſt cauſa principalis incremēti. Et ratio eſt, quia incrementū corporis terminatū aīati eſt, ſed ignis eſt cauſa incremēti nō terminati & incōſtātis, ergo ignis nō eſt cauſa incremēti in corpore aīato, ſed ipſa potius anima. πῶς. Tametſi iungitur cum anima quæ eſt cauſa, nō tamē eſt cauſa, ſed quodāmodo, quia eſt. ἄπειρον. Terminus incremēti eſt inconſtans, quia ſemper pōt creſcere ſuppetente materia cremabili creſcit ergo in infinitū. i. in incertū, quia terminus eſt incertus, neq; præfinitus. Atqui oīum natura cōſtātium ꝑfinita eſt maxima & minima quātitas, vltra & citra quam non conſiſtit opus

formæ. Neque enim reperitur infinitum actu in rerum vniuerſitate. ὕλης. Quia proprium munus formæ eſt vt ſit principium omnis actionis: materię verò, vt ſit principium patiendi.

Particula XLI.

ἐπεὶ δ' ἡ αὐτὴ δύναμις τῆς ψυχῆς θρεπτικὴ καὶ γεννητική, περὶ τροφῆς ἀναγκαῖον διωρίσαι πρῶτον. ἀφορίζεται γὰρ πρὸς τὰς ἄλλας δυνάμεις τῷ ἔργῳ τοῦτῳ.

*Cum autem eadem uis animæ ſit, & nutriendi & generandi, primum de alimento determinare neceſſe eſt. Hæc enim à cæteris potentijs hoc munere ſeiungitur.*

Explanatio.

Poſtquam dictum eſt de anima generatim, dicendum eſt nunc ſpeciatim de ſingulis. Vniuerſalia.n. contemplamur, vt cognoſcamus ſingularia. δύναμις. Hactenus perſpicuum eſt animam eſſe cauſam in corpore animato omnis operis, quia eſt forma efficiens & finis. ideo dicendum eſt de omni genere animæ. Sed animæ ſunt quatuor quando quidem totidem quoque ſunt ordines animatorum. Verùm de qua nam primum eſt dicendum, & quo modo? De illa, per quam viuit corpus animatum. & eo modo, quem propoſui, progrediendo à noto ad ignotius, vt ab obiecto. i. alimento, ad opus: ab opere ad facultatem, à facultate ad formam. Hæc nanque pars animæ eſt alijs prior & communior, ſiquidem poteſt eſſe ſine alijs, at aliæ ab hac diſiũgi nequeunt. Munera huius tria ſunt, nutritio, generatio, & accretio. Obiectum eſt alimentum.

Particula XLII.

δοκεῖ δὲ εἶναι ἡ τροφή, τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ οὐ πᾶν δὲ παντὶ, ἀλλ' ὅσα τῶν ἐναντίων μὴ μόνον γένεσιν ἐξ ἀλλήλων ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ αὔξησιν. γίνεται γὰρ πολλὰ ἐξ ἀλλήλων. ἀλλ' οὐ πάντα ποσά. οἷον, ὑγιὲς ἐκ κάμνοντος. φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα τὸν αὐτὸν τρόπον ἀλλήλοις εἶναι τροφή. ἀλλὰ τῷ πυρὶ μὲν, τὸ ὕδωρ τροφή. τὸ δὲ πῦρ, οὐ τρέφει τὸ ὕδωρ. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἁπλοῖς σώμασι, ταῦτ' εἶναι δοκεῖ μάλιστα, τὸ μὲν, τροφή. τὸ δὲ, τρεφόμενον.

*Videtur itaque contrarium eſſe contrario nutrimentum, at non cuilibet quoduis, ſed id ei, quorum alterum ex altero non ſolum mutuo generatur, ſed incrementa etiam ſuſcipit: complura nanque cõtrariorum ſunt quidem ex ſeſe mutuo, ſed non à ſuis omnia contrarijs incrementa ſuſcipiunt, ut ex ægrotante ſit ſanum. At uerò nec illa modo eodem ſibi mutò nutrimentum eſſe uidentur, ſed aqua quidem alimentum eſt igni, ignis autem non nutrit aquam. At in ſimplicibus corporibus horũ alterum alimenti, alterum eius quid nutritur maximè rationem ſubire uidetur.*

Explanatio.

Initio ſumpto ab ea parte qua viuit corpus animatum contẽplatur primum eius obiectum. Deinde actionem, tum verò facultates, poſtremò eſſentiam ſiue formam: quia hæc eſt methodus progrediendi à noto ad ignotum. Obiectum autem proprium eſt alimentum. Primò itaque duas opiniones veterum philoſophorum refert, deinde tanquàm arbiter honorarius ſuam tertiam ex illis fabricatam affert. Prima igitur opinio profitetur contrariũ nutriri contrario & creſcere, ſed non quocunque indiſcriminatim, ſed eo quod põt conuerti in alterius ſubſtantiam: quia valetudo & morbus, & niger albusque color ſunt contrarij, non tamen aluntur & creſcunt alter ex altero. præterea neque mutuus eſt nutricatus contrariorum, quia ignis nutritur aqua, vt inquiunt philoſophi veteres, ſed ignis non nutrit aquam, quanquam ignis non eſt verum alimentum, nec incrementum, vt dixi.

Particula XLIII.

ἀπορίαν δὲ ἔχει. φασὶ γὰρ οἱ μὲν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ τρέφεσθαι, καθάπερ καὶ αὐξάνεσθαι. τοῖς δ' ὥσπερ εἴπομεν, τοὔμπαλιν δοκεῖ. τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ. ὡς ἀπαθοῦς ὄντος τοῦ ὁμοίου ὑπὸ τοῦ ὁμοίου τὴν δὲ τροφὴν μεταβάλλειν καὶ πέττεσθαι. ἡ δὲ μεταβολὴ πᾶσιν, εἰς τὸ ἀντικείμενον, ἢ τὸ μεταξύ.

*Verùm enim is locus dubitationem habere uidetur. Sunt enim qui dicunt ſimile ſimili nutriri quemadmodum & accreſcere: quibuſdam autem, uti diximus, non hæc ſententia, ſed contraria placet, cenſentque non ſimile ſimili, ſed contrario contrarium ali. Etenim fieri nequit, ut inquiunt, ut à ſimili ſimile patiatur. Alimentũ autem mutatur atque digeritur, mutationemque verũ omnium in oppoſitum uel in medium eſſe conſtat.*

Explanatio.

Hæc opinio eſt dubia, quia alij putãt ſimile nutriri & augeri à ſimili, quia credunt contrarium à contrario corrũpi. ὡς ἀπαθοῦς. Sed errant, quia ſimile non patitur à ſimili, ſed nutrimentum patitur, quia mutatur per concoctionẽ, ſed mutatio eſt in cõtrariũ ex contrario, ergo cõtrariũ nutritur à cõtrario.

Particula XLIIII.

ἔτι ἡ τροφὴ πάσχει τι ὑπὸ τοῦ τρεφομένου. ἀλλ' οὐ τοῦτο ὑπὸ τῆς τροφῆς. ὥσπερ οὐδ' ὁ τέκτων ὑπὸ τῆς ὕλης, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνου αὕτη. ὁ δὲ τέκτων, μεταβάλλει μόνον εἰς ἐνέργειαν ἐξ ἀργίας. πότερον δ' ἐστὶν ἡ τροφὴ τὸ τελευταῖον προσγινόμενον, ἢ τὸ πρῶτον, ἔχει διαφοράν. εἰ δ' ἄμφω, ἀλλ' ἡ μὲν ἄπεπτος. ἡ δὲ πεπεμμένη, ἀμφοτέρως ἂν ἐνδέχοιτο τὴν τροφὴν λέγειν. ᾗ μὲν γὰρ ἄπεπτος τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ τρέφεται. ᾗ δὲ πεπεμμένη, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ. ὥστε φανερὸν. ὅτι λέγουσί τινα τρόπον ἀμφότεροι καὶ ὀρθῶς, καὶ οὐκ ὀρθῶς.

*Præterea nutrimentũ quidem aliquid patitur ab eo quod alitur: hoc autem ab alimento nõ patitur quicquã: quemadmodum nec à materia faber, ſed materies ui patet à fabro, qui quidem ex otio tantum mutatur ad operandum. At enim intereſt planè, ſi nutrimentum ſit id, quod ultimò tandem adiungitur atque additur, an non hoc, ſed id quod primum ingreditur. Quid ſi utrun-*

*ſi utrunque quidem eſt alimentum, alterum tamen eſt digeſtum, alterum indigeſtum, utroque profectò modo, & contrario contrarium, & ſimile ſimili dicere licet nutriri. Nam ſi ut indigeſtum ſumatur, contrarium contrario alitur: ſin ut digeſtum, ſimile ſimili uimirum hoc pacto nutritur. Quare patet illos utroſque partim rectè partim non rectè dicere atque ſentire.*

Explanatio.

ἡ τροφὴ πάσχει. Patitur nutrimentum, quia mutatur à nutribili. ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο. Sed nutribile non patitur à nutrimento, hoc eſt plus patitur nutrimẽtum quàm agit, imò eius actio eſt inſenſilis, quia ſi eſſet ſenſilis, non eſſet nutrimentum, ſed medicamentum aut venenum. ὁ τέκτων. Nutribile eſt ſimile artifici, nutrimentum materiæ artificioſæ. Artifex non mutatur, ſed materia, præterquàm quòd exit ex otio in opus, & hoc eſt eius mutatio. πότερον. Ex duabus opinionibus tertiam fabricat. Alimẽtum Gal. in primo nat. facult. & 3. de temperam. duplex eſſe teſtatur, exterius & interius. Exterius, vt cibus. Interius, quod triplex rurſus eſt. aut futurum alimentum, vt chylus. aut quaſi alimentum, vt ſanguis. aut actu alimentum, quando aſsimilatur & re ipſa alit. Hoc poſtremum genus vocat Alimentum Ariſtot. reliqua verò cruda. Itaque alimentum crudum eſt contrarium, alimentum actu & concoctũ eſt ſimile. Ergo nutritur corpus partim ſimili, partim diſsimili & contrario. προσγενόμενον. id eſt nutrimentum proximum. τὸ πρῶτον. id eſt internum. ὅτι λέγουσι. Quia hac diſtinctione poſſunt conciliari, & poteſt conflari tertia opinio.

Particula XLV.

ἐπεὶ δὲ οὐθὲν τρέφεται μὴ μετέχον ζωῆς, τὸ ἔμψυχον ἂν εἴη σῶμα τὸ τρεφόμενον ᾗ ἔμψυχον. ὥστε καὶ ἡ τροφή, πρὸς ἔμψυχόν ἐστι καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός.

*Cùm autem nihil nutriatur quin habeat uitam, animatum id erit profectò corpus quod alitur, ea ſanè ratione qua eſt animatum. Quare & nutrimentum ad animatum per ſe refertur, & non per accidens.*

Explanatio.

Dictum eſt de obiecto, hoc eſt alimento. nunc ordo poſtulat, vt de actionibus dicatur, quomodo differunt. Sanè nutrimentum eſt obiectum per ſe, non ex accidenti corporis animati, quia nihil nutritur quin viuat.

Particula XLVI.

ἔστι δ᾽ ἕτερον τροφῇ καὶ αὐξητικῷ εἶναι. ᾗ μὲν γὰρ ποσόν τι τὸ ἔμψυχον, αὐξητικόν. ᾗ δὲ τόδε τι καὶ οὐσία, τροφή. σώζει γὰρ τὴν οὐσίαν. καὶ μέχρι τούτου ἔστιν ἕως ἂν τρέφηται. καὶ γενέσεως ποιητικόν οὐ τοῦ τρεφομένου, ἀλλ᾽ οἷον τὸ τρεφόμενον. ἤδη γὰρ ἔστιν αὐτὴ ἡ οὐσία. γεννᾷ δ᾽ οὐθὲν αὐτὸ ἑαυτό, ἀλλὰ σώζει.

*Atqui diuerſa eſt alimenti ratio, ut nutrit & auget. Nam ut ipſum alimentum quantum eſt quoddam, auget: ut eſt hoc aliquid, & ſubſtantia, nutrit. Conſeruat enim ſubſtantiam, & eſt eouſque profectò, quouſq; nutritur. Efficit præterea generationem ac ortum non eius quod aliter, ſed talis, quale eſt id quod nutritur. Iam enim eſt ipſa ſubſtantia, & nihil ſeipſum generat, ſed conſeruat.*

Explanatio.

Ex hoc conſtituto axiomate inuenit differentias actionum. Nutrimentum enim patitur ab actione auctrice, quatenus corpus animatum extenditur à nutrice, quatenus mutatur in ſubſtantiam corporis: à genitrice, quatenus animal generat ſemen, quod eſt excrementum vtile alimenti vltimi, ex quo per ſpeciei propagationem conſeruatur indiuiduum. Differentia igitur actionum ſumitur à fine. τρεφομένου. non corporis animati quod nutritur, ſed ſeminis quod poteſtate eſt corpus animatum, & corpus quod futurum eſt vt ſuo tempore nutriatur. γεννᾷ. Nihil in ſe agit, & nihil à ſe patitur. σώζει. ſcilicet in ſpecie.

Particula XLVII.

ὥσθ᾽ ἡ μὲν τοιαύτη τῆς ψυχῆς ἀρχή, δύναμίς ἐστιν οἵα σώζειν τὸ ἔχον αὐτὴν ᾗ τοιοῦτον. ἡ δὲ τροφὴ παρασκευάζει ἐνεργεῖν. διὸ στερηθὲν τροφῆς, οὐ δύναται εἶναι.

*Quare tale quidem animæ principium uis eſt talis ut id conſeruet, quod ipſam habet, ea nimirum ratione qua ipſam habet. Alimentum autem ad operandum præparare uidetur, quapropter alimento priuatum eſſe non poteſt.*

Explanatio.

Eius partis animæ, qua viuit animatum corpus, ſunt tres actiones, nutrio, accretio, generatio, quæ fine differunt. quia finis nutritionis eſt vt conſeruetur indiuiduum corpus: accretionis, vt ad definitam quantitatem extendatur: generationis, vt conſeruetur ſpecies in æternitatem. Ex qua differentia cõſtat quid ſit anima nutrix, auctrix, & generatrix. Eſt enim vis ſiue facultas triplex, quæ proficiſcitur ab vna eſſentia, vt lineæ ab vno centro ducuntur, quæ dicitur anima vegetatrix ſiue pars animæ qua viuimus. Eſt igitur nutrix vis conſeruandi indiuiduum corpus. id eſt cauſa effectrix conſeruationis, ſicuti nutrimentum eſt materia in quam agit, & quæ patitur. Quare ſine nutrimento non conſeruatur corpus. Idem iudicandum de aliis. Nam auctrix eſt facultas augendi ad quantitatem determinatam, generatrix quoque conſeruandi ſpeciem.

Particula XLVIII.

ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶ τρία, τὸ τρεφόμενον, καὶ ᾧ τρέφεται, καὶ τὸ τρέφον, τὸ μὲν τρέφον, ἐστὶν ἡ πρώτη ψυχή, τὸ δὲ τρεφόμενον, τὸ ἔχον αὐτὴν σῶμα, ᾧ δὲ τρέφεται, ἡ τροφή. ἐπεὶ δ᾽ ἀπὸ τοῦ τέλους ἅπαντα προσαγορεύειν δίκαιον, τέλος δὲ τὸ γεννῆσαι οἷον αὐτό, εἴη ἂν ἡ πρώτη ψυχὴ γεννητική.

*At uerò*

*At verò cùm hoc in officio tria ſint hæc neceſſarióq; concurrant, id inquam quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit: id quidem quod nutrit, eſt ipſa anima prima: id autem quod nutritur corpus eſt, quod ipſam animam habet: at id quo nutritur ipſum eſt alimentum. Atque cum ſit par, vniuerſas à fine res appellare, finisq; huius animæ ſit generatio talis, quale eſt id quod ipſam habet: erit anima prima perfectio principium generandi tale, quale eſt id quod hanc ipſam animam habet.*

Explanatio.

Quòd nutrix ſit cauſa effectrix conſeruationis indiuidui corporis, & nutrimẽtum ſit materia, id eſt argumentatio, quòd ad nutritionẽ tria concurrunt, nutriens anima, corpus indiuiduum quod nutritur, & nutrimentum quo nutritur. ἡ πρώτη. Prima eſt anima vegetatrix generatione, nõ dignitate, ἐπεὶ δ. Quoniam à fine omnia denominantur, ideo anima auctrix & nutrix denominanda eſt generatrix, quia nutritio & accretio deſtinantur in generationem. Et ideo finis animæ vegetatricis eſt, vt generet corpus indiuiduum ſibi ſimile alterum aut eadem ſpecie aut propinqua.

Particula XLIX.

ὧν αὐτό. ἔστι δὲ ᾧ τρέφεται διττόν, ὥσπερ ᾧ κυβερνᾷ ἡ χεὶρ, καὶ τὸ πηδάλιον. τὸ μὲν κινοῦν καὶ κινούμενον. τὸ δὲ, κινοῦν μόνον. πᾶσαν δ᾽ ἀναγκαῖον τροφὴν δύνασθαι πέττεσθαι, ἐργάζεται δὲ τὴν πέψιν, τὸ θερμόν. διὸ πᾶν ἔμψυχον ἔχει θερμότητα. τύπῳ μὲν οὖν, τί ἐστιν ἡ τροφὴ, εἴρηται. διασαφητέον δ᾽ ἐστὶν ὕστερον περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις.

*Id autem quo nutrit anima duplex eſt, quemadmodũ & id quo gubernator gubernat, manus inquam & clauus, atque aliud mouet & mouetur, aliud mouet tantum. Neceſſe eſt autem omne nutrimentum naturæ ſit talis, quæ digeri poſſit. At digeſtionem efficit calor. quapropter omne animans habet calorem. Quid igitur ſit alimentum ipſum, vniuerſaliter diximus: poſtea verò de ipſis exactius perſcrutabimur.*

Explanatio.

Quia cauſa effectrix vtitur inſtrumẽto quo efficit aliquid, ideo animæ vegetatricis inſtrumentum eſt deſignandum. Inſtrumentum porrò eſt duplex, & coniunctum proximumque, vt calor natiuus, & ſeiunctum, vt alimentum. Calore enim alimentum cõcoquitur, apponitur, agglutinatur & aſsimilatur. Eſt enim ſimilis anima gubernatori, qui vtitur duplici inſtrumento, & coniuncto ſiue proximo, ut manu, & disiuncto, vt remo. Itaque omne corpus animatum quia nutritur, ideo habet colorem natiuum, quia artifex nequit deſtitui proximo inſtrumento. ὕστερον. ſ. in primo de genere & interitu.

Particula L.

διωρισμένων δὲ τούτων, λέγωμεν κοινῇ περὶ πάσης αἰσθήσεως. ἡ δὲ αἴσθησις ἐν τῷ κινεῖσθαι τε καὶ πάσχειν συμβαίνει, καθάπερ εἴρηται, δοκεῖ γὰρ ἀλλοίωσίς τις εἶναι. φασὶ δέ τινες, καὶ τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχειν. τοῦτο δὲ πῶς δυνατὸν ἢ ἀδύνατον, εἰρήκαμεν καὶ ἐν τοῖς καθόλου λόγοις περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν.

*Determinatis autem his, primum de omni ſenſu communiter, deinde de unoquoque dicamus. Fit itaque ſenſus cum mouetur atq; patitur aliquid, ut diximus. Nam ipſe ſenſus alteratio quædam eſſe uidetur. Inquiunt autem quidam & à ſimili ſimile pati. Quod quidem quo nam pacto fieri poteſt aut non poteſt, in uniuerſalibus de actione ſermonibus paſsione ue diximus.*

Explanatio.

Dictũ eſt de parte animę qua viuimus: nunc dicamus de illa qua ſentimus, primũ generatim, deinde ſigillatim κοινῇ. vide infra text. cxxj. ἡ δὲ αἴσθησις. Pars autem qua ſentimus eſt forma ſiue anima, in qua eſt poteſtas ſentiendi. Poteſtas ſiue facultas eſt duplex, actiua aut paſsiua. Hæc eſt paſsiua, quia eſt vis patiendi à proprio ſenſili, in quo eſt vis agendi. εἴρηται. ſ. in ſeptimo Phyſic. δοκεῖ γὰρ. Senſus ſiue ſenſatio ſiue actus ſentiendi eſt alteratio quędam ſiue mutatio, & non alteratio. quia quæ verè mutant, viciſsim quoque mutantur, vt color mutat viſum, nõ tamen mutat viſus ſiue ſenſus colorem. Nam quæ agunt viciſsimque patiuntur, habent communem materiam. Sic pariter cœlum agit, non autem patitur. φασὶ δέ τινες. Quia ſenſus patitur, ideo Democritus opinatur pati à ſimili, quia ſentire eſt cognoſcere, cognitio eſt rõne ſimilitudinis, vt docuit Ariſt. primo de gener. & cor. ſed Ariſt. opinatur pati partim à ſimili, partim à diſsimili. vt alimentum principio eſt diſsimile, poſtremo fit ſimile. Sic quoque ſenſile primo eſt diſsimile, quia agit, & ſenſus patitur, actio & paſsio proficiſcuntur à contrariis. deinde fit ſimile per ſpeciem, quia ſpecies impreſſa oculo & ſenſui eſt ſimilis ſpeciei quæ eſt in materia ſenſili, quæ ſpecies illa materialis non eſt in oculo, vt lapidea, vt lignea.

Particula LI.

ἔχει δὲ ἀπορίαν, διὰ τί οὐ καὶ τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν γίνεται αἴσθησις, καὶ διὰ τί ἄνευ τῶν ἔξω οὐ ποιοῦσιν αἴσθησιν, ἐνόντος πυρὸς καὶ γῆς, καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων, ὧν ἐστιν ἡ αἴσθησις καθ᾽ αὐτὰ ἢ τὰ συμβεβηκότα τούτοις. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ αἰσθητικὸν οὐκ ἔστιν ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ δυνάμει μόνον. διόπερ οὐκ αἰσθάνεται, καθάπερ τὸ καυστὸν οὐ καίεται αὐτὸ καθ᾽ αὐτὸ, ἄνευ τοῦ καυστικοῦ. ἔκαιε γὰρ ἂν ἑαυτὸ, καὶ οὐδὲν ἐδεῖτο τοῦ ἐντελεχείᾳ πυρὸς ὄντος.

*Habet autem is locus dubitationẽ, ambigetque non iniuria quiſpiam, cur & ſenſuum ipſorum ſenſus non ſit. & cur ſine ijs quæ ſunt extra non efficiant ſenſum, cum inſit & ignis & terra, cæteraque elementa, quorum eſt per ſe ſenſus, uel per ea quæ ipſis accidunt. At enim patet, ſenſitiuum non eſſe actu, ſed potentia tantum. Quapropter non ſentit quemadmodũ combuſtibile non urit ur ipſum*

*ipſum per ſe, ſine eo quod ipſum urere poteſt, ureret enim ſe ipſum, & non indigeret eius qui actu eſt ignis.*

Explanatio.

Vt planum fiat, ſenſum exteriorem eſſe facultatē patiendi, ponit duas quæſtiones. Prima eſt, cur ſenſus nullus ſentit ſeipſum. i. cur non ſentit ſe ſentire, vt viſus videt per vim videndi, non tamen videt ſe videre, ſed hoc opus eſt proprium ſenſus interioris & altioris, vt ſenſus communis. Secunda queſtio eſt, cur ſenſus non ſentit ſine obiecto ſenſili externo. cauſa nō eſt, quia eſt abſens obiectum, imò præſens eſt, quia ſenſoria cōcreſcunt ex ſimilibus, vt ex quatuor primis qualitatibus & aliis quæ poſſunt mouere ſenſum. ἢ τὰ συμβεβηκότα. Qualitates quę ſequūtur primas, vt ſapor odor, color ſanus. δῆλον οὖν. Soluit primum, quia ſenſus eſt poteſtas paſsiua dūtaxat, ſiue facultas patiendi tantum, non agendi. διὸ περ οὖν. Soluit ſecundam quæſtionem, quia nihil quod poteſtate eſt, ſua vi in opus exit, ſed aliena ui. quia nihil in ſe agit, & nihil à ſe patitur. vt nulla materia cremabilis crematur ſua ui, ſed aliena. nunquam lignum cremaretur, niſi ignis propinquaret. ἐντελεχεία. Quia omne quod agit, actu & re ipſa eſt, non poteſtate.

## Particula LII.

ἐπεὶ δὲ τὸ αἰσθάνεσθαι λέγομεν διχῶς, τὸ, τι γὰρ δυνάμει ἀκοῦον καὶ ὁρῶν, ἀκούειν καὶ ὁρᾶν λέγομεν, κἂν τύχῃ καθεῦδον. καὶ τὸ ἤδη ἐνεργοῦν, διχῶς ἂν λέγοιτο καὶ ἡ αἴσθησις. ἡ μὲν, ὡς δυνάμει. ἡ δὲ, ὡς ἐνεργείᾳ. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, τὸ, τε δυνάμει ὂν καὶ τὸ ἐνεργείᾳ.

*At uerò quoniam ſentire bifariam dicere conſueuimus (nam & id quod potentia uidet & audit, uidere audireque dicimus, & ſi fortè dormiat, & id idētidem quod iam operatur) dupliciter & ipſe ſenſus profectò dicetur, quidam ut potentia, quidam ut actu. Similiter & ipſum ſentire, & quod eſt potentia, & quod eſt actu.*

Explanatio.

Quia ſenſus eſt poteſtas patiendi, ideo eſt intelligendum & quid ſit pati, & à quo patiatur. Pati ergo eſt moueri & exire in opus, ut qui dormit poteſt ſentire, ſolutus à ſomno ſentit & exit in opus, videt & audit. Vtque ſentire duobus modis intelligitur, ſic quoque ſenſus.

## Particula LIII.

πρῶτον μὲν οὖν ὡς τοῦ αὐτοῦ ὄντος τοῦ πάσχειν καὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ τοῦ ἐνεργεῖν, λέγωμεν. καὶ γὰρ ἐστιν ἡ κίνησις, ἐνέργειά τις. ἀτελὴς μέντοι, καθάπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται. πάντα δὲ πάσχει καὶ κινεῖται ὑπὸ τοῦ ποιητικοῦ καὶ ἐνεργείᾳ ὄντος. διὸ ἐστι μὲν ὡς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχει, ἔστι δὲ ὡς ὑπὸ ἀνομοίου, καθάπερ εἴπομεν πάσχει μὲν γὰρ τὸ ἀνόμοιον ὄν. πεπονθὸς δ᾽ ὅμοιον ἐστί.

*Primum igitur id ſcire oportet, nos inquam quaſi ſint eadem, pati moueri, ac operari, ita nunc his uti ac dicere, Motus enim eſt quidam actus, imperfectus tamen, ut in alijs diximus. Ea uerò cuncta quæ patiūtur atque mouentur, ab actiuo & eo quod eſt actu patiuntur, atque mouentur. Idcirco fit, vt tum à ſimili ſibi, tum à diſſimili res omnis patiatur, ut diximus. Patitur enim ea quæ eſt diſſimilis: at cùm eſt paſſa, tum ſimilis eſt, ut patet.*

Explanatio.

Oſtendit à quo patiatur. Omne inquit quod patitur & mouetur, id neceſſum eſt pati & moueri à ſuo agente & motore. ergo ſenſus patitur ab obiecto ſenſili proprio. ergo cauſa effectrix ſenſus eſt ſenſile. Sed actio efficientis partim eſt in agente, & dicitur actio, partim in patiente, & dicitur paſsio. ὡς τοῦ αὐτοῦ. Eſt idem motus, ſed à diuerſo ſubiecto nomen diuerſum accipit. καὶ γὰρ ἐστι. Eſt endelechia imperfecta, quia eſt mixta cum poteſtate, quæ indicat imperfectionem. διὸ ἐστι μὲν. Obiectū proprium partim eſt ſimile, partim diſsimile, poſtremò fit ſimile.

## Particula LIIII.

διαιρετέον δὲ καὶ περὶ δυνάμεως καὶ ἐντελεχείας. νῦν γὰρ ἁπλῶς λέγομεν περὶ αὐτῶν. ἐστι μὲν γὰρ οὕτως ἐπιστῆμόν τι ὡς ἂν εἴπωμεν ἄνθρωπον ἐπιστήμονα, ὅτι ὁ ἄνθρωπος τῶν ἐπιστημόνων καὶ τῶν ἐχόντων ἐπιστήμην. ἐστι δὲ ὡς ἤδη λέγομεν ἐπιστήμονα τὸν ἔχοντα τὴν γραμματικήν. ἑκάτερος δὲ τούτων, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δυνατός ἐστιν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν ὅτι τὸ γένος τοιοῦτον καὶ ἡ ὕλη. ὁ δ᾽ ὅτι βουληθεὶς δυνατὸς θεωρεῖν, ἂν μή τι κωλύσῃ τῶν ἔξωθεν.

*Deinde diſtinguendum eſt de potentia atque actu. nunc enim de his ipſis ſimpliciter dicimus. Nam eſt hoc pacto quippiam ſciens, ut ſi dicamus hominem eſſe ſcientem, quia homo eſt talis ſuapte natura ut ſit ſciens atque ſcientiam habeat. Eſt etiam hoc pacto quippiam ſciens, ut hominem eum iam dicimus eſſe ſcientem, qui geometriam atque grammaticam habet. Atque horum uterque non eodem modo poteſt, potentiaq; ſubijcitur: ſed alter quidem ex eo, quia genus ipſum eſt tale, materies ue; alter uerò propterea quòd cum uoluerit contemplari, poteſt idipſum facere niſi quid externum forte prohibeat, impedimentoque fiat.*

Explanatio.

ἐστι μὲν γὰρ. Senſus eſt poteſtas patiendi. Quid ſit pati, & à quo patiatur, oſtenſum eſt. Sed quia poteſtas ex multiplex, ideo diſtinguit. Aut eſt poteſtas quæ antecedit omnem habitum & formam, & propriè uocatur potentia, aut quæ conſequitur formam quæ dicitur appoſitè facultas.

## Particula LV.

ὁ δ᾽ ἤδη θεωρῶν ἐντελεχείᾳ ὢν καὶ κυρίως ἐπιστάμενος, τόδε τὸ ἄ. ἀμφότεροι μὲν οὖν οἱ πρῶτοι κατὰ δύναμιν ἐπιστάμενοι. ἀλλ᾽ ὁ μὲν διὰ μαθήσεως ἀλλοιωθεὶς, καὶ πολλάκις ἐξ ἐναντίας μεταβαλὼν ἕξεως. ὁ δ᾽ ἐκ τοῦ ἔχειν τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν γραμματικὴν, μὴ ἐνεργεῖν δὲ, εἰς τὸ ἐνεργεῖν ἄλλον τρόπον.

*At pra-*

*At præter ipſos eſt is qui iam contemplatur, & eſt actu proprieque ſciens hoc A. Ambo igitur illi primi, potentia quidem ſunt ſcientes, ut diximus. uerùm unus indiget alteratione per diſciplinam, qua quidem nonnunquam etiam ex habitu contrario diſpoſitioneq; mutatur. alter habet quidem ſenſum aut grammaticam, ſed indiget operationis, ut ex otio tandem operationisq; uacuitate agat ac operetur. atque hic modus potentiæ diuerſus eſt, ut patet, ab antea dicto.*

Explanatio.

Sed qui habet facultatem perfectior eſt quàm qui habet potentiam. Nam Philoſophus qui acquiſiuit habitum eſt perfectior infante qui poteſt acquirere, quoniam pro arbitrio poteſt exire in opus, & forma iuncta cum opere perfectior eſt. vterq; tamen dicitur pati, & qui habet potentiam, & qui habet facultatem. quia hic excitatur & mouetur in opus, ille mutatur ex imperito ad peritum, quia inſciens fit ſciens.

Particula LVI.

οὐκ ἔστι δ' ἁπλοῦν οὐδὲ τὸ πάσχειν, ἀλλὰ τὸ μὲν φθορά τις ὑπὸ τοῦ ἐναντίου. τὸ δὲ, σωτηρία μᾶλλον τοῦ δυνάμει ὄντος, ὑπὸ τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος καὶ ὁμοίου. οὕτως, ὡς δύναμις ἔχει πρὸς ἐντελέχειαν, θεωροῦν γὰρ γίγνεται τὸ ἔχον τὴν ἐπιστήμην. ὅπερ ἢ οὐκ ἔστιν ἀλλοιοῦσθαι. εἰς αὐτὸ γὰρ ἡ ἐπίδοσις καὶ εἰς ἐντελέχειαν, ἢ ἕτερον γένος ἀλλοιώσεως.

*At uerò neque ipſum pati ſimplex eſſe uidetur, ſed aliud eſt à contrario corruptio quædam, aliud eſt ſalus potius eius quod eſt potentia ab eo quod eſt actu, ſimileque perinde atque potentia ſeſe habet ad actum. Fit enim contemplans quod ſcientiam habet, quod quidem aut non eſt alterari (in ipſum enim fit incrementum & in actionem perfectionem ue) aut aliud alterationis eſt genus.*

Explanatio.

Vt poteſtas concipitur duobus modis, ita quoq; paſsio. Nam pati eſt aut corrumpi à contrario, aut perfici à ſimili. Senſus dicitur pati. i. perfici, quia tunc perficitur, cum exit de poteſtate in opus. ὅπερ ἢ οὐκ ἔστιν. Sed non alteratur quando exit in opus, ſed perficitur, quia iungit actum primum cum ſecũdo, quia perfectior eſt habitus iunctus cum opere.

Particula LVII.

διὸ οὐ καλῶς ἔχει λέγειν τὸ φρονοῦν, ὅταν φρονῇ, ἀλλοιοῦσθαι. ὥσπερ οὐδὲ τὸν οἰκοδόμον ὅταν οἰκοδομῇ. τὸ μὲν οὖν εἰς ἐντελέχειαν ἄγειν δυνάμει ὄντος κατὰ τὸ νοοῦν καὶ φρονοῦν, οὐ διδασκαλίαν ἀλλ' ἑτέραν ἐπωνυμίαν ἔχειν δίκαιον. τὸ δὲ ἐκ δυνάμει ὄντος μανθάνον καὶ λαμβάνον ἐπιστήμην ὑπὸ τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος καὶ διδασκαλικοῦ, ἤτοι οὐδὲ πάσχειν φατέον ὥσπερ εἴρηται. ἢ δύο τρόπους εἶναι ἀλλοιώσεως. τήν τε ἐπὶ τὰς στερητικὰς διαθέσεις μεταβολὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τὰς ἕξεις καὶ τὴν φύσιν.

*Quocirca non rectè ſe habet dicere, ipſum ſciens cũ ſcit alterari, ſicut nec ædificatorem cum ædificat. Quod igitur in actum ducit ex eo quod eſt intelligens potentia atque ſciens, id non doctrinam appellare oportet, ſed aliud nomen eſt æquum habere. At quod ex eo quod eſt potentia diſcit, accipitque ſcientiam ab eo quod eſt actu ſciens, atque ab ipſo docente, id aut non eſt dicendum pati ac alterari, aut duos alterationis eſſe modos fateamur oportet, eam inquam mutationem quæ ad priuatiuas eſt diſpoſitiones: et eam quæ eſt ad habitus atq; naturam.*

Explanatio.

τὸ μὲν οὖν. Neque facultatem habens, neque habens potentiam quando exit in opus, dicitur alterari, ſed perfici; qui habet facultatem non diſcit, ſed qui tenet potentiam acquirendi ſcientiam diſcit patiturque, ſed non alteratur.

Particula LVIII.

τοῦ δὲ αἰσθητικοῦ ἡ μὲν πρώτη μεταβολὴ γίνεται ὑπὸ τοῦ γεννῶντος. ὅταν δὲ γεννηθῇ, ἔχει ἤδη ὥσπερ ἐπιστήμην, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι. καὶ τὸ κατ' ἐνέργειαν δὲ, ὁμοίως λέγεται τῷ θεωρεῖν. διαφέρει δὲ, ὅτι τοῦ μὲν, τὰ ποιητικὰ τῆς ἐνεργείας, ἔξωθεν, τὸ ὁρατὸν καὶ τὸ ἀκουστὸν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν αἰσθητῶν.

*Hæc cum ita ſint, prima quidem mutatio ſenſitiui ab eo quod generat fit: cum autem ortum ac generatum eſt, habet iam ſenſum perinde atque ſcientiam, & ſentire actu ſimile eſt ac contemplari. Differentia tamen eſt. Nam ea quæ actu ſenſum efficiunt, extra ſunt, ipſum inquam uiſibile & audibile, & ſenſibilium cætera.*

Explanatio.

Senſus eſt poteſtas patiendi ab obiecto ſenſili. Quotuplex ſit poteſtas & paſsium declaratum eſt. Quia ſenſus dicitur pati, id eſt perfici, perficitur quã do exit in opus: ideo nunc declarat, quid ſit illud quod ducit in opus, & quomodo. Modus eſt, quia ſenſile mutat ſenſorium, per quam mutationem ſenſorium recipit ſpeciem rei ſenſilis, & ſenſus in ſenſorio ſentit. Nam ſenſus eſt ſimilis ſcientiæ, ipſum uerò ſentire contemplationi hominis tenentis ſciẽtiam.

Particula LIX.

αἴτιον δὲ, ὅτι τῶν καθ' ἐνέργειαν αἴσθησις. ἡ δ' ἐπιστήμη, τῶν καθόλου. ταῦτα δ' ἐν αὐτῇ πως ἐστὶ τῇ ψυχῇ. διὸ νοῆσαι μὲν ἐπ' αὐτῷ, ὁπόταν βούληται. αἰσθάνεσθαι δ' οὐκ ἐπ' αὐτῷ. ἀναγκαῖον γὰρ ὑπάρχειν τὸ αἰσθητόν. ὁμοίως δὲ τοῦτ' ἔχει κἀν ταῖς ἐπιστήμαις ταῖς τῶν αἰσθητῶν. καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ὅτι τὰ αἰσθητὰ τῶν καθ' ἕκαστα καὶ τῶν ἔξωθεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων διασαφῆσαι, καιρὸς γένοιτ' ἂν καὶ εἰσαῦθις.

*Cuius cauſa hæc eſt. Actu nãq; ſenſus ſingularium eſt ſcientia uerò uniuerſalium eſt. hæc autem in ipſa anima quodammodo ſunt. Quapropter intelligere quidem cũ quiſpiam uoluerit, in ipſo eſt ſitum: ſentire autem non col-*

*collocatur in ipſo. Neceſſe eſt enim ſenſibile ipſũ adeſſe. Pari modo res ſeſe habet, & in ſcientijs ſenſibilium, & ob eandem utiq; cauſam, quia ſenſibilia ſingularia ſunt, & extra, ſicuti diximus. Sed ut de his exactius dilucidius ue dicamus, dabit nobis rurſus occaſio.*

Explanatio.

Sed differunt ſenſus & ſcientia, quia ſenſus eſt ſingularium, ſcientia verò eſt vniuerſalium habitus. Ex vniuerſalibus ſcientia conſurgit in intellectum, & ideo ſenſus vt eſt opus ſingularium, ita intellectus eſt vniuerſalium. ἐν αὐτῇ πώς ἐστι. In anima ſunt intentionabiles, id eſt ſunt notiones, & non vt forma in materia. διανοῆσαι. Πόρισμα colligit, non eſſe in noſtra poteſtate vt ſentiamus, quia obiecta ſenſibilia vt ſingularia non ſemper præſentia ſunt, ſed eſt in noſtra poteſtate intelligere cũ uolumus, quia ſemper vniuerſalia occurſant, ſiquidẽ nobiſcum geramus.

Particula LX.

νῦν δὲ διωρίσθω τοσοῦτον, ὅτι οὐχ ἁπλοῦ ὄντος τοῦ δυνάμει λεγομένου, ἀλλὰ τοῦ μὲν, ὥσπερ ἂν εἴποιμεν τὸν παῖδα δύνασθαι στρατηγεῖν, τοῦ δὲ ὡς τὸν ἐν ἡλικίᾳ ὄντα, οὕτως ἔχει τὸ αἰσθητικόν.

*Nunc id ſit à nobis determinatum. Cum ſimplex inquam non ſit id quod dicitur eſſe potentia, ſed aliud quidem ſit ut puer, quoniam militare poſſe dicere licet: aliud autem ut is qui iam ætate militariq́ue arte aptus euaſit ad militandum, ſenſitiuum ſimiliter ſe habere.*

Explanatio.

Peroratio eſt. Dictum igitur eſt de poteſtate quę antecedit formam, quæ eſt ſimilis puero nondũ militanti. et poteſtate quæ conſequitur formã, & ideo dicitur facultas, & ſimilis eſt viro militanti.

Particula LXI.

ἐπεὶ δ᾽ ἀνώνυμος αὐτῶν ἡ διαφορὰ, διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ὅτι ἕτερα. καὶ πῶς ἕτερα, χρῆσθαι ἀναγκαῖον τῷ πάσχειν καὶ ἀλλοιοῦσθαι, ὡς κυρίοις ὀνόμασι. τὸ δ᾽ αἰσθητικὸν, δυνάμει ἐστὶν οἷον, τὸ αἰσθητὸν ἤδη ἐντελεχείᾳ, καθάπερ εἴρηται. πάσχει μὲν οὖν οὐχ ὅμοιον ὄν, πεπονθὸς δ᾽ ὡμοίωται. καὶ ἔστιν οἷον ἐκεῖνο.

*Atque cum ipſorum differentia nomine careat, determinatum autem ſit ipſa eſſe diuerſa, & quo pacto diuerſa ſint, neceſſe eſt ipſo pati ac alterari tanquam proprijs nominibus uti. Ipſum autem ſenſitiuum potentia quidem tale eſt, quale iam ipſum ſenſibile ex actu, ſicuti diximus. Patitur igitur cum eſt non ſimile; at paſſum euaſit ſimile, & eſt tale quale eſt illud.*

Explanatio.

ἐπεὶ δ᾽ ἀνώνυμος. Sed vtraque poteſtas caret nomine apud Græcos, & nomen tantum habent commune, cum natura ſint diuerſa. κυρίοις. Quia exire de poteſtate in opus non eſt neque pati neque alterari, ſed perfici. Vtimur autem his verbis quia caremus propriis. τὸ δ᾽ αἰσθητικόν. Duobus modis dicitur, & quod habet vim ſentiendi remotam, quia non dum poſsidet ſenſum, & quod habet propinquam, quia poſsidet ſenſum, & ideo poteſt ſemper ſentire præſente obiecto ſenſili. πάσχει. Patitur à ſenſili principiò diſsimili, poſtea ſimili.

Particula LXII.

λεκτέον δὲ καθ᾽ ἑκάστην αἴσθησιν, περὶ τῶν αἰσθητῶν πρῶτον. λέγεται δὲ τὸ αἰσθητὸν, τριχῶς. ὧν δύο μὲν καθ᾽ αὑτά, φαμὲν αἰσθάνεσθαι. τὸ δὲ ἓν, κατὰ συμβεβηκός, τῶν δὲ δύο, τὸ μὲν, ἴδιόν ἐστιν ἑκάστης αἰσθήσεως. τὸ δὲ, κοινὸν πασῶν. λέγω δ᾽ ἴδιον μὲν ὃ μὴ ἐνδέχεται ἑτέρᾳ αἰσθήσει αἰσθάνεσθαι. καὶ περὶ ὃ μὴ ἐνδέχεται ἀπατηθῆναι. οἷον, ὄψις χρώματος. καὶ ἀκοὴ, ψόφου. καὶ γεῦσις, χυμοῦ, ἡ δ᾽ ἁφὴ πλείους μὲν ἔχει διαφοράς. ἀλλ᾽ ἑκάστη γε κρίνει περὶ τούτων. καὶ οὐκ ἀπατᾶται ὅτι χρῶμα. οὐδ᾽ ὅτι ψόφος. ἀλλὰ τί τὸ κεχρωσμένον ἢ ποῦ. ἢ τί τὸ ψοφοῦν. ἢ ποῦ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, λέγεται ἴδια ἑκάστου.

*At enim de unoquoque ſenſu deinceps à ſenſibilibus cuiuſque proficiſcentes dicamus oportet. Atque prius ipſa ſenſibilia diſtinguenda eſſe uidentur. Senſibile itaque trifariam dicitur. Senſibilium enim quædam per ſe, quædam per accidens ſentiuntur. Et illorum rurſus alia ſunt uniuſcuiuſque propria ſenſus, alia communia cunctis. Atque proprium id ſenſibile dico, quod alio ſenſu ſentiri non poteſt, & circa quod error fieri nequit. vt color reſpectu uiſus, & ſonus auditus, & ſapor guſtus. Tactus autem plures differentias habet quidem, indicat tamen de illis ut cæterorum ſenſuum quiſque de ſuo ſenſibili, & non decipitur. Viſus enim non errat eſſe colorem, aut auditus eſſe ſonum: ſed quid ſit id, quod ſonat, aut ubi. huiuſmodi enim ſenſibilia dicuntur uniuſcuiuſque propria ſenſus.*

Explanatio.

Definitum eſt quid ſit ſenſus generatim, & in vniuerſum: nunc methodus poſtulat, vt de ſingulis ſenſibus dicamus, vniuerſalia enim contemplamur, vt recta ratione cognoſcamus ſingularia, quę poteſtate in vniuerſalibus continentur. Dicturus ergo de ſenſibus ſingulis, ſumit initium à notioribus nimirum ab obiectis, hoc eſt ſenſibilibus. Senſile, inquit, aut eſt per ſe, aut per accidens. At per ſe, aut proprium, aut commune.

Particula LXIII.

κοινὰ δὲ κίνησις. ἠρεμία. ἀριθμός. σχῆμα. μέγεθος. τὰ γὰρ τοιαῦτα, οὐδεμιᾶς ἐστιν ἴδια. ἀλλὰ κοινὰ πάσαις. καὶ γὰρ καὶ ἁφῇ, κίνησίς ἐστί τις αἰσθητὴ, καὶ ὄψει. καθ᾽ αὑτὰ μὲν οὖν ἐστιν αἰσθητὰ ταῦτα.

*Communia uerò ſunt hæc, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Talia namque nullius ſunt propria ſenſus, ſed omnibus communia ſunt. Etenim tactu motus quidam ſenſibilis eſt atque uiſu. Per ſe igitur hæc ſenſibilia ſunt.*

Explanatio.

Senſile commune dicitur, aut quia ſentitur ab omnibus ſenſibus, vt motus, quies, numerus, aut à multis,

tis, vt magnitudo, figura, tum à viſu, tum à tactu, tum à guſtatu. guſtatus enim eſt quidam tactus. Sentitur autem, quia ſenſibile proprium nullum poteſt immutare ſenſum ſine communi aliquo ſenſibili, quia ſemper hæret & coniunctum eſt, vt color, vt qualitas tactilis ſemper nititur magnitudine & figura, ſonus motu. Quinque autem refert ante communia ſenſibilia, quoniam cætera ad huiuſmodi referri poſſunt.

### Particula LXIIII.

κατὰ συμβεβηκὸς δὲ λέγεται αἰσθητόν, οἷον, εἰ τὸ λευκὸν εἴη Διάρους υἱός. κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ τούτου αἰσθάνεται, ὅτι τῷ λευκῷ συμβέβηκε τοῦτο οὗ αἰσθάνεται. διὸ καὶ οὐδὲν πάσχει ᾗ τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ. τῶν δὲ καθ' αὑτὰ αἰσθητῶν, τὰ ἴδια κυρίως ἐστὶν αἰσθητά, καὶ πρὸς ἃ ἡ οὐσία πέφυκεν ἑκάστης αἰσθήσεως.

*Per accidens autem ſenſibile dicitur, ut ſi album Diatis filius ſit: per accidens enim hoc ſentit, quia albo quod ſentit id accidit. Quapropter & nihil ipſe ſenſus ab huiuſcemodi ſenſibilibus patitur, ut talia ſunt. Eorum autem quæ per ſe ſentiuntur illa ſunt propriè ſenſibilia, quæ propria ſunt, & ad quæ ſubſtantia uniuſcuiuſque ſenſus eſt apta.*

### Explanatio.

Senſile per accidens eſt illud (vt ſubſtantia) quod ſentitur per aliud, id eſt per ſenſile proprium quod illi accidit, quia eſt qualitas. V. G. cernitur Callias, quia accidit eſſe colorato. & auditur æs campanum, quia accidit illi eſſe ſonoro. & thus percipitur odoratu, quia accidit eſſe odorifero. At verò ſenſile commune conducit admodum immutandi ſenſum, ſed non immutat, quia proprium immutat. nam alio modo color in magnitudine parua quàm in magna, & mobili quàm immobili immutat viſum. Sed ſenſile per accidens neque conducit ad modum immutandi neque immutat ſenſum, quia nõ imprimit ſpeciem, nam ſine ſubſtantia poſſet cerni color in magnitudine, ſed viſus non poteſt vario modo immutari ſine varia magnitudine & figura. πέφυκεν. Perpendet natura ſenſus, à quibus ſenſibilibus aptus eſt ſenſus vt immutetur.

### Particula LXV.

οὗ μὲν ἐστιν ἡ ὄψις, τοῦτο ἐστιν ὁρατόν. ὁρατὸν δ' ἐστι, χρῶμά τε, καὶ ὃ λόγῳ μὲν ἔστιν εἰπεῖν, ἀνώνυμον δὲ τυγχάνει ὄν. δῆλον δ' ἔσται ὃ λέγομεν, προελθοῦσι μάλιστα. τὸ γὰρ ὁρατὸν ὃ λέγομεν, ἐστὶ χρῶμα. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐπὶ τοῦ καθ' αὑτὸ ὁρατοῦ. καθ' αὑτὸ δὲ, οὐ τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὅτι ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι ὁρατόν.

*Cuius igitur uiſus eſt perceptiuus, id eſt uiſibile. Viſibile verò eſt color, & id quod oratione quidem explicare ac dicere licet, nomine autem caret; Atque idipſum maximè patebit, cùm ulterius procedemus. Viſibile igitur eſt color; hic autem id eſt, quod in eo, quod per ſe uiſibile eſt; per ſe verò non ratione, ſed quia in ſe cauſam habet ut ſit uiſibile.*

### Explanatio.

οὗ μὲν ἐστιν. Senſile proprium viſus eſt viſile. viſile autem eſt color. et ideo color eſt per ſe viſilis. Per ſe dico, non quia color accipiat in ſuam definitionem viſile, neque viſile colorem, ſed quia color eſt cauſa, cur viſile, id eſt ſuperficies viſilis ſit. continet enim cauſam ſuperficies, quia continet colorem, per quem eſt viſilis. καὶ ὃ λόγῳ. Vt corpora quæ lucent in tenebris, ſquamæ, fungi, quæ carent nomine communi. Color verò in lumine cernitur, quia eſt qualitas in extrema ſuperficie corporis terminati, vel qualitas primò viſum immutans, vt lux & lumen. Vt color cernatur, oportet medium illuminari, quo illuminato, color qui poteſtate erat in tenebris, viſilis re ipſa uidetur. οὐ τῷ λόγῳ. Non quia viſile accipiat colorem in ſuam definitionem. Sed quia viſile continet cauſam, id eſt colorem, propter quam ſit viſile. Eſt.n.viſile, quia coloratum eſt.

### Particula LXVI.

πᾶν δὲ χρῶμα κινητικόν ἐστι, τοῦ κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς. καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῦ ἡ φύσις. διόπερ οὐχ ὁρατὸν ἄνευ φωτός, ἀλλὰ πάντως ἕκαστον χρῶμα ἐν φωτὶ ὁρᾶται. διὸ περὶ φωτὸς πρῶτον λεκτέον, τί ἐστιν. ἔστι δή τι διαφανές.

*Color autem omnis motiuus eſt eius quod eſt perſpicuum actu, & id eſt ipſius natura. Quapropter non eſt uiſibile abſque luce, ſed omnis uniuſcuiuſque color in lumine ſanè uidetur. Quamobrem quidnam ſit ipſum lumen, prius dicere declarareque oportet. Eſt igitur aliquid perſpicuum.*

### Explanatio.

Quia color eſt ſenſile proprium viſus, ideo immutat viſum: ſed viſum immutare non poteſt, niſi prius immutet medium illuminatum, quia color cernitur opera lucis. ergo de luce eſt dicendum.

ἄνευ φωτός. Vt phantaſma non mouet intellectum ſine intellectu agente, ita color non immutat viſum ſine lumine illuminante medium, quia medio illuminato color poteſt immutare viſum. Nam lumen eſt cauſa efficiens medium, non cauſa efficiens colorem, quia color eſt color etiam in tenebris, ſine lumine. Non enim idem eſt efficiens & afficiens in genere qualitatum & accidentium, ſed in genere ſubſtantiæ idem eſt afficiens & efficiens. ergo lumen non eſt cauſa efficiens coloris. ἔστι δή τι διαφανές. Materia ſubiecta luci eſt τὸ διαφανές. vt nomen indicat, quia eſt lumini peruium, natura eſt viſibile, quia eſt capax luminis & coloris.

### Particula LXVII.

διαφανὲς δὲ λέγω, ὃ ἔστι μὲν, ὁρατόν. οὐ καθ' αὑτὸ δὲ ὁρατὸν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ δι' ἀλλότριον χρῶμα. τοιοῦτον δέ ἐστιν ἀὴρ, καὶ ὕδωρ, καὶ πολλὰ τῶν

στερεῶν

στερεῶν. οὐ γὰρ ᾗ ὕδωρ οὐδ' ᾗ ἀήρ, διαφανές. ἀλλ' ὅτι ἐστὶ φύσις ἐνυπάρχουσα ἡ αὐτὴ ἐν τούτοις ἀμφοτέροις, καὶ ἐν τῷ ἀϊδίῳ τῷ ἄνω σώματι.

*Perſpicuum autem id dico, quod eſt quidem uiſibile, non eſt autem, ut ſimpliciter dicam, per ſe, ſed per alienum colorem uiſibile. Atque res talis eſt aer & aqua, & ſolidorum complura, ut uitrum, & glacies, & huiuſmodi corpora. Non enim aqua uel aer, ut eſt aqua uel aer, perſpicuum eſt: ſed quia natura eadem ineſt in his utriſque, & in perpetuo ſuper corpore.*

Explanatio.

οὐ γὰρ ᾗ ὕδωρ. Quia perſpicuitas primo conuenit corporibus cœleſtibus deinde inferioribus.

## Particula LXVIII.

φῶς δέ ἐστιν ἡ τούτου ἐνέργεια τοῦ διαφανοῦς, ᾗ διαφανές. δυνάμει δὲ ἐν οἷς τοῦτό ἐστι, καὶ τὸ σκότος. τὸ δὲ φῶς, οἷον χρῶμά ἐστι τοῦ διαφανοῦς, ὅταν ᾖ ἐντελεχείᾳ διαφανὲς ὑπὸ πυρός, ἢ τοιούτου. οἷον τὸ ἄνω σῶμα. καὶ γὰρ τούτῳ τι ὑπάρχει ἓν καὶ ταυτόν. τί μὲν οὖν τὸ διαφανές, καὶ τί τὸ φῶς, εἴρηται. ὅτι οὔτε πῦρ, οὔθ' ὅλως σῶμα. οὔτε ἀπορροὴ σώματος οὐδενός. εἴη γὰρ ἂν σῶμά τι καὶ οὕτως. ἀλλὰ πυρὸς ἢ τοιούτου τινὸς παρουσία ἐν τῷ διαφανεῖ. οὐδὲ γὰρ δύο σώματα ἅμα δυνατὸν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι.

*Lumen autem actus eſt huiuſce perſpicui, ea nimirũ ratione, qua perſpicuum eſt. Ac id eſt potentia, in quo nunc idipſum ineſt, nunc tenebræ. Atque lumen quaſi perſpicui color eſt, cum eſt perſpicuum actu ab igne, uel ab huiſcemodi corpore, quale eſt ipſum ſuperum corpus. Nam huic ineſt aliquid unum & idem. Quid igitur eſt perſpicuum, diximus, & quid etiam lumen: nam neque ignis eſt, neque omnino corpus, neque corporis eſt alicuius defluxus (eſſet enim quoddam hoc quoque pacto profectò corpus) ſed eſt ignis, uel huiuſcemodi cuiuſdã in perſpicuo præſentia corporis, fieri nanque non poteſt, ut in eodem ſint duo corpora ſimul.*

Explanatio.

Quia perſpicuũ corpus eſt materia luminis, ideo lumen eſt endelechia. i. perfectio perſpicui. vt. n. materia eſt per formam, ita perſpicuum eſt per lumen: Sed corpus perſpicuum aliud eſt ſemper perſpicuum vt corpus cœleſte, quia ſemper eſt illuminatũ, aliud eſt poteſtate perſpicuum aut actu, quia priuatur lumine & effunditur tenebris, vt ignis, aqua, aer.
οἷον χρῶμα. Quia lumen eſt corporis perſpicui non terminati, color eſt corporis perſpicui terminati. & ideo lumen oſtendit colorem in perſpicuo corpore. τί μὲν οὖν τὸ διαφανές. πόρισμα colligit, lumen non eſſe corpus, alioqui corpus penetraret corpus, quia lumen eſt in corpore perſpicuo. Nam quidam crediderunt eſſe ignem, quia diuidunt ignem in carbonem, flammam, & lumen. quidam eſſe corpus lucidum. Democritus verò eſſe corpuſcula indiuidua, quæ excidunt veluti ſcintillæ à corporibus lucidis. Conueniunt ergo omnes eſſe corpus, quia ignis & corpuſcula ſunt corpora. Sed lumen eſt qualitas, quia obſcuritas eſt qualitas atqui contraria ſiue oppoſita ſunt in eodem genere, non in diuerſo. εἴη γὰρ ἄν. Etſi lumen mouetur, & figuratur, & flectitur, ſunt mutationes metaphoricæ, quia lumen non mouetur, ſed propagatur & intenditur, neque habet figuram, aut reflexum. hæ enim ſunt propriæ corporis affectiones.

## Particula LXIX.

δοκεῖ τε τὸ φῶς ἐναντίον εἶναι τῷ σκότει. ἔστι δὲ σκότος, στέρησις τῆς τοιαύτης ἕξεως ἐκ διαφανοῦς. ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ἡ τούτου παρουσία τὸ φῶς ἐστι. καὶ οὐκ ὀρθῶς Ἐμπεδοκλῆς, οὐδ' εἴ τις ἄλλος οὕτως εἴρηκεν, ὡς φερομένου τοῦ φωτός, καὶ τεινομένου ποτὲ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ περιέχοντος, ἡμᾶς δὲ λανθάνοντος. τοῦτο γάρ ἐστι καὶ παρὰ τὴν ἐν τῷ λόγῳ ἀλήθειαν καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα. ἐν μικρῷ μὲν γὰρ διαστήματι, λάθοι ἄν. ἀπ' ἀνατολῆς δὲ ἐπὶ δυσμάς, τὸ λανθάνειν μέγα λίαν τὸ αἴτημα.

*Videtur autem tenebris contrarium eſſe lumen: at tenebræ priuatio ſunt talis habitus, atque ignis uel corporis talis abſentia à perſpicuo. Quare patet, huiuſce præſentiam eſſe lumen. Atque non rectè dixit Empedocles, & ſi quis itidem cenſuit, lumen ferri atque extendi tandem inter terram & continens, nosque idipſum latere. Hoc enim & rationis metas egreditur & eſt præter ea nimirum quæ appareat. In paruo nanque ſpacio motus fortaſſe lateret, ſed ab ortu ſolis ad occaſum tanti corporis motum latere, magna nimium profectò eſt poſtulatio.*

Explanatio.

στέρησις. Quia lumen eſt veluti forma & habitus corporis perſpicui. καὶ οὐκ ὀρθῶς. Nactus occaſionem coarguit Empedoclem, qui dixit lumen ferri & moueri in terras, ſed illum motum nos latere, quia putat eſſe corpus. Sed hoc repugnat rationi & ſenſui: quia mutatio loci corporum eſt euidens ſenſibus & præcipuè in tam vaſto ſpacio, quale eſt illud quod cadit inter cœlum & terram. In exiguo ſpacio poſſet nos latere. Sed quia lumen ſubitò extenditur, ideo non mouetur. ἐν τῷ λόγῳ. i. repugnat veritati quæ eſt in ore omnium.

## Particula LXX.

ἔστι δὲ χρώματος μὲν δεκτικὸν τὸ ἄχρουν, ψόφου δὲ, τὸ ἄψοφον. ἄχρουν δ' ἐστὶ τὸ διαφανές, καὶ τὸ ἀόρατον ἢ τὸ μόλις ὁρώμενον, οἷον δοκεῖ τὸ σκοτεινόν. τοιοῦτον δὲ τὸ διαφανὲς μέν, ἀλλ' οὐχ ὅταν ᾖ ἐντελεχείᾳ διαφανές, ἀλλ' ὅταν δυνάμει. ἡ γὰρ αὐτὴ φύσις, ὁτὲ μὲν σκότος, ὁτὲ δὲ φῶς ἐστιν.

*Atqui coloris quidem ideſt ſuſceptiuum, quod colore uacat: ſoni autẽ id quod ſono. Vacat autem colore perſpi*

*cuum ipſum & inuiſibile, uel id quod uix tandem uidetur, quale id eſſe uidetur quod tenebris eſt affectum. atque tale eſt ipſum, ut patet, perſpicuum. attamen non cum eſt perſpicuum actu, ſed cum eſt potentia. Eadem enim natura modo eſt tenebræ, modò lumen.*

### Explanatio.

Quid ſit color & perſpicuitas & lumen eſt clarū. Sed quo in perſpicuo cernatur color, obſcurum eſt. Cernitur autem ope luminis præſentis in perſpicuo. Nam perſpicuum eſt materia capax luminis & coloris. luminis quidem, quia interim obſcuratur, interim illuminatur: coloris verò, quia vt ἄψοφος habet poteſtatem recipiendi ſonum, & ἄοσμος recipiendi odorem. ſic διαφανὲς recipiendi colorem. Vt enim materia prima poteſtate continet omnes formas, & ſua natura eſt informis, ſed vi agentis formatur & actu habet formam: ſic perſpicuitas poteſtate continet omnem colorem, quod ſua natura eſt decolor, ſed opera luminis habet actu colorem, & cernitur. Sed hoc intereſt, quod agēs naturalis eruit formam ex ſinu materiæ, & efficit. lumen non efficit colorem in perſpicuo, ſed afficit perſpicuum, ut quod poterat cerni, reipſa cernatur id eſt poteſtate viſibile fit actu uiſibile. ἄχροον. Caret colore actu poteſtate habet colorem, quia præſente lumine cernitur coloratum perſpicuum. Vt in ære campano eſt poteſtate ſonus, quia ære percuſſo fit actu ſonus, quia ꝑſonat.

### Particula LXXI.

οὐ πάντα δὲ ὁρατὰ ἐν φωτί ἐστιν, ἀλλὰ μόνον ἑκάστου τὸ οἰκεῖον χρῶμα. ἔνια γὰρ ἐν μὲν τῷ φωτὶ, οὐχ ὁρᾶται. ἐν δὲ τῷ σκότει ποιεῖ αἴσθησιν, οἷον τὰ πυρώδη φαινόμενα καὶ λάμποντα. ἀνώνυμα δ᾽ ἐστὶ ταῦτα, ἑνὶ ὀνόματι. οἷον μύκης, κέρας, κεφαλαὶ ἰχθύων καὶ λεπίδες, καὶ ὀφθαλμοί. ἀλλ᾽ οὐδενὸς ὁρᾶται τούτων, τὸ οἰκεῖον χρῶμα. δι᾽ ἣν μὲν οὖν αἰτίαν ταῦτα ὁρᾶται, ἄλλος λόγος.

*At uerò non uniuerſa uiſibilia in lumine ſunt uiſibilia, ſed ſolum uniuſcuiuſque proprius color. Nonnulla nanque in lumine quidem non uidentur, in tenebris autem efficiunt ſenſum, ut ea quæ apparent ignea atque ſplendent. Hæc autem nomine carent uno: ut fungus, cornu, piſcium capita, ſquamæ, oculi. Sed nullius horū proprius color uidetur. Atque quam ob cauſam hæc uiſibilia ſunt, alia ratio eſt.*

### Explanatio.

Solus color cernitur in lumine. Sunt enim multa corpora quæ cernuntur in tenebris, ſed communi nomine carent. δι᾽ ἣν μὲν οὖν. Cernuntur in tenebris, ut lucida corpora; in lumine, ut colorata. Cur ut lucida non cernuntur in lumine? An quia participant per exigua luce, quæ offenditur à maiori. Cur colorata non cernuntur in tenebris? An quia color eget lumine ut cernatur, nam lux eſt per ſe uiſibilis, color uidetur per lucem.

### Particula LXXII.

νῦν δὲ ἐπὶ τοσοῦτον φανερόν ἐστιν, ὅτι τὸ μὲν ἐν φωτὶ ὁρώμενον, χρῶμα. διὸ καὶ οὐχ ὁρᾶται ἄνευ φωτός. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ χρώματι εἶναι, τὸ κινητικῷ εἶναι τοῦ κατ᾽ ἐνέργειαν διαφανοῦς. ἡ δ᾽ ἐντελέχεια τοῦ διαφανοῦς, φῶς ἐστι. σημεῖον δὲ τούτου, φανερόν. ἐὰν γάρ τις θῇ, τὸ ἔχον χρῶμα ἐπ᾽ αὐτὴν τὴν ὄψιν, οὐκ ὄψεται. ἀλλὰ τὸ μὲν χρῶμα, κινεῖ τὸ διαφανές οἷον τὸν ἀέρα. ὑπὸ τούτου δὲ συνεχοῦς ὄντος, κινεῖται τὸ αἰσθητήριον.

*Nunc tantum patet, id inquam, quod in lumine uidetur eſſe colorem, quocirca ſine lumine non uidetur. Hæc eſt enim ſanè coloris ratio, eſſe inquam eius motiuum quod eſt perſpicuum actu. actus autem perſpicui lumen eſt, ut diximus. Id ita eſſe ex eo tanquàm è manifeſto ſigno patere poteſt. Nam ſi quiſpiam id quod habet colorem ſuper ipſum uiſum poſuerit, non ſanè uidebit. Sed color quidem mouet perſpicuum, ut aerem: ab hoc autem, cùm ſit continuus, ſenſus inſtrumentum mouetur.*

### Explanatio.

Πόρισμα, colligit enim duas propoſitiones. Quarum prima eſt, Quod uidetur in lumine, id color eſt. Altera, color nō uidetur ſine lumine, quia color mouet perſpicuum medium imprimendo ſuam ſpeciem. imprimit autem opera luminis, quia lumen eſt entelechia perſpicui, ſi quidem medium afficiat ad recipiendam ſpeciem coloris. σημεῖον δὲ τούτου. Quòd afficiat, illud eſt ſignum, quòd corpus coloratū poſitum ſupra uiſum non ſentitur, quia opus eſt medio in quo recipiatur opera luminis ſpecies, quia actio coloris non eſt phyſica & materialis, ſed ſpiritualis & formalis.i.in corpore, & per medium perſpicuum continuatum ſenſorio mouet ſenſum, quia recipitur in ſenſorio perſpicuo.

### Particula LXXIII.

οὐ γὰρ καλῶς τοῦτο λέγει Δημόκριτος οἰόμενος, εἰ γένοιτο κενὸν τὸ μεταξὺ, ὁρᾶσθαι ἂν ἀκριβῶς, καὶ εἰ μύρμηξ ἐν τῷ οὐρανῷ εἴη. τοῦτο γὰρ ἐστιν ἀδύνατον. πάσχοντος γάρ τι τοῦ αἰσθητικοῦ γίνεται τὸ ὁρᾶν. ὑπ᾽ αὐτοῦ μὲν οὖν τοῦ ὁρωμένου χρώματος, ἀδύνατον. λείπεται δὲ ὑπὸ τοῦ μεταξύ. ὥστ᾽ ἀναγκαῖόν τι εἶναι μεταξύ. κενοῦ δὲ γενομένου, οὐχ ὅτι ἀκριβῶς, ἀλλ᾽ ὅλως οὐδὲν ὀφθήσεται. δι᾽ ἣν μὲν οὖν αἰτίαν τὸ χρῶμα ἀναγκαῖον ἐν φωτὶ ὁρᾶσθαι, εἴρηται. πῦρ δὲ ἐν ἀμφοῖν ὁρᾶται καὶ ἐν σκότει καὶ ἐν φωτὶ, καὶ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης. τὸ γὰρ διαφανὲς, ὑπὸ τούτου γίνεται διαφανές.

*Non enim hoc loco rectè ſentire ut Democritus, qui quidem putat ſi medium ſpacium uacuum fiat, formicam etiam ſi ſit in cælo exactè perfecteque uideri: etenim id ipſum fieri non poteſt. Viſio nanque fit patiente aliquid ſenſitiuo. At ut patiatur ab ipſo colore, qui uidetur, fieri nequit. Reſtat igitur ut à medio. Quare neceſſe eſt aliquod eſſe mediū inter colorem ipſum & uiſum. Quòd ſi id uacuum fiat, non modò non exactè, ſed neque quicquam omnino uidebit. Quam igitur ob cauſam neceſſe eſt in lumine colorē uideri, diximus. At ignis in utriſq; planè uidetur, in tenebris inquā atq; lumine. Id aūt neceſſariò accidit. Ipſum.n. perſpicuū ab hoc perſpicuū fit.*

Expla-

### Explanatio.

Nactus occaſionem, coarguit Democritum, qui opinatur medium perſpicuum impedire viſum, quia dixit formicam in cœlo poſitam non poſſe videri, quia ſpacium eſt plenum: ſi eſſet vacuum, inquit cerneretur. Sed errat quia non cernitur propter diſtantiam, imo color non poteſt cerni ſine medio pſpicuo illuminato. πῦρ δὲ ἐν ἀμφοῖν. Quędam cernuntur in tenebris tantum, quædam in lumine tantum, vt color quędam in lumine & tenebris, vt ignis quoniā noſter ignis. eſt lucidus & coloratus. Quia eſt lucidus, ideo illuminat medium perſpicuum, in quo eius color cernitur. Sed elementum ignis non eſt coloratum, quia color eſt qualitas corporis compoſiti, non ſimplicis.

### Particula LXXIIII.

ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ ψόφου καὶ ὀσμῆς ἐστιν. οὐθὲν γὰρ αὐτῶν ἁπτόμενον τοῦ αἰσθητηρίου ποιεῖ τὴν αἴσθησιν. ἀλλ' ὑπὸ μὲν ὀσμῆς καὶ ψόφου, τὸ μεταξὺ κινεῖται. ὑπὸ δὲ τούτου, τῶν αἰσθητηρίων ἑκάτερον ὅταν δὲ ἐπ' αὐτό τις ἐπιθῇ τὸ αἰσθητήριον τὸ ψοφοῦν ἢ τὸ ὄζον, οὐδεμίαν αἴσθησιν ποιήσει. περὶ δὲ ἁφῆς καὶ γεύσεως, ἔχει μὲν ὁμοίως. οὐ φαίνεται δέ. δι' ἣν δ' αἰτίαν, ὕστερον ἔσται δῆλον.

***Eadem autem eſt & de ſono & de odore etiam ratio nihil enim ipſorum ſenſus inſtrumentum tangens efficit ſenſum, ſed ab odore quidem & ſono mouetur medium, ab hoc autem vtrunque ſenſuum inſtrumentum. Quòd ſi quiſpiam ſuper ipſum inſtrumentū ſenſus, uel id quod ſonat, uel id quod olet poſuerit, nullus profectò ſenſus efficietur. ſimili modo res ſeſe habet in tactu, & etiam guſtu ſed non apparet. Quam autem ob cauſam, poſtea dicetur.***

### Explanatio.

Quemadmodum color non cernitur ſine medio perſpicuo illuminato, ita quoque & ſonus & odor non ſentitur ſine medio. Cuius rei illud eſt ſignum, quod corpus ſonorum & corpus odoriferum poſitum ſupra ſenſorium non ſentitur. Sed cur? Nempè quia ſenſile habet duplex eſſe, vt color, ſonus, odor. Eſt enim partim in materia propria, partim externa. In propria eſt reipſa & per ſuam eſſentiam, vt color in niue, ſonus in ære, odor in thure. In externa eſt per ſpeciem, vt color per ſpeciem eſt in medio perſpicuo non terminato ſed illuminato, quia materia propria eſt perſpicuum terminatum. Sic ſonus eſt in medio quod dicitur διηχές, & odor in medio quod dicitur δίοσμον. Ex quo liquet contra Galenum, in materia externa eſſe ſpeciem odoris, non odoriferum corpus. Idem iudicandum eſt de tactili & guſtatili, quia guſtatus eſt quidam tactus.

### Particula LXXV.

τὸ δὲ μεταξὺ ψόφων μὲν, ἀήρ. ὀσμῆς δὲ ἀνώνυμον. κοινὸν γὰρ δή τι πάθος ἐπ' ἀέρος καὶ ὕδατός ἐστιν. ὥσπερ τὸ διαφανὲς χρώματι. οὕτω τῷ ἔχοντι ὀσμὴν ὃ ἐν ἀμφοτέροις ὑπάρχει τούτοις. φαίνεται γὰρ καὶ τὰ ἔνυδρα τῶν ζῴων, ἔχειν αἴσθησιν ὀσμῆς. ἀλλ' ὁ μὲν ἄνθρωπος καὶ τῶν πεζῶν ὅσα ἀναπνεῖ, ἀδυνατεῖ ὀσμᾶσθαι, μὴ ἀναπνέοντα. ἡ δ' αἰτία καὶ περὶ τούτων ὕστερον, λεχθήσεται.

***Atque medium quidem in ſonis eſt aer, in odoribus autem nomine uacat. Nam ut perſpicuum in colore cōmunis eſt quidam affectus in aere atque aqua, ſic alius quidam in odoribus eſt affectus, qui quidem ineſt in his vtriſque, in aere inquam & aqua. Videntur enim & animaliū ea quæ uerſant in aquis ſenſum odoris habere. Verum homo cæteraque animantia, quæ degunt in terra, atque reſpirant, nequeunt ſine reſpiratione olfacere. Et cauſa etiam huiuſce poſterius explicabitur.***

### Explanatio.

Medium in quo eſt ſpecies ſoni eſt aer, in quo eſt odoris ſpecies eſt tum aer tum aqua. Aqua quidem, quia aquatilia, ſentiunt odorem per ſpeciem impreſſam in aqua. Aer verò, quia aer eſt aqua cōmixtus. Non enim ſpecies ſoni eſt in aqua, ſed in aere tantum. ἀδυνατεῖ. Animalia quæ reſpirant, odorem ſentire nequeunt, niſi aerem inſpirent, in quo eſt ſpecies odoris. Quæ non reſpirant, ſentiunt odorem ſine inſpirato aere; ſentiunt enim odorem, qui eſt per ſpeciem in aere continuato ſenſorio talium animalium, vt vermes, vt erucæ, & aliqua inſectorū, muſcæ, culices &c.

### Particula LXXVI.

νῦν δὲ πρῶτον περὶ ψόφου καὶ ἀκοῆς διορίσωμεν. ἔστι δὲ διττὸς ὁ ψόφος. ὁ μὲν γὰρ ἐνέργειά τις, ὁ δὲ δύναμις. τὰ μὲν γὰρ οὔ φαμεν ἔχειν ψόφον οἷον, σπόγγον, ἔρια. τὰ δ' ἔχειν οἷον χαλκὸν, καὶ ὅσα στερεὰ καὶ λεῖα, ὅτι δύναται ψοφῆσαι. τοῦτο δ' ἐστὶν αὐτοῦ μεταξὺ καὶ τῆς ἀκοῆς, ἐμποιῆσαι ψόφον ἐνεργείᾳ.

***Nunc autem poſt hæc de ſono & auditu determinemus oportet. Eſt itaque ſonus duplex. Quidam enim eſt actu, quodam potentia ſonus. Nam corporum quædam non habere dicimus ſonum, ut ſpongiam, lanam, & huiuſcemodi: quædam habere, ut æs, & quæcunque ſolida leuiaque ſunt, quia poſſunt ſonare, id eſt inter ſe & auditum ſonum efficere.***

### Explanatio.

Poſtquā dictum eſt de viſu, ordo poſtulat vt de auditu dicamus, quia eſt ordo dignitatis & excellentiæ. Initium itaque ſumit ab obiecto, vtpote à noto. Obiectum eſt ſonus. Sonus eſt duplex, aut actu, aut poteſtate. In materia propria, vt in ęre, eſt poteſtate: actu eſt in materia externa, vt in aere. τὰ μὲν γὰρ οὔ φαμεν. Quia ſonus generatur ex colliſione duri corporis cum duro, vt partes aeris concurrentes ad replendum vacuū alliduntur ad latera duplicis corporis duri, vt lorum percutiens aerem edit ſonum, fides citharę mota ex colliſione partiū aeris ad lorum vel ad fidem. Ad mollia corpora alliſus aer ſpeciem ſoni non recipit τοῦτο δ' ἐστί. Corpora vel ſonum habēt aut actu, aut poteſtate. Vel nullo modo ſonū habēt

## Particula LXXVII.

γίνεται δὲ, ὁ κατ' ἐνέργειαν, ψόφος, ἀεί τινος πρός τι καὶ ἔν τινι. πληγὴ γάρ ἐστιν ἡ ποιοῦσα. διὸ καὶ ἀδύνατον ἑνὸς ὄντος, γενέσθαι ψόφον ἕτερον γὰρ τὸ τύπτον καὶ τὸ τυπτόμενον. ὥστε τὸ ψοφοῦν, πρός τι ψοφεῖ. πληγὴ δ' οὐ γίνεται ἄνευ φορᾶς. ὥσπερ δ' εἴπομεν, οὐ τῶν τυχόντων πληγὴ ὁ ψόφος. οὐθένα. γὰρ ψόφον ποιεῖ ἔρια ἂν πληγῇ ἢ πληγέντα. ἀλλὰ χαλκὸς. καὶ ὅσα λεῖα καὶ κοῖλα. ὁ μὲν χαλκὸς, ὅτι λεῖος. τὰ δὲ κοῖλα, τῇ ἀνακλάσει, πολλὰς ποιεῖ πληγὰς μετὰ τὴν πρώτην, ἀδυνατοῦντος ἐξελθεῖν τοῦ κινηθέντος.

*Fit autem actu ſonus, alicuius ſemper ad aliquid, & in aliquo. Ictus eſt enim qui ſonum efficit ipſum. Quapropter fieri non poteſt, ut ſi unum ſit corpus, ſonus efficiatur: quippe cũ aliud ſit id quod uerberat, aliud quod uerberatur. Quare id quod ſonat ad aliquid ſonat. Sine autem latione nunquam efficitur ictus, atque uti diximus, non quorum uis ictus corporum ſine ullo diſcrimine ſonus eſt. Nullum enim efficit ſonum, ſi percuſſa fuerit lana, ſed æs & quæcunque læuia concauaque. Aes quidem quia corpus eſt læue: concaua uerò, quia per reflexionem complures poſt primum efficiunt ictus: quippe cum non poſſit aer motus ac agitatus exire.*

### Explanatio.

Sonus aut eſt poteſtate, ut in ære campano & alijs corporibus ſolidis. aut actu ſiue reipſa. Porrò de poteſtate in opus exit non ex ſe, quia nihil in ſe agit, nihil à ſe patitur ergo opera alterius. Ad efficiendum ergo ſonum quinque concurrunt, percutiens, percuſſum, & medium quod accipit ſonum, mutatio loci, & ictus. Percutiens quidem & percuſſum, quia motus partim eſt in agente, vt percutiente, partim in paſſo, vt in percuſſo: & ideo unum corpus non efficit ſonum. Sed aduertendum eſt, ſæpe percutiens ſubire naturam medii, vt virga quæ diuerterat aerem accipit ſonum ex mutua colliſione aeris partium, quæ mouentur ad locum implendũ, percutientes enim latera virgæ edunt ſonum, ergo cauſa efficiẽs proxima eſt ictus ſiue percuſsio, ὥσπερ δ' εἴπομεν. Percutiens & percuſſum ſunt corpora dura (quia mollia non reſonãt) & læuia, quia vt in corpore læui fit luminis maior radiorum reflexus, quoniam radij magis coeũt quam in aſpero & inæquali: ſic ex leuibus corporibus inuicem colliſis vehementior ſonus in aere recipitur, quia ictus fit purior. Et concaua, quia in illis concluſus aer ſæpius repetitũ ictum decipit, & reſonat, vt clarum eſt in ære campapa & in tympano bellico.

## Particula LXXVIII.

ἔτι ἀκούεται ἐν ἀέρι καὶ ὕδατι, ἀλλ' ἧττον. οὐκ ἔστι δὲ ψόφου κύριος ὁ ἀὴρ, οὐδὲ τὸ ὕδωρ. ἀλλὰ δεῖ στερεῶν πληγὴν γενέσθαι πρὸς ἄλληλα, καὶ πρὸς τὸν ἀέρα. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ὑπομένῃ πληγεὶς ὁ ἀὴρ, καὶ μὴ διαχυθῇ. διὸ ἐὰν ταχέως καὶ σφοδρῶς πληγῇ, ψοφεῖ. δεῖ γὰρ φθάσαι τὴν κίνησιν τοῦ ῥαπίζοντος τὴν θρύψιν τοῦ ἀέρος, ὥσπερ ἂν εἰ σωρὸν ἢ ὁρμαθὸν ψάμμου τύπτοι τις φερόμενον ταχύ.

*Præterea auditur quidem ſonus & in aere & in aqua: at uerò nec aer eſt author ſoni, nec aqua, ſed opus eſt ut inter ſeſe ſolidorum corporum atque ad aerẽ ictus fiat. Quod quidem tum fit, cum aer percuſſus permanet, neque diffunditur. Quapropter ſe citò uehementerque percutiatur, ſonat opus eſt enim ut percutientis motus diffuſionem præueniat aeris, perinde atque ſi cumulum aut aceruum arenæ cum fertur uelociter quiſpiam uerberet.*

### Explanatio.

Medium in quo ſonus per ſpeciem recipitur, eſt aer & aqua, ſed obſcurius recipitur in aqua quàm in aere, quoniam eſt denſior & corpulentior, ergo aer & aqua non ſunt cauſæ effectrices ſoni, ſed receptacula, quia habent τὸ δεκτικὸν. i. principium paſsiuum, poteſtatem videlicet accipiendi ſpeciem ſoni. διὸ ἐὰν ταχέως. Ictus non debet eſſe vehemens & celer, quia ex lento & tardo ſonus non editur in aere, quia cedit, quemadmodum arenæ cumulus, vt enim reſonet, oportet citò & vehementer diuerberare.

## Particula LXXIX.

ἠχὼ δὲ γίνεται, ὅταν ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἑνὸς γενομένου διὰ τὸ ἀγγεῖον τὸ διορίσαν καὶ κωλῦσαν θρυφθῆναι, πάλιν ὁ ἀὴρ ἀπωσθῇ, ὥσπερ σφαῖρα. ἔοικε δὲ ἀεὶ γίνεσθαι ἠχὼ, ἀλλ' οὐ σαφής. ἐπεὶ συμβαίνει γε ἐπὶ τοῦ ψόφου, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ φωτός. καὶ γὰρ τὸ φῶς ἀεὶ ἀνακλᾶται. οὐ γὰρ ἂν ἐγίνετο πάντῃ φῶς ἀλλὰ σκότος ἔξω τοῦ ἡλιουμένου. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἀνακλᾶται ὥσπερ ἀφ' ὕδατος, ἢ χαλκοῦ, ἢ καί τινος ἄλλου τῶν λείων. ὥστε σκιὰν ποιεῖν, ᾗ τὸ φῶς ὁρίζομεν.

*Fit autem* Echo*, ſonitus inquam is, qui poſt ſonum reſultat, cum aer factus unus ob uas uel locum qui terminauit ipſum, atque diſſolui prohibuit, inde reſilit ueluti pila repulſus. Videtur autem talis ſonitus fieri ſemper, ſed non ſemper clarus efficitur: nam & in ſono perinde atque lumine fit. Lumen enim ſemper refrangitur, alioquin non fieret lumen ubique, ſed extra locum illum eſſent tenebræ, quò radij ſolis perueniunt. Verum non ita ſemper refrangitur, ut umbram efficiat, qua terminare lumen ſolemus: quod quidem tum fit, cum ab aqua uel aere cæteriſque læuibus ut patet, reflectitur.*

### Explanatio.

Quoniam cauſa effectrix ſoni eſt quoque cauſa omnium eius accidentium & proprietatũ) nam qui dat formam, dat & conſequentia formæ, idcirco declarat quid ſit echo eſt enim proprietas conſequens ſonũ, ſiquidem ſit ſonus in aere repetitus & iteratus. iteratur ex recurſu aeris. Nam primum pulſus aer à corporibus ſolidis læuibus & concauis accipit ſpeciem ſoni, quam defert rectà per ſuos orbes, deinde in recurſu ſonum eundem ſpecie non numero reuehit per eoſdem orbes recurrentes. Vt in

a qua proiecto lapillo orbes conſurgentes ad ripam dilatantur, mox inde redeuntes reuehunt. Sic ſonus per orbes aeris diffunditur, deinde per eoſdem recurrit, & recurrit idem ſpecie, non numero, quia motus recurrens & rectus non eſt idem: vt pilæ quæ alliditur parieti motus primus & rectus non eſt idem numero quod eſt ſecundus recurrens à pariete, quod oſtendit quies inter vnum & alterum. ἔοικε δὲ. pro magno & paruo recurſu generatur echo euidens & obſcura, vt enim forti reflexu radiorum lumen conſurgit, & ex debili cõſurgit vmbra: ſic quoque ex magno recurſu aeris euidenter ſentitur echo, ex paruo aut obſcurè ſentitur, aut non ſentitur omnino, & ideo non ſemper conſequitur ſonum, ſed non generatur ſine ſono.

## Particula LXXX.

τὸ δὲ κενὸν, ὀρθῶς λέγεται κύριον τοῦ ἀκούειν. δοκεῖ γὰρ εἶναι κενὸν ὁ ἀὴρ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ποιῶν ἀκούειν, ὅταν κινηθῇ συνεχὴς καὶ εἷς. ἀλλὰ διὰ τὸ ψαθυρὸς εἶναι, οὐ γεγωνεῖ, ἂν μὴ λεῖον ᾖ τὸ πληγέν. τότε δὲ εἷς γίνεται ἅμα, διὰ τὸ ἐπίπεδον. ἓν γὰρ τὸ τοῦ λείου ἐπίπεδον. ψοφητικὸν μὲν οὖν, τὸ κινητικὸν ἑνὸς ἀέρος συνεχεία μέχρις ἀκοῆς.

*Rectè autem à ueteribus audiendi uacuo tribuitur authoritas: nam aer uacuum eſſe uidetur. Is autem eſt qui audire facit, cum continuus unusque fuerit agitatus. Verum quia fragilis eſt, non perſonat, niſi id quod eſt percuſſum ſit laue. tum enim unus ipſe ſimul ob planitiem ipſam euadit: læuis nanque corporis planum eſt unum. Id igitur ſonum efficit, quod mouet uſque ad auditum continuatione aerem unum.*

### Explanatio.

Sonus non auditur ſine aere medio, in quo ſoni ſpecies impreſſa & propagata diffunditur ad ſenſorium auditus. Quocirca veteres philoſophi rectè putarunt vacuum eſſe neceſſarium vt ſonus audiretur. Vacuum porro nuncupabant aerem, vacuum enim non reperitur in rerum natura. οὗτος δὲ. Eſt quidem neceſſarius aer, quia vnus eſt & continuatus ipſi ſenſorio: niſi enim ſit vnus aer & continuus & vna ſuperficies pulſi corporis, vnus ſonus non repræſentatur, quia aeris partes diſiunguntur & interpellantur.

## Particula LXXXI.

ἀκοῇ δὲ συμφυὴς ἀέρι. διὰ δὲ τὸ ἐν ἀέρι εἶναι, κινουμένου τοῦ ἔξω, τὸ εἴσω κινεῖται. διόπερ οὐ πάντῃ τὸ ζῷον ἀκούει. οὐδὲ πάντῃ διέρχεται ὁ ἀήρ. οὐ γὰρ πάντῃ ἔχει ἀέρα τὸ κινησόμενον μέρος καὶ ἔμψυχον, ὥσπερ ἡ κόρη τὸ ὑγρόν.

*Ineſt autem auditui quidam inſitus aer, atque cum auditus in aere ſit, cum externus aer mouetur, et internus mouetur ac agitatur. Quapropter animal non omni audit ex parte, neque quouis aer pertranſit & penetrat, quippe cum animatum non habeat aerem ubique; quo poſſit quauis ſua parte moueri.*

### Explanatio.

Concludit cauſam effectricẽ ſoni id eſſe quod põt mouere aerem continuatum vſq; ad ſenſorium auditus, quia ſpecies ſoni funditur per ipſum, vt orbes in aqua. Et ideo idem ſonus ab omnibus in omni poſitura partium ſentitur. ἀκοῇ δὲ. Sonus immutat aerem, quia imprimit ſuam ſpeciem. Immutat autem ſenſorium, quia tamen ſenſorio auditus eſt aer innatus, qui ſpeciem ſoni quaſi per manus traditam ab externo aere accipit in ſe, & immutat ſenſorium ſiue vim ſentiendi, διόπερ τὸ ζῷον colligit, non totũ animal audire, quia non omni eſt ingeneratus aer parti, nec in omnem partem aer illabitur externus, & ideo animal non audit ex omni parte corporis. ὥσπερ ἡ κόρη. Vt non omnis pars eſt ſenſorium viſus, ſed ea duntaxat, in qua eſt humor cryſtallinus: ſic non omnis pars animalis eſt ſenſorium auditus, ſed ea tantum, cui natura ingenerauit aerem, & formauit meatus per quos penetraret aer externus.

## Particula LXXXII.

αὐτὸ μὲν δὴ ἄψοφον ὁ ἀὴρ, διὰ τὸ εὔθρυπτον. ὅταν δὲ κωλυθῇ θρύπτεσθαι, ἡ τούτου κίνησις ψόφος. ὁ δ' ἐν τοῖς ὠσὶν ἐγκατῳκοδόμηται πρὸς τὸ ἀκίνητος εἶναι, ὅπως ἀκριβῶς αἰσθάνηται πάσας τὰς διαφορὰς τῆς κινήσεως. διὰ ταῦτα δὲ, καὶ ἐν ὕδατι ἀκούομεν, ὅτι οὐκ εἰσέρχεται πρὸς αὐτὸν τὸν συμφυῆ ἀέρα. ἀλλ' οὐδ' εἰς τὸ οὖς, διὰ τὰς ἕλικας. ὅταν δὲ τοῦτο συμβῇ, οὐκ ἀκούει. οὐδ' ἂν ἡ μῆνιγξ κάμῃ, ὥσπερ τὸ ἐπὶ τῇ κόρῃ δέρμα ὅταν κάμῃ.

*Ipſe igitur aer uocat ex ſe ſono, quia facile diſpergitur ac diſſoluitur. Verum cum prohibetur diſſolui, tum motio ipſius eſt ſonus. At is aer qui in aurib. eſt collocatus, intus eſt conditus, ut ſit immobilis, atque hoc ut exactè ſentiat differentias omnes motus. Et propter hoc in aqua etiam audimus, quia non ingreditur aqua in ipſum inſitum aerem, nec in aurẽ, ob obliquitates ipſius, quod ſi acciderit, non audimus, nec item ſi ægrotauerit ipſa membrana. Quemadmodum etiam non uidemus, cum ea pellis ægrotat, quæ pupillam complectitur.*

### Explanatio.

Aer externus caret ſono, quia eſt capax ſoni. Nã omne recipiẽs debet eſſe vacuũ à natura recepti, ſit capax, quia eſt diſſolubilis & mobilis. ὁ δ' ἐν τοῖς ὠσίν. Aer in ędificatus eſt immobilis, vt exquiſitè accipiat ſoni ſpeciem delatam per motum aeris externi. διὰ ταῦτα. Quod aer ſit medium per quod audimus, duplex eſt ſignum. Primum eſt ꝙ quando auris vacua ab aqua eſt, audimus; quando plena, non audimus, quia aqua non eſt medium. Item malè affecta membrana quæ continet aerem non audimus, quia aer nõ poteſt accipere ſpeciem ſoni, vt nec ſentitur color mẽbrana affecta cryſtallinũ humorẽ cõtinẽte.

## Particula LXXXIII.

ἀλλὰ καὶ σημεῖον τοῦ ἀκούειν ἢ μὴ, τὸ ἠχεῖν ἀεὶ τὸ οὖς ὥσπερ τὸ κέρας. ἀεὶ γὰρ οἰκείαν τινὰ κίνησιν κινεῖται

ὁ ἀὴρ, ὁ ἐν τοῖς ὠσίν. ἀλλ' ὁ ψόφος ἀλλότριος καὶ οὐκ ἴδιος. καὶ διὰ τοῦτό φασιν ἀκούειν τῷ κενῷ καὶ ἠχοῦντι. ὅτι ἀκούομεν τῷ ἔχοντι ὡρισμένον τὸν ἀέρα.

*Atenim ſignum id eſt audiendi, uel non audiendi, nã auris ſemper ſonat, perinde ac cornu. ſemper enim inſitus aer motu ſuo quodam in auribus agitatur. Verum ipſe ſonus alienus eſt, & non proprius. Et propterea ueteres uacuo nos inquiunt audire ac perſonante, quia audimus eo quod determinatum aerem habet.*

Explanatio.

Secundum ſignum eſt, quia oppoſito cornu auribus, externus aer in anfractibus aurium agitatur, & agitatus mouet natiuum aerem per mediam membranam, in motione auditur ſonus ipſius cornu, cùm natiuus ſuapte natura ſit immobilis. καὶ διὰ τοῦτο. Rectè igitur antiqui philoſophi vacuo medio.i.aere audiri ſonum putant.

Particula LXXXIIII.

πότερον δὲ ψοφεῖ τὸ τυπτόμενον ἢ τὸ τύπτον ἢ καὶ ἄμφω, τρόπον δ' ἕτερον. ἔστι γὰρ ὁ ψόφος κίνησις τοῦ δυναμένου κινεῖσθαι τὸν τρόπον τοῦτον, ὅνπερ τὰ ἀφαλλόμενα ἀπὸ τῶν λείων, ὅταν τις κρούσῃ. οὐ δὴ πᾶν ὥσπερ εἴρηται ψοφεῖ τυπτόμενον, καὶ τύπτον. οἷον ἐὰν πατάξῃ βελόνη βελόνην. ἀλλὰ δεῖ τὸ τυπτόμενον, ὁμαλὸν εἶναι, ὥστε τὸν ἀέρα ἀθρόον ἀφάλλεσθαι καὶ σείεσθαι.

*Sed utrum horum duorum ſonet, utrum id quod uerberatur, an id quod uerberat? At conſtat, utrunque ſonare, modo autem diuerſo. Sonus enim motio eſt eius quod eo motu moueri poteſt, quo mouentur ea quæ reſiliunt à corporibus leuibus cum quiſpiam percutit. Nec omne quoduis tam uerberatum quam uerberans ſonum efficit, ut diximus. Non enim, ut patet, ſonus efficitur, ſi acus feriat acum, ſed opus eſt ut id quod uerberatur ſit planum, quo ſimul aer inde reſiliat, totus ne concutiatur.*

Explanatio.

Ad ſonum generandum dictum eſt cõcurrere corpus percutiens & percuſſum, aerem, motum, & ictũ. Sed ſonus ſequitur motum. Ideo quęritur, in quo ſit ſonus. Reſpondet, eſſe in eo in quo eſt motus. ergo ſonus erit in percutiente & percuſſo, ſed diuerſo modo: in percutiente enim vt mouente & agente; in percuſſo vt in patiente ſubiecto; in aere vt in deferente, quia reſiliens à corporibus percutientibus & percuſſis mouetur in orbem, & conuehit ſpeciem ſoni ad ſeſorium. niſi enim reſiliret, nullus motus fieret, & ideo neque ſonus. Cuius rei illud eſt ſignũ, quòd ſi acus acum percutiat, non fit ſonus, quia aer non reſilit neque exprimitur, vt autem exprimatur & concutiatur, neceſſariũ eſt corpora plana collidi.

Particula LXXXV.

αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν ψοφούντων, ἐν τῷ κατ' ἐνέργειαν ψόφῳ δηλοῦνται. ὥσπερ γὰρ ἄνευ φωτὸς οὐχ ὁρᾶται τὰ χρώματα, οὕτως οὐδ' ἄνευ ψόφου τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρύ. ταῦτα δὲ λέγεται κατὰ μεταφορὰν, ἀπὸ τῶν ἁπτῶν. τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ, κινεῖ τὴν αἴσθησιν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐπὶ πολύ. τὸ δὲ βαρὺ, ἐν πολλῷ ἐπ' ὀλίγον. καὶ οὐ δὴ ταχὺ, τὸ ὀξύ. τὸ δὲ, βαρὺ βραδύ, ἀλλὰ γίνεται τοῦ μὲν διὰ τὸ τάχος ἡ κίνησις τοιαύτη. τοῦ δὲ, διὰ βραδυτῆτα. καὶ ἔοικεν ἀνάλογον ἔχειν τῷ περὶ τὴν ἁφὴν ὀξεῖ, καὶ ἀμβλεῖ. τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ. οἷον κεντεῖ. τὸ δὲ ἀμβλὺ. οἷον ὠθεῖ διὰ τὸ κινεῖν. τὸ μὲν, ἐν ὀλίγῳ. τὸ δὲ, ἐν πολλῷ. ὥστε συμβαίνει τὸ μὲν, ταχὺ, τὸ δὲ, βραδὺ εἶναι.

*Atque differentiæ ſonorum actu ſoni manifeſtæ fieri ſolent. Nam ut abſque lumine non uidentur colores, ſic neque acutum graueque ſine ſono diſcernitur. Hæc autem à tangibilibus translatione dicuntur: acutum nanque multum in breui tempore ſenſum mouet, graue uerò longo in tempore parum. Non igitur idem eſt acutũ & uelox, neque graue tardumque: ſed fit alterius quidem motus propter uelocitatem talis, alterius autem talis ob tarditatem. Et ſimilia eſſe uidentur acuto atque obtuſo quæ ſunt in tactu: nam acutum quidem quaſi pungit, obtuſum autem quaſi pellit: quia illud in pauco, hoc in multo tempore mouet. Quare fit ut illud ſit uelox, hoc tardum.*

Explanatio.

Omnis res quid ſit prius eſt cognoſcenda, quã diuidatur in ſuas differentias. Ariſt. igitur definiuit primum quid ſit ſonus, deinde quærit ſoni cogniti differentias. Differentiæ porrò cognoſcuntur non ex ſono, qui poteſtate eſt in ſonoris corporibus ſed ex ſono qui reipſa eſt. Vt enim color ſentitur lumine pręſente, ita differentiæ audiũtur præſente ſono & actu. ταῦτα δὲ. Hæc nomina differentiarum ſunt trãslata à qualitate tactili. Quia vt calor acutus vel frigus acutum eſt, quia citò penetrat, obtuſum tardè: ſic ſonus acutus breui tempore multum mouet ſenſum, obtuſus longo tempore parum mouet ſenſum: καὶ ἔοικε. Sumuntur ergo differentiæ à differentijs motus, quia ex motu veloci aeris reſilientis generatur ſonus acutus, ex motu tardo eiuſdem ſonus grauis ſiue obtuſus. Vt ergo primum fundamentum ſoni eſt corpus percutiens & percuſſum, ita primum fundamentum differentiarum eſt motus.

Particula LXXXVI.

περὶ μὲν οὖν ψόφου, ταύτῃ διωρίσθω. ἡ δὲ φωνὴ, ψόφος τίς ἐστιν ἐμψύχου. τῶν γὰρ ἀψύχων, οὐθὲν φωνεῖ. ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα λέγεται φωνεῖν. οἷον αὐλὸς καὶ λύρα, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἀψύχων, ἀπότασιν ἔχει καὶ μέλος καὶ διάλεκτον. ἔοικε γὰρ, ὅτι καὶ ἡ φωνὴ ταῦτα ἔχει. πολλὰ δὲ τῶν ζώων οὐκ ἔχουσι φωνὴν οἷον τά, τε ἄναιμα, καὶ τῶν ἐναίμων οἱ ἰχθύες. καὶ τοῦτ' εὐλόγως, εἴπερ ἀέρος κίνησίς ἐστιν ὁ ψόφος. ἀλλ' οἱ λεγόμενοι φωνεῖν οἷον ἐν τῷ ἀχελῴῳ ἰχθύες, ψοφοῦσι ταῖς βραγχίοις, ἢ τινι ἑτέρῳ τοιούτῳ.

*Atque de ſono quidem determinatum ſit hactenus. Vox autem ſonus quidam eſt animantis: nihil enim inanimatorum uocem habet, ſed ſimilitudine quadam dicuntur uocem emittere: ut tibia, lyra, cæteraque inanimata,*

*mata, quæcunque extenſionem, concentum & locutionem habent. Horum enim ſoni ſimiles eſſe uoci uidentur, quia uox & hæc eadem habet atque complura ſunt animalium, quæ non eliciunt uocem, ut ea quæ ſanguinis expertia ſunt; & eorum quæ ſanguinem habent, piſces. atque id non abſque ratione, ſiquidem ſonus motio quædam aeris eſt. Sed qui uocem dicuntur emittere, ut Acheloi fluuij piſces, ij branchijs ſane ſoniant, uel aliqua ſimili parte.*

### Explanatio.

Dictum eſt quid ſit ſonus, quamobrẽ ſit, & qualis ſit. Quid ſit, id eſt quid ſignificet: nam ſignificat ſonum actu & poteſtate. Et quid ſit, nam eſt motus aeris. Quamobrem ſit, quia efficiunt ſonum corpus durum, leue, concauum, percutiens & percuſſum, aer, motus, & ictus. Qualis ſit, declarauit proprietatem illius, quæ eſt Echo, hoc autem nil eſt aliud quã ſonus iteratus. Inſuper & differentias ſani acuti, & obtuſi. Sed quia ſanus eſt materia & rudimentum vocis, ideo de uoce eſt diſſerendum. Differt autẽ uox à ſono, quia uox eſt motus aeris corporum animatorum, ſonus uerò inanimum & animatorum. vox enim eſt ſònus formatus & articulatus in corporibus animatis. Sed per metaphoram inanime corpus dicitur vocale, vt lyra & tibia. ζωῆς. id eſt ſoni talium inanimium uidentur ſimiles uoci quæ habet hæc tria. πολλαχῇ. Et ſi uox eſt ſonus animalis, non eſt tamen vniuſcuiuſque animalis, quædam enim carent uoce, ut omnia exanguia. pariter & quædam ſanguine prædita, vt piſces ſunt muti, quia non reſpirant. Vox enim formatur ex reſpiratione, id eſt efflatione ſpiritus per aſperam arteriam. Sed uox & ſonus eſt motus aeris. Itaque nec piſces Acheloi fluuij vocem edunt, carent enim inſtrumento vocis, ſed ſonum, quoniam branchijs aquam diuerberant, allidentes ad aerem circumfuſum. Cicadæ reſonant membranæ motu, & grilli quodam folliculo quem geſtant in cauda.

### Particula LXXXVII.

φωνὴ δ' ἐστὶ ζώου ψόφος, καὶ οὐ τῷ τυχόντι μορίῳ. ἀλλ' ἐπεὶ πᾶν ψοφεῖ τύπτοντός τινος καὶ τινὰ καὶ ἔν τινι. τοῦτο δ' ἐστὶν ἀήρ, εὐλόγως ἂν φωνοίη ταῦτα μόνα, ὅσα δέχεται τὸν ἀέρα. ἤδη γὰρ τῷ ἀναπνεομένῳ καταχρῆται ἡ φύσις ἐπὶ δύο ἔργα, καθάπερ τῇ γλώττῃ ἐπί τε τὴν γεῦσιν καὶ τὴν διάλεκτον. ὧν ἡ μὲν γεῦσις ἀναγκαῖον. διὸ καὶ πλείοσιν ὑπάρχει. ἡ δ' ἑρμηνεία ἕνεκεν τοῦ εὖ. οὕτω καὶ τῷ πνεύματι πρός τε τὴν θερμότητα τὴν ἐντός. ὡς ἀναγκαῖον. τὸ δ' αἴτιον, ἐν ἑτέροις εἰρήσεται. καὶ πρὸς τὴν φωνήν, ὅπως ὑπάρχῃ τὸ εὖ.

***Vox autem & ſonus eſt animalis, & non quauis efficitur ſine diſcrimine parte, ſed cum aliquo percutiente aliquid, & in aliquo, quod quidem eſt aer, ſonus effici ſoleat, iure profectò uocem animalium ea ſolum habebunt, quæ ſuſcipiunt aerem. Iam enim ipſa natura ut ad guſtum & locutionẽ utitur lingua, quorum guſtus quidem neceſſarium eſt, quapropter pluribus ineſt, interpretatio uerò eſt gratia boni: ſic & aere qui reſpiratione trahitur, ad duas utitur operationes, ad internum inquam diſponendum calorem, quod quidem eſt neceſſarium, & cauſam in alijs explicabimus, & ad uocem etiam conficiendam, ob bonum.***

### Explanatio.

Vox eſt quidam ſonus animalis. Animalis quidem, quia inanimia non ſunt uocalia, ſed ſonus fit ex percutiente, & eo quod percutitur, & in quo percutitur. Ergo ad formationem uocis concurret materia, inſtrumentum & efficiens. Materia eſt aer expiratus. ἤδη γὰρ τῷ. Inſtrumentum eſt pulmo, & guttur. Natura enim utitur & abutitur inſtrumento ad duo opera. Quorum alterum eſt neceſſarium, vt primo Polit. declarat Ariſtot. alterum eſt vtile. Lingua eſt inſtrumentum guſtatus neceſſariũ, & locutionis utile, quia animal poteſt eſſe ſine locutione, ſine guſtatu nequit, qui eſt quidam tactus. Simili ratione vtitur pulmone ad refrigerãdum & per aerem inſpiratum, & utitur ad excutiendas halituoſas fuligines per aerem expiratum, ex qua expiratione formatur uox. ergo pulmo eſt neceſſarius ad expirationem, utilis ad uocis conformationem.

### Particula LXXXVIII.

ὄργανον δὲ τῇ ἀναπνοῇ, ὁ φάρυγξ. οὗ δ' ἕνεκα καὶ τὸ μόριόν ἐστι τοῦτο πνεύμων. τούτῳ γὰρ τῷ μορίῳ πλεῖστον ἔχει τὸ θερμὸν τὰ πεζὰ τῶν ἄλλων. δεῖται δὲ τῆς ἀναπνοῆς, καὶ ὁ περὶ τὴν καρδίαν τόπος πρῶτος. διὸ ἀναγκαῖον εἴσω ἀναπνεομένου, εἰσιέναι τὸν ἀέρα.

***Inſtrumentum autem reſpirandi fauces ſunt, pulmoq́; id eſt gratia cuius eſt iſta pars. Nam ea quæ gradiuntur hac in parte plus habent caloris, quàm cætera. Is præterea locus qui circa cor eſt primus reſpiratione nimirum indiget, idcirco neceſſarium eſt aerem ingredi reſpiratione attractum.***

### Explanatio.

Peroratio hæc eſt.

### Particula LXXXIX.

ὥστε ἡ πληγὴ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος, ὑπὸ τῆς ἐν τούτοις τοῖς μορίοις ψυχῆς πρὸς τὴν καλουμένην ἀρτηρίαν φωνή ἐστιν. οὐ γὰρ πᾶς ζώου ψόφος φωνή, καθάπερ εἴπομεν. ἔστι γὰρ καὶ τῇ γλώττῃ ψοφεῖν, ὥσπερ οἱ βήττοντες. ἀλλὰ δεῖ ἔμψυχόν τε εἶναι τὸ τύπτον, καὶ μετὰ φαντασίας τινός. σημαντικὸς γάρ τις ψόφος ἐστὶν ἡ φωνή. καὶ οὐ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος, ὥσπερ ἡ βήξ. ἀλλὰ τούτῳ τύπτει τὸν ἐν τῇ ἀρτηρίᾳ πρὸς αὐτήν. σημεῖον δέ, τὸ δύνασθαι φωνεῖν ἀναπνέοντα, μηδ' ἐκπνέοντα, ἀλλὰ κατέχοντα. κινεῖ γὰρ τούτῳ ὁ κατέχων.

***Quare uox eſt ictus aeris reſpiratione attracti, qui quidem ab anima fit ea quæ his in partibus collocatur, ad eam partem quæ gurgulio appellatur. Non enim omnis quiuis animalis ſonus uox eſt, uti diximus (fit enim ut & lingua ſonus efficiatur, & etiam ut tuſſientes efficiunt) ſed oportet & animatum ſit id quod uerberat,***

*betat, & aliqua cum imaginatione. Vox enim ſonus quidam eſt ſignificatiuus, & non aeris eius qui reſpiratione trahitur, uti tuſsis. Sed hoc ferit aerem eum, qui eſt in gurgulione ad ipſum. Signum autem eſt, non poſſe quenquam edere uocem ſpirantem aut reſpirantem, ſed aerem retinentem. Detinens enim aerem, hoc ipſo niminum mouet.*

Explanatio.

Cauſa efficiens eſt anima ſiue phantaſia. Nam pro imperio voluntatis continemus ſpiritū & vocem modulamur allidentes ad aſperam arteriam lęuem & concauam & duram, & pro modo ſubſtantiæ inſtrumenti redditur vox rauca aut canora. Sed perfectam formam uox accipit in lingua, quia ſonum rudem efformat & dearticulat. Quòd phantaſia ſit cauſa efficiens, argumento eſt nobis tuſsis, quia citra phantaſiam aer expiratus non format vocem. Quòd neceſſaria illa ſint inſtrumenta, oſtendunt nobis animalia, quæ ideo ſunt muta, quia carent aſpera arteria, & pulmonibus, atque minime reſpirant, vt piſces. De fine non meminit, quia eſt euidentiſsimum datā eſſe uocem hominibus & animalibus, vt animi ſenſa inuicem cōmunicent. Itaq; uox eſt alliſio aeris expirati ad aſperā arteriam opera animæ & phantaſiæ. σημαντικός. Edit uocem ut ſignificet id quod cogitatione concepit, aut animi affectus. ἡ βήξ. Quia fit ſine imaginatione, ideo non eſt vox ſed ſonus.

Particula XC.

φανερὸν γὰρ, καὶ διότι οἱ ἰχθύες ἄφωνοι. οὐ γὰρ ἔχουσι φάρυγγα. τοῦτο δὲ τὸ μόριον οὐκ ἔχουσιν, ὅτι οὐ δέχονται τὸν ἀέρα, οὐδ᾽ ἀναπνέουσιν. ἀλλ᾽ οἱ λέγοντες ὅτι φωνοῦσιν οἱ ἰχθύες, διαμαρτάνουσιν. δι᾽ ἣν μὲν οὖν αἰτίαν, ἕτερός ἐστι λόγος.

*Patet autem & quam ob cauſam piſces uocem non fundunt, fauces enim non habent, at hanc partem non habent, quia non ſuſcipiunt aerem, neque reſpirant, ſed qui ita dicunt, uehementer aberrant. Quam autem ob cauſam, alius ſermo eſt.*

Particula XCI.

περὶ δὲ ὀσμῆς καὶ ὀσφραντοῦ, ἧττον εὐδιόριστόν ἐστι τῶν εἰρημένων. οὐ γὰρ δῆλον, ποῖόν τί ἐστιν ὀσμή, οὕτως ὡς ὁ ψόφος, ἢ τὸ φῶς ἢ τὸ χρῶμα. αἴτιον δ᾽ ὅτι τὴν αἴσθησιν ταύτην οὐκ ἔχομεν ἀκριβῆ, ἀλλὰ χείρω πολλῶν ζώων. φαύλως γὰρ ἄνθρωπος ὀσμᾶται, καὶ οὐθενὸς ὀσφραίνεται τῶν ὀσφραντῶν, ἄνευ τοῦ λυπηροῦ ἢ τοῦ ἡδέος, ὡς οὐκ ὄντος ἀκριβοῦς τοῦ αἰσθητηρίου.

*De odore uerò et odorabili non æque bene, atque de hiſce quæ dicta ſunt diſcernere determinareque poſſumus; non enim ſic patet quale quid ſit odor, ut ſonus, uel lumen, uel color. Cuius cauſa eſt, nos non habere hunc ſenſum exactum, ſed inferiorem complurium animalium ſenſu: remiſſè nanque homo olfacit & nihil odorabilium percipit abſque dolore uel uoluptate, propterea quòd ſenſus inſtrumentum huiuſce non eſt exactum atque perfectum.*

Explanatio.

Poſtquam dictum eſt de viſu & auditu, ordo excellentioris ſenſus poſtulat vt dicatur de odoratu. Sequitur enim ordinem dignitatis Ariſtot. ſed odoratus eſt cognitu difficilior quàm viſus & auditus, quia ſenſum cognoſcimus per ſuum ſenſile nobis notius, ſed differentias odoris obſcurius dignoſcimus quàm ſonum, lumen & colorem, ſiquidem odoratus hominis ſit deterior quàm aliorum animalium, ut canibus vultures, tigris. Deteriorem intelligo, quia ægre moueatur à proprio ſenſili. Nō enim mouetur, niſi excellens odor inferat aut dolorem aut voluptatem ſenſorio. Alia animalia ſentiunt citra dolorem & voluptatem, vt canis veſtigia leporis, aut domini ſentit, homo non ſentit, quia habet opus excellētiori ſenſili. ὄζειν οὐ θεωροῦμεν. Quia nullū ſenſile ſentitur niſi proprio medio. φαύλως γὰρ. Quia homo pro corporis mole, maius habet cerebrum quam reliqua animalia, frigidius & humidius. Sed odor eſt halitus calidus & ſiccus, & ideo difficilius immutatur, quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.

Particula XCII.

εὔλογον δ᾽ οὕτω καὶ τὰ σκληρόφθαλμα τῶν χρωμάτων αἰσθάνεσθαι, καὶ μὴ διαδήλους αὐτοῖς εἶναι τὰς διαφορὰς τῶν χρωμάτων, πλὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἀφόβῳ. οὕτω δὲ καὶ περὶ τὰς ὀσμὰς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. ἔοικε γὰρ ἀνάλογον ἔχειν πρὸς τὴν γεῦσιν, καὶ ὁμοίως τὰ εἴδη τῶν χυμῶν, τοῖς τῆς ὀσμῆς.

*Atque conſentaneum eſt rationi tam animalium ea que duros oculos habent ſic ſentire colores, ut non eorum percipiant differentias niſi terrore contrarioque ipſius quàm hominum genus odores. Similem autem rationem ſubire uidentur odoratus ad guſtum, & odoris ſpecies ad ſpecies ipſas ſaporum.*

Explanatio.

Vt animalia quę habent oculos præduros nō cernunt colores niſi excellentes & deterrentes, aut ualdè remiſſos, quia ſenſorium non eſt bene affectum: ſic homo difficile ſentit odores, propter affectionē ſenſorij. ἔοικε γὰρ. Quòd odoratus ſit deterior hominis, id argumento eſt, quòd differentiis odorum tantum imponit nomina tranſlata à differentiis ſaporum.

Particula XCIII.

ἀλλ᾽ ἀκριβεστέραν ἔχομεν τὴν γεῦσιν, διὰ τὸ αὐτὴν εἶναι ἁφήν τινα. ταύτην δὲ ἔχειν τὴν αἴσθησιν τὸν ἄνθρωπον, ἀκριβεστάτην. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις, λείπεται πολλῶν τῶν ζώων, κατὰ δὲ τὴν ἁφὴν, πολλῷ τῶν ἄλλων διαφερόντως ἀκριβοῖ. διὸ καὶ φρονιμώτατόν ἐστι τῶν ζώων. σημεῖον δὲ, τὸ καὶ ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων παρὰ τὸ αἰσθητήριον τοῦτο, εἶναι εὐφυεῖς καὶ ἀφυεῖς· παρὰ δ᾽ ἄλλο δὲ μηδέν. οἱ μὲν γὰρ σκληρόσαρκοι, ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν. οἱ δὲ μαλακόσαρκοι, εὐφυεῖς. *Verùm*

*Verùm exactiorem guſtum habemus quàm odoratū, ex eo quia guſtus tactus eſt quidam, quem quidem ſenſum homo habet exactiſsimum. In cæteris namque ſenſibus uehementer à cæteris animalibus ſuperatur: at tactu longe cæteris omnibus excellētius percipit. Quapropter & prudentiſsimum eſt animalium. Indicium autem eſt in hominum genere ob hoc inſtrumentum ſenſus ingenioſos eſſe hebetes ue, & non ob aliud quicquam. Qui namque ſunt duri carne, ij ſunt inepti mente: qui uerò ſunt molles carne, ij ſunt ingenioſi menteq́; dextri.*

Explanatio.

Siquidem habeat guſtatum exquiſitiorem & perfectiorem, cuius opera iudicat certius differentias ſaporum. Non enim habet tactum perfectiorem cęteris animalibus. ideo habet quoq; guſtatum meliorem, quia guſtatus eſt quidam tactus. Quòd autem tactum habeat perfectiſsimum, argumentatio nobis eſt ingenium humanum, quia ingenio cęteris animantibus præſtat. Datus autem eſt tactus perfectior, quia habet temperaturam carnis perfectiſſimam. perfectionem oſtendit mollities carnis. perinde ingenio ualent, qui carnem habent mollem, quoniam ſpiritus promptius inſeruiunt temperaturæ ſiue formæ, à qua actiones ſenſuum dependent. In fœminis non eſt carnis mollities, ſed laxitas. At quærat quis, an ſenſuum opera perfectiora ſint in homine quàm in brutis. Reſpond. collectim eſſe perfectiora in homine, diuiſim in brutis. aquila. n. viſu ſuperat, vultur odoratu, aper auditu, aranea tactu. Sed homo ſenſuum collectorum opere nulli bruto cedit. Prætereà aranea non eſt excellentioris tactus. neque enim muſcam ſentit propter excellentiam ſenſorij, ſed propter motum telæ citatum à muſca.

Particula XCIIII.

ἔστι δ' ὥσπερ χυμὸς, ὁ μὲν, γλυκύς. ὁ δὲ πικρὸς, οὕτω καὶ ὀσμαί. ἀλλὰ τὰ μὲν ἔχουσι τὴν ἀνάλογον ὀσμὴν καὶ χυμόν. λέγω δὲ, οἷον γλυκεῖαν ὀσμὴν καὶ γλυκὺν χυμόν. τὰ δὲ τοὐναντίον, ὁμοίως δὲ καὶ δριμεῖα καὶ αὐστηρά. ἡ ὀξεῖα καὶ λιπαρὰ, ἐστὶν ὀσμή. ἀλλ' ὥσπερ εἴπομεν, διὰ τὸ μὴ σφόδρα διαδήλους εἶναι τὰς ὀσμὰς, ὥσπερ τοὺς χυμοὺς, ἀπὸ τούτων εἴληφε τὰ ὀνόματα καθ' ὁμοιότητα τῶν πραγμάτων. ἡ μὲν γὰρ γλυκεῖα, ἀπὸ τοῦ κρόκου καὶ τοῦ μέλιτος. ἡ δὲ δριμεῖα, ἀπὸ τοῦ θύμου καὶ τῶν τοιούτων. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

*Vt autem ſaporum alius dulcis, alius eſt amarus: ſic & odorum quoſdam dulces, quoſdam appellamus amaros. Verùm quædam odorem habent, ſaporemq́ue ſimilis rationis, dulcem inquam ſaporem, dulcemque odorem: quædam contrà. Similiter & acer eſt & acerbus odor, & acutus & pinguis. Nam quia odores non ſunt, uti diximus, manifeſti perinde atque ſapores, ideo nomina odorum deducta ſunt à ſaporibus per ſimilitudinē rerum. Alius enim eſt dulcis, ut croci melliſque: alius acer, ut thymi, ac huiuſmodi rerum. Idem & in cæteris modus ſeruatur.*

Explanatio.

Dixit differentias odorum reſpondere differētiis ſaporum. Et ideo declarat referendo nomina ſaporum, quæ quidem imponit differentiis odorum. Sapor enim aut eſt amarus, aut dulcis, aut acris, aut accidus, aut acerbus, aut auſterus, aut pinguis. Hęc nomina transferuntur ad differentias odorum.

τὰ ἢ τοὐναντίον. Odor non reſpondet proportione ſapori in eodem corpore, quia poteſt eſſe ſapor ſuauis, & odor inſuauis, ut in piſce ſalſo: aut poteſt eſſe odor ſuauis, at ſapor inſuauis, vt in Xyloaloe vel Rhabarbaro. Id autem fit, aut quia diſſoluitur proportio humidi aquei cum ſicco terreno, ex qua oritur ſapor, aut ſicci cum humido aereo, quo nititur odor. Et ideo odor nunquam ſeiungitur à ſapore.

Particula XCV.

ἔτι δ' ὥσπερ ἀκοὴ, καὶ ἑκάστη τῶν αἰσθήσεων. ἡ μὲν τοῦ ἀκουστοῦ καὶ ἀνηκούστου. ἡ δὲ, τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου. καὶ ἡ ὄσφρησις, τοῦ ὀσφραντοῦ καὶ ἀνοσφράντου. ἀνόσφραντον δὲ, τὸ μὲν παντελῶς ἔχειν ἀδύνατον ὀσμὴν, τὸ δὲ, μικρὰν ἔχον καὶ φαύλην. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γευστὸν καὶ τὸ ἄγευστον λέγεται.

*Atqui ſicut auditus eſt audibilis & inaudibilis, & uiſus uiſibilis atque inuiſibilis, & quiſque ſimiliter ſenſuum: ſic & odoratus eſt odorabilis atque inodorabilis. Inodorabile autem multipliciter dicitur. nam & id quod omnino caret odore, neq; unquam odorem habere poteſt, & id quod exiguum habet, et id etiam quod malum tetrumq́ue habet odorem, hoc appellari ſolet nomine. Similiter & ipſum inguſtabile dicitur.*

Explanatio.

Pergit Ariſto. oſtendere analogiam inter odoratum & guſtatum, quia res cognitu difficilis cognoſcitur aut per analogiam, vt materia prima, aut per negationem, vt Deus. Senſus omnis eſt oppoſitorum, id eſt ſenſus percipit ſenſibile proprium per ſe, & eius priuationem ex accidenti. Vt enim auditus ſentit audibile & inaudibile, viſus viſibile & inuiſibile, odoratus olfactile & inolfactile, ſic guſtatus ſentit guſtatile & inguſtatile. ἀνόσφραντον. Prętereà vt omne ſenſile per priuationem tribus concipitur modis, ſic inolfactile & inguſtatile. Nā inolfactile eſt aut quod odore prorſus caret, aut efflat exiguum odorem, aut graue olens.

Particula XCVI.

ἔστι δὲ καὶ ἡ ὄσφρησις διὰ τοῦ μεταξύ. οἷον ἀέρος, ἢ ὕδατος. καὶ γὰρ τὰ ἔνυδρα δοκοῦσιν ὀσμῆς αἰσθάνεσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἔναιμα καὶ τὰ ἄναιμα, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῷ ἀέρι. καὶ γὰρ τούτων ἔνια, πόῤῥωθεν ἀπαντᾷ πρὸς τὴν τροφὴν ὑποσμα γινόμενα.

*Fit autem olfactus etiam per medium, ut aerem aut aquam. Etenim animalium ea quæ in aquis degunt, ui-*

*dentur odorem ſentire, tam habentia quàm non habentia ſanguinem, ſicut & ea quæ uerſantur in aere. Horum namque nonnulla odorem alimenti percipiunt eminus, perguntque ad ipſum.*

Explanatio.

Cognito proprio odoratus obiecto per analogiam, explicat actionem odoratus, id eſt odorationem. Fit igitur odoratio, id eſt ſentitur odor per medium aerem vel aquam. Hoc inde patet, quia animalia exanguia atque prædita ſanguine partim aquatilia partim terreſtria odorem præſentem ſentiunt, & comminus, & ex his quædam ſentiunt eminus. Odoris enim ſpecies recipitur in medio, quemadmodum coloris ſpecies quæ funditur uſque ad ſenſorium proprium. Nam odor eſt alitus calidus & ſiccus, id eſt vapor fumidus, qui ſuam ſpeciem imprimit in medio, quæ poteſt fundi per longiſsimum interuallum. Argumentatio ſunt vultures, qui in bello Peloponneſiaco cadauera ſenſerunt plurimis ſtadiis à ſe diſiuncta & inhumata. Non fit veriſimile vapores delatos fuiſſe vſque ad vultures, etiã ſi vniuerſa cadauera reſoluta fuiſſent in halitus.

Particula XCVII.

διὸ καὶ ἄπορον φαίνεται, εἰ πάντα μὲν ὁμοίως ὀσμᾶται, ὁ δ' ἄνθρωπος ἀναπνέων μὲν, μὴ ἀναπνέων δὲ, ἀλλ' ἐκπνέων ἢ κατέχων τὸ πνεῦμα, οὐκ ὀσμᾶται. οὔτε πόρρωθεν, οὔτ' ἐγγύθεν. οὐδ' ἂν ἐπὶ τοῦ μυκτῆρος ἐντὸς τεθῇ. καὶ τὸ μὲν ἐπ' αὐτῷ τιθέμενον τῷ αἰσθητηρίῳ, ἀναίσθητον εἶναι κοινὸν πάντων. ἀλλὰ τὸ ἄνευ τοῦ ἀναπνεῖν μὴ αἰσθάνεσθαι, ἴδιον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων.

*Quocirca dubitationem is locus habere uidetur, ſi cuncta quidem ſimiliter olfaciunt, homo uerò reſpirãs, non reſpirans autem, ſed ſpirans aut dormiens ſpiritum non olfacit, neque eminus, neque cominus, neq; ſi in ipſis naribus intus rem olentem poſuerimus. Atque ſenſum quidem non fieri, ſi in inſtrumentum ſenſus res ipſa ſenſu percipienda ponatur, commune omnibus eſt: ſed non ſentire ſine reſpiratione, proprium huiuſmodi eſſe uidentur. quod quidem experientia late patet.*

Explanatio.

Odor ſentitur per aerem medium. Et ideo dubitabile eſt, an omnia animalia ſentiant odorem, cum non omnia reſpirent. Odor namque ſentitur per aerem inſpiratum, & uehiculum eſt odoris, id eſt vehit ſpeciem uſque ad ſenſorium odoratus.

Particula XCVIII.

δῆλον δὲ πειρωμένοις, ὥστε τὰ ἄναιμα ἐπειδὴ οὐκ ἀναπνέουσιν, ἑτέραν ἄν τινα αἴσθησιν ἔχοι παρὰ τὰς λεγομένας. ἀλλὰ ἀδύνατον, εἴπερ τῆς ὀσμῆς αἰσθάνεται. ἡ γὰρ τοῦ ὀσφραντοῦ αἴσθησις, καὶ δυσώδους καὶ εὐώδους ὄσφρησίς ἐστιν. ἔτι δὲ καὶ φθειρόμενα φαίνεται ὑπὸ τῶν ἰσχυρῶν ὀσμῶν, ὑφ' ὧν περ ἄνθρωπος. οἷον ἀσφάλτου καὶ θείου καὶ τῶν τοιούτων. ὀσφραίνεσθαι μὲν οὖν ἀναγκαῖον ἀλλ' οὐκ ἀναπνέοντα.

*Quare ea quæ ſanguinis experiia ſunt cùm non reſpirent, ſenſum quendam præter eos ſenſus qui dicuntur alium habent. At id eſſe non poteſt, quippe cum odorem percipiant. Senſus enim rei tam male quàm bene olentis, olfactus ſine controuerſia eſt. Præterea a uehementibus & ipſa corrumpi uidentur odoribus, à quibus & homo corrumpitur, ut bituminis, ſulphuris, & ſimilium. Neceſſe eſt igitur ipſa olfacere, non reſpirantia tamen.*

Explanatio.

Si odorem ſentiunt, alio quàm quinto ſenſu ſentiunt, ut animalia exanguia. Sed alio ſenſu quàm odoratu non ſentiunt odorem, quia ſenſile proprium eſt vnus ſenſus proprium, præterea nullius. ſed odor eſt ſenſile proprium odoratus. ergo non alio ſenſu odorem percipiunt. ἔτι δὲ καὶ. Odorem ſentiunt, quia à graui odore intereunt ſimiliter atq; homines. ſed homines intereunt, quia fœtor corrũpit odoratum. ergo iſthæc animalia ſentiunt odorem, quamuis non reſpirent.

Particula XCIX.

ἔοικε δὲ τοῖς ἀνθρώποις διαφέρειν τὸ αἰσθητήριον τοῦτο, πρὸς τὰ τῶν ἄλλων ζῴων. ὥσπερ τὰ ὄμματα πρὸς τὰ τῶν σκληροφθάλμων. τὰ μὲν γὰρ ἔχει φράγμα καὶ ὥσπερ ἔλυτρον, τὰ βλέφαρα. ἃ μὴ κινήσας μηδ' ἀνασπάσας, οὐχ ὁρᾷ. τὰ δὲ σκληρόφθαλμα, οὐδὲν ἔχει τοιοῦτον. ἀλλ' εὐθὺς ὁρᾷ τὰ γινόμενα, ἐν τῷ διαφανεῖ. οὕτως οὖν καὶ τὸ ὀσφραντικὸν αἰσθητήριον, τοῖς μὲν, ἀκαλυφὲς εἶναι ὥσπερ τὸ ὄμμα. τοῖς δὲ, τὸν ἀέρα δεχομένοις ἔχειν ἐπικάλυμμα ὃ ἀναπνεόντων, ἀποκαλύπτεσθαι, διευρυνομένων τῶν φλεβίων καὶ τῶν πόρων. καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἀναπνέοντα οὐκ ὀσμᾶται ἐν τῷ ὑγρῷ. ἀναγκαῖον γὰρ ὀσφρανθῆναι ἀναπνεύσαντα. τοῦτο δὲ ποιεῖν ἐν τῷ ὑγρῷ ἀδύνατον. ἔστι δ' ἡ ὀσμὴ τοῦ ξηροῦ, ὥσπερ ὁ χυμὸς τοῦ ὑγροῦ. τὸ δὲ ὀσφραντικὸν αἰσθητήριον, δυνάμει τοιοῦτον.

*Atque huius inſtrumentum ſenſus in homine perinde uidetur ab inſtrumento differre talium animãtium, atq; oculi differunt ab eorum oculis animalium quæ duros oculos habent. Nam animalium ea quæ molles oculos habent, palpebras ipſas uti ſepem & tegmen habent, quas niſi mouerint ac aperuerint non uident, ut latè patet. At ea quæ durorum ſunt oculorum, nihil habent profectò tale, ſed illico res eas uident quæ in perſpicuo ſunt. Sic igitur & inſtrumentum olfactus in hiſce quidem quæ non reſpirant uel animo caret, perinde atque oculus durus, ut diximus: in his autem quæ ſuſcipiunt aerem habet uelamen, quod cum reſpirant aperitur, uenis meatibus ue diſtentis. Et idcirco quæ reſpirant non olfaciunt in aqua. Neceſſe enim eſt olfaciant reſpirando. at in aqua id facere nequeunt. Eſt autem odor ſicci, ſicut humidi ſapor. Ipſum uerò inſtrumentum olfactus eſt poteniat tale.*

Explanatio.

Reſpondet Ariſt. animalia quę non reſpirant ſentire odorem quidem eodem ſenſorio quo ſentit homo, ſed ſenſorium differt, quoniam in illis eſt expo-

ſitum

ſuum ſuo ſenſili, & ideo non opus habent inſpirato aere ad ſenſorium, quemadmodum animalia quę habent oculos præduros ut cernant non habent opus diductione genarum. ἐπεὶ δ' ἡ ὀσμή. Definitione oſtendit naturam odoris. Odor eſt paſsio ſicci, & ſapor humidi. Materia quidem eſt communis, nimirum ſiccum mixtum cum humido, ſed in materia odoris excellit ſiccum, in materia ſaporis humidum. Cauſa ergo prima odoris eſt ſiccum, ſecunda eſt humidum: prima ſaporis eſt humidum, ſecunda eſt ſiccum. ut in roſa apparet. τὸ δὲ ὀσφραντικόν. Et ideo ſenſorium odoratus eſt ſicci temperamenti, quia patiens eſt poteſtate tale, quale eſt agens. Sed agens eſt odor. ergo temperatura odoratus eſt ſicca, quia odor nititur ſicco.

## Particula C.

τὸ δὲ γευστόν, ἐστιν ἁπτόν τι. καὶ τοῦτ' αἴτιον τοῦ μὴ εἶναι αἰσθητὸν, διὰ τοῦ μεταξὺ ἀλλοτρίου ὄντος σώματος. οὐδὲ γὰρ ἡ ἁφή. καὶ τὸ σῶμα δὲ, ἐν ᾧ ὁ χυμὸς, τὸ γευστὸν ἐν ὑγρῷ ὡς ὕλῃ, τοῦτο δ' ἁπτόν τι. διὸ καὶ εἰ ἐν ὕδατι ἦμεν ᾐσθανόμεθα ἂν ἐκβληθέντος τοῦ γλυκέος. οὐκ ἦν δ' ἂν ἡ αἴσθησις ἡμῖν, διὰ τοῦ μεταξὺ, ἀλλὰ τῷ μιχθῆναι τῷ ὑγρῷ. καθάπερ ἐπὶ τοῦ ποτοῦ.

*Guſtabile autem eſt quoddam tangibile. Atq; hæc eſt cauſa, ut ipſum non ſit ſenſibile per mediũ corpus externum: neque enim tactus tali medio percipit. Enimuero corpus etiam id; in quo tanquam in materia eſt ipſe ſapor, qui guſtu percipitur, humidum eſt, quod eſt tangibile quoddam. Quapropter ſi etiam eſſemus in aqua dulce ſanè ſentiremus in ipſa poſitum, & non ſenſus illius nobis per aquam tanquam per medium eſſet, ſed quia permixtum illud eſſet cum humido, quemadmodum in potione fieri ſolet.*

### Explanatio.

Medium per quod ſentitur obiectum proprium aut eſt internum, vt caro uel cutis, quia eſt pars animalis, aut eſt externum, id eſt ſeiunctum ab animali, qualis aer & aqua. Sed viſus, auditus & odoratus percipit ſuum ſenſile per mediũ externum, quod accipit ſpeciem & conuehit ad ſuum ſenſorium. Tactus verò ſentit qualitates tactiles per medium internum. ergo & guſtatus ſentiet per medium internum, quia guſtatus eſt quidam tactus. Nam qualitas tactilis, vt humidum, eſt cauſa cur ſentiat guſtus ſaporem: ſiquidem ſapor nititur humido ueluti materia propria.

## Particula CI.

τὸ δὲ, χρῶμα, οὐχ οὕτως ὁρᾶται τῷ μίγνυσθαι, οὐδὲ ταῖς ἀπορροίαις. ὡς μὲν οὖν τὸ μεταξὺ, οὐδέν ἐστιν. ὡς δὲ χρῶμα τὸ ὁρατόν. οὕτω τὸ γευστὸν ὁ χυμός. οὐδὲν δὲ ποιεῖ αἴσθησιν χυμοῦ, ἄνευ ὑγρότητος. ἀλλ' ἔχει ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει ὑγρότητα. οἷον τὸ ἁλμυρόν. εὔτηκτόν τε γὰρ αὐτὸ καὶ συντηκτικὸν γλώσσης.

*Color autem non hoc uidetur quod miſcetur, neque deſluxibus. Non igitur ut eſt ibi, ſic & hic eſſe de medio dicere poſſumus, nullum enim externum eſt medium, ut diximus. Vt autem uiſibile eſt color, ſic eſt guſtabile ſapor. Atque nihil abſque humiditate ſaporis efficit ſenſum, ſed omne quod ipſius efficit ſenſum, humiditatem aut actu aut potentia nimirum habet, ut ſalſum, etenim ipſum quoque liqueſcere poteſt facile, et linguam ut patet cũ liqueſcit humidiorem efficere põt.*

### Explanatio.

Guſtatus conuenit cum viſu & cęteris ſenſibus, non de medio, ſed de obiecto. vt enim color mouet viſum, ita ſapor guſtatum. ἀπορροίαις. Refutat opinionem Democriti, qui opinatur colores cerni per defluuium corpuſculorum à re colorata oculo incurſantium. οὐδὲν δὲ ποιεῖ. Guſtatile aut re ipſa, id eſt actu, aut poteſtate. Actu, vt vinum: poteſtate vt ſal, oportet enim liqueſcere & fieri humidum prius quàm ſentiatur. Et ideo ſapor non ſentitur, niſi materia quæ poteſtate humida eſt fiat actu humida. In materia ſicca ſentitur ſapor, quia opera lingue humeſcit.

## Particula CII.

ὥσπερ δὲ καὶ ἡ ὄψις ἐστὶ τοῦ, τε ὁρατοῦ, καὶ τοῦ ἀοράτου. τὸ γὰρ σκότος, ἀόρατον. κρίνει δὲ καὶ τοῦτο ἡ ὄψις. ἔτι τοῦ λίαν λαμπροῦ. καὶ γὰρ τοῦτο ἀόρατον. ἄλλον δὲ τρόπον τοῦ σκότους. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀκοὴ ψόφου τε καὶ σιγῆς. ὧν τὸ μὲν, ἀκουστόν. τὸ δ', οὐκ ἀκουστόν, καὶ μεγάλου ψόφου καθάπερ ἡ ὄψις τοῦ λαμπροῦ. ὥσπερ γὰρ ὁ μικρὸς ψόφος ἀνήκουστος τρόπον τινὰ, καὶ ὁ μέγας τε καὶ ὁ βίαιος. ἀόρατον δὲ, τὸ μὲν, ὅλως λέγεται, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ ἀδύνατον. τὸ δ', ἐὰν πεφυκὸς μὴ ἔχῃ ἢ φαύλως. ὥσπερ τὸ ἄπουν καὶ τὸ ἀπύρηνον, οὕτω δὴ καὶ ἡ γεῦσις τοῦ γευστοῦ τε καὶ ἀγεύστου. τοῦτο δὲ τὸ μικρὸν ἢ φαῦλον ἔχον χυμὸν, ἢ φθαρτικὸν τῆς γεύσεως. δοκεῖ δ' εἶναι ἀρχὴ, τὸ ποτὸν καὶ ἄποτον. γεῦσις γάρ τις ἀμφότερα. ἀλλὰ τὸ μὲν, φαύλη καὶ φθαρτικὴ τῆς γεύσεως. τὸ δὲ, κατὰ φύσιν. ἔστι δὲ κοινὸν ἁφῆς καὶ γεύσεως, τὸ ποτόν.

*At uerò ſicut uiſus eſt uiſibilis, & inuiſibilis (& tenebræ nanque ſunt inuiſibiles, quas etiam uiſus diſcernit) & eius quod ualde ſplendidũ eſt (& hoc enim uiſibile dicitur quapropter non eodem ſed alio modo quã tenebre) ſicut igitur uiſus uiſibilis & inuiſibilis eſt & auditus ſimiliter ſoni ſilentijque, quorum alterum audibile alterum inaudibile eſt, & etiam ſoni magni atque perinde ſplendidi uiſus (nã ut paruus ſonus modo quodã inaudibilis eſt, ſic etiam & magnus ac uiolentus. Indiuiſibile uero multifariam dici ſolet: quoddam perinde dicitur atque in cæteris etiam id quod impoſsibile eſt: quoddam hoc pacto ut aptum quidem ſit id habere quo uideri poſſit, illo autem careat aut habeat remiſſe, uel praue ut informe dicitur, aut indoctum) ſicut igitur uiſus inquã uiſibilis & inuiſibilis eſt & auditus ſimiliter, ſic & guſtus guſtabilis & inguſtabilis eſt, quod quidem exiguum habet aut prauum aut uaſtantem guſtum ſaporem. Videtur autem potabile & impotabile eſſe principium, utrunque enim guſtu percipitur: uerum alterum eſt prauum guſtumque deuaſtat: alterum eſt*

ami-

*amicum naturæ. Eſt autem potabile guſtui cum tactu commune.*

### Explicatio.

Guſtatus & tactus ſentit propriũ ſenſile per medium internum, ſed viſus auditus, & odoratus per medium externum, ut per aerem uel aquam, quia ſenſile imprimit ſuam ſpeciem in medio aere, qui conuehit uſque ad ſenſorium; ſed nondum conſtat, quomodo guſtatus percipiat priuationem proprij ſenſilis. Et ideo Ariſtoteles declarat. Quemadmodum viſus ſentit inuiſile, ut tenebras, & auditus ſilentium, ille per luminis priuationem, hic per priuationem ſoni: ſic guſtatus ſentit inſipiditatem per priuationem ſaporis; & ut inuiſibile tribus modis concipitur, aut quia nullo modo poteſt uideri, vt anima, ut mentes cœleſtes; aut quia vix cernitur, ut acus acies, ſiue acumen; aut quia ſua excellentia corrumpit viſum, vt lumen ſolis (nam excellens ſenſile corrumpit ſenſum.) ſic inguſtabile dicitur, aut quia nullo modo mouet guſtatum, ut aqua ſimplex, quæ dicitur ἄποιον à Galeno, & materia omnium ſaporum; aut quia ægrè mouet guſtatum, vt ſapor obſcurus; aut quia corrumpit, vt ſapor excellens. δοκεῖ δ' εἶναι ἀρχή. Quamuis ſapor moueat guſtatum, non tamen mouere poteſt ſine opera humidi, quia humidum eſt materia ſaporis, in qua fundatur: & ideo humidum eſt proprium obiectum ſiue ſenſile, ſiue cauſa motrix ipſius tactus, quia eſt vna de qualitatibus primis. Idem quoque humidum eſt materia guſtabilis ſaporis, & cauſa motrix guſtatus, ſed non proxima: quia proxima eſt ſapor, & per ſaporem agit materia humida.

### Particula CIII.

ἐπειδ' ὑγρὸν τὸ γευστὸν, ἀνάγκη τὸ αἰσθητήριον αὐτοῦ μήτε ὑγρὸν εἶναι ἐντελεχείᾳ, μήτε ἀδύνατον ὑγραίνεσθαι. πάσχει γάρ τι ἡ γεῦσις ὑπὸ τοῦ γευστοῦ, ᾗ γευστόν. ἀναγκαῖον ἄρα ὑγρανθῆναι τὸ δυνάμενον ὑγραίνεσθαι σωζόμενον. μὴ ὑγρὸν δὲ, τὸ γευστικὸν αἰσθητήριον. σημεῖον δὲ, τὸ μήτε κατάξηρον οὖσαν τὴν γλῶσσαν αἰσθάνεσθαι, μήτε λίαν ὑγράν. αὕτη γὰρ ἁφὴ γίνεται τοῦ πρώτου ὑγροῦ. ὥσπερ ὅταν προγευματίσας τις ἰσχυροῦ χυμοῦ, γεύηται ἑτέρου. καὶ οἷον τοῖς κάμνουσι πικρὰ πάντα φαίνεται, διὰ τὸ τὴν γλῶτταν πλήρη τοιαύτης ὑγρότητος αἰσθάνεσθαι.

*At uerò cum guſtabile ſit humidum, neceſſe eſt & inſtrumentum ſenſus ipſius neque humidum eſſe actu, neque etiam tale ut humectari non poſſit, humidumque euadere: patitur enim aliquid guſtus ab ipſo guſtabili, ea nimirum ratione qua guſtabile eſt. Neceſſe eſt igitur inſtrumentum guſtus potentia quidem humidum eſſe, humectari autem actu, ita autem humectari, ut eius conſeruetur; cum humectatur & ratio. Signum autem eſt, linguam, neque cum eſt ualde ſicca, neque cum eſt nimium humida, ſentire. Is enim tactus ſit humidi primi. perinde atque ſi cum guſtauerit quiſpiam uehementem acrem ue ſaporem, deinde alium guſtet. & ut ægrotantibus ſit, quibus cuncta uidentur amara, quia lingua ſentiunt tali humiditate referta.*

### Explanatio.

Humidum quod conſtituitur materia ſaporis & cauſa effectrix motrix, ſed remota guſtatus eſt duplex, aut poteſtate, aut actu. hic intelligi uolumus humidum actu: ſenſorium verò intelligimus humidum poteſtate, quia poteſt humeſcere & pati ab humido guſtabili.i.materia humida ĩ qua eſt ſapor. ἀναγκαῖον ἄρα ὑγρανθῆναι τὸ δυνάμενον ὑγραίνεσθαι σωζόμενον. Quia omne recipiens debet uacare à natura recepti i quamuis habeat naturam ſimilem ſpecie, non habet eandem numero; ut lingua habet humidum quo conſeruatur, ſed uacat natura humidi ſuperuenientis, habet tamen natiuum calorem uel principium per quod recipit. Senſorium non eſt ſimile naturæ obiecti recepti; vt principium quo ſenſorium uiſus recipit colorem non eſt color, ſed eſt perſpicuitas: & principium quo ſenſorium auditus recipit, non eſt ſonus, ſed eſt ἀνηχές.: et principium quo recipit ſenſorium odoratus non eſt odor, ſed ἄοσμόν: & principium quo recipit, ſenſorium guſtatus, non eſt ſapor fundatus in humido, ſed eſt principium innominatum, in quo eſt poteſtas patiendi ab omni humido ſapido, & niſi pateretur non ſentiret ſaporem, cuius rei illud eſt ſignum, quòd lingua ſupra modum ſiccata non ſentit ſaporem, quia nõ põt pati. Prȩterea ſuffuſa humore bilioſo & amaro, nullum alium ſentit ſaporem, quia ab illo ſapore non poteſt pati, quia ab humore affuſo impeditur, in quo eſt ſapor amarus.

### Particula CIIII.

τὰ δ' εἴδη τῶν χυμῶν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν χρωμάτων, ἁπλᾶ μὲν τἀναντία τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν. ἐχόμενα δὲ, τοῦ μὲν, τὸ λιπαρὸν· τοῦ δὲ, τὸ ἁλμυρόν. μεταξὺ δὲ τούτων. τό, τε δριμὺ καὶ αὐστηρὸν, καὶ στρυφνὸν καὶ ὀξύ. σχεδὸν γὰρ αὗται δοκοῦσιν εἶναι διαφοραὶ χυμῶν. ὥστε τὸ γευστικόν ἐστι, τὸ δυνάμει τοιοῦτον, γευστὸν δὲ, τὸ ποιητικὸν ἐντελεχείας αὐτοῦ.

*Species autem ſaporum ita ſe habent, quemadmodum colorum. Dulce namque & amarum contraria ſimplicia ſunt; hæret autem dulci quidem pingue: amaro uerò ſalſum. At inter hæc collocantur acre, acerbum, acidum, atque acutum, hæ namq; ferè differentiæ uidentur eſſe ſoporum. Quare guſtus quidem inſtrumentum id eſt, quod eſt potentia tale. Guſtabile autẽ id, quod ipſum actu facere poteſt.*

### Explanatio.

ἁπλᾶ μὲν τἀναντία. Relata ad ſenſorium ſunt extremi relati ad cauſam efficientem ſaporum, ut calorem & frigus, ſunt extremi ſapor amarus & acerbus, vt ſentit Galenus. τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν. In dogmate Galen. ſapor amarus & acerbus ſiue ſtipticus ſunt extremi, medius eſt dulcis, quia dulcis ſit à calore moderato, amarus ab exceſſu, acerbus à defectu caloris. Cuius rei illud eſt ſignũ, quòd dul-

cis

eis ſapor fit amarus per vlteriorem concoctionem, vel amareſcit. ſapor dulcis ex defectu caloris fit acerbus, & acquirit Sypſin; & in acerba materia ſi calor qui deficit acquirat modum, efficit ſaporem dulcem, ut fructus acerbi acquirunt ſaporem dulcem ope caloris. ὡς τὸ λέγειν αἰσθητικόν ἐστι. quia patiens eſt poteſtate tale, quale eſt ſuum agens.

### Particula C V.

περὶ δὲ τοῦ ἁπτοῦ καὶ ἁφῆς ὁ αὐτὸς λόγος. εἰ γὰρ ἡ ἁφὴ μὴ μία ἐστὶν αἴσθησις, ἀλλὰ πλείους, ἀναγκαῖον καὶ τὰ ἁπτὰ πλείω αἰσθητὰ εἶναι. ἔχει δ' ἀπορίαν, πότερον πλείους εἰσὶν ἢ μία.

*De tangibili autem & tactu eadem eſt ratio. Nam ſi tactus non unus ſit ſenſus ſed plures, neceſſe eſt & ea quæ tactu percipiuntur plura ſenſibilia eſſe. Dubitationem autem iſte locus habere uidetur, utrum plures ſint tactus, an unus tantum.*

### Explanatio.

Dicturus de tactu, non diſcedit à propoſita methodo, quia progreditur à nobilioribus, nimirum ab obiecto ad actionem, ab actione ad facultatem, à facultate ad tēperaturam ſenſorij & naturam ſenſus. Sed quia obiectum reddit dubium & ſenſum & ſenſorium, ideo dubitatur primum an tactus ſit vnus ſenſus an plures, nam eius ſenſile non vnum eſt, quemadmodum aliorum ſenſuum.

### Particula C V I.

καὶ τί τὸ αἰσθητήριον τὸ τοῦ ἁπτοῦ ἁπτικόν. πότερον ἡ σάρξ. καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἀνάλογον, ἢ οὔ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐστὶ τὸ μεταξύ. τὸ δὲ πρῶτον αἰσθητήριον, ἄλλο τι ἐστὶν ἐντός. πᾶσά τε γὰρ αἴσθησις, μιᾶς ἐναντιώσεως εἶναι δοκεῖ. οἷον ὄψις, λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ἡ ἀκοή, ὀξέος καὶ βαρέος. καὶ γεῦσις, πικροῦ καὶ γλυκέος. ἐν δὲ τῷ ἁπτῷ πολλαὶ εἰσὶν ἐναντιώσεις θερμόν, ψυχρόν, ξηρόν, ὑγρόν, σκληρόν, μαλακόν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τοιαῦτα.

*Et de inſtrumento tactus quid tandem ſit, utrum ipſa caro, & id quod in cæteris ſimile eſt carni, an ita non ſit: ſed id quidem ipſum ſit ſenſus huiuſce medium: inſtrumentum autem ipſius primum aliud quoddam ſit intus. Omnis enim ſenſus, unius contrarietatis eſſe uidetur: ut uiſus, albi nigrique; & auditus, acuti, grauiſque; & guſtus, dulcis atque amari. At in tangibili plures inſunt contrarietates, ut patet; eſt enim calidum, frigidum, humidum, ſiccum, molle, durum: & iſtiuſmodi alia.*

### Explanatio.

Dubitatur an vnum ſenſorium an multa: et ſi vnum, quale ſit, caro ue, an quidpiam aliud huiuſmodi. τὸ αἰσθητήριον. Senſorium illud eſt in quo eſt vis ſentiendi proprium ſenſile, vt ſenſorium tactus eſt in quo eſt vis ſentiendi tactile, id eſt patiendi ab obiecto tactili. πᾶσά τε γὰρ αἴσθησις. Aperit cauſam primæ dubitationis, quia ſenſus vnus eſt vnius contrarij primi, vt viſus ſentit album & nigrum colorem, & auditus ſentit ſonum acutum & obtuſum, & guſtatus ſentit dulcem & amarum ſaporem, ſed tactus ſentit non vnum ſed multa contraria. et prima, vt calidum, frigidum, humidum, ſiccum: et ſecunda nata ex primis, vt durum, molle, aſperum, leue. ergo tactus non eſt vnus ſenſus, qui iudicatur ab obiecto vno contrario.

### Particula C V I I.

ἔχει δέ τινα λύσιν πρός γε ταύτην τὴν ἀπορίαν. ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεών εἰσιν ἐναντιώσεις πλείους. οἷον ἐν φωνῇ, οὐ μόνον ὀξύτης καὶ βαρύτης, ἀλλὰ καὶ μέγεθος καὶ μικρότης, καὶ λειότης καὶ τραχύτης φωνῆς, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ χρῶμα διαφοραὶ τοιαῦται ἕτεραι.

*Sed eſſe uidetur ad hanc dubitationem quædam ſolutio. Nam in cæteris etiam ſenſibus plures ſunt contrarietates: in uoce namque non ſolum eſt acumen, & grauitas, ſed etiam magnitudo, & paruitas, & leuitas & aſperitas uocis, & alia huiuſcemodi. Sunt & circa colorem aliæ tales.*

### Explanatio.

Exiſtimant aliqui, non eſſe iudicandum ſenſum ab vno contrario obiecto, quia auditus vnus eſt, & ſentit multa contraria, vt uocem acutam, grauem, leuem, aſperam, magnam, paruam; & viſus licet ſit vnus, ſentit tamen colorem album, nigrum, lumen, tenebras. ἀλλὰ τί τὸ ὑποκείμενον. Ariſtoteli non placet hæc reſponſio: quia ſingularitas ſenſus non iudicatur ab vno contrario, indiſcriminatim, ſed à primo contrario, quia primum contrarium quod ſentit viſus, (ſentit autem primò & per ſe) eſt lumen ſiue clarum, & tenebræ ſiue obſcurum, ad hoc enim genus referuntur omnes ſpecies coloris. Primum contrarium quod ſentit auditus eſt ſonus & ſilentium. ſic quoque tactus ſentit vnum contrarium. primum quod primo ſentit, ſed eſt ἀνώνυμον, ad quod tanquam genus reuocantur omnia contraria, frigidum; calidum, humidum, ſiccum; vtque ad colorem colores, ita tactilia ad vnum genus, τὸ ὑποκείμενον. Quia in omni genere rerum eſt vnum contrarium primum aut nominatum aut innominatum.

### Particula C V I I I.

ἀλλὰ τί τὸ ὑποκείμενον, ὥσπερ ἀκοῇ ψόφος, οὕτω τῇ ἁφῇ, οὐκ ἔστιν ἔνδηλον. πότερον δ' ἐστὶ τὸ αἰσθητήριον ἐντός; ἢ οὔ, ἀλλ' εὐθέως ἡ σάρξ, οὐδὲν δοκεῖ σημεῖον εἶναι, τὸ γίνεσθαι τὴν αἴσθησιν ἅμα θιγγανομένων, καὶ γὰρ εἴ τις περὶ τὴν σάρκα ἐπιτείνειεν, οἷον ὑμένα ποιήσας, ὁμοίως τὴν αἴσθησιν εὐθέως ἁψάμενος ἂν ἐνσημαίνει. καίτοι δῆλον, ὡς οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ τὸ αἰσθητήριον. εἰ δὲ καὶ συμφυὲς γένοιτο, θᾶττον ἔτι διικνοῖτ' ἂν ἡ αἴσθησις.

*Verum quidnam ſit unum obiectum tactui, ſicut unū eſt auditui ſonus, non eſſe manifeſtum uidetur. Huius autem utrum inſtrumentum tactus intus ſit poſt carnem,*

*an non ſit, ſed ſtatim ſit ipſa caro, id non eſſe ſignum uidetur, ſenſum inquam illico fieri, cum res tactu percipiendæ tanguntur. Etenim ſi quis nunc circa carnem ſubtilem pellem extenderit, deinde rem tactu percipiendam tetigerit, ſenſus ſtatim ſimiliter fiet: & tamen patet in illa pelle tactus inſtrumentum non eſſe. Quod ſi copulata fuerit, uelocius, ut patet, ſenſus perceptio fiet.*

Explanatio.

Eſt altera quæſtio de medio atque de ſenſorio ſiue inſtrumento tactus, quid ſit & quale ſit. Quidā putant eſſe carnem, hoc ſigno perſuaſi, quia tactile ubi obijcitur carni ſubito ſentitur, ergo caro eſt ſenſorium; quia ſenſile transfertur de ordine in ordinē, ex obiecto in medium, ex medio in ſenſorium. Sed in mutatione inter medium & ſenſorium cadit tempus, ſed tactile obiectum carni ſubito ſentitur, ergo non eſt medium. καὶ γὰρ εἴ τις. Reſpondet Ariſtoteles hoc eſſe fallax ſignū, nam ſi obducatur carni membrana, & obductæ obijciatur tactile, ſubito ſentiet membrana. In obducta non eſt ſenſorium, ſed medium. ſed hoc intereſt inter carnem & membranam, quòd caro eſt medium congenitum membrana non item: ſi membrana eſſet adnata, citius facile ſentiretur.

Particula CIX.

διὸ καὶ τὸ τοιοῦτον μόριον τοῦ σώματος ἔχειν οὕτως ἔοικεν, ὥσπερ ἂν εἰ κύκλῳ ἡμῖν περιεπεφύκει ὁ ἀήρ. ἐδοκοῦμεν γὰρ ἂν, ἑνί τινι αἰσθάνεσθαι, καὶ ψόφου, καὶ χρώματος, καὶ ὀσμῆς, καὶ μία τις αἴσθησις εἶναι, ὄψις, καὶ ἀκοὴ, καὶ ὄσφρησις. νῦν δὲ διὰ τὸ διωρίσθαι δι' οὗ γίνονται αἱ κινήσεις, φανερὰ τὰ εἰρημένα αἰσθητήρια ἕτερα ὄντα.

*Quapropter talis pars corporis perinde ſeſe habere uidetur, atque ſi circumfuſus aer coniunctus eſſet nobis, ac copulatus: tunc enim uno quodam inſtrumento profecto ſonum, & colorem, & odorem uideremur ſentire: & unus quidam uideretur eſſe nimirum, ſenſus, uiſus, auditus, atque olfactus; nunc autem quia ſeiunctū eſt id per quod fiunt motus, patet inſtrumenta iam dicta ſenſuum eſſe diuerſa.*

Explanatio.

Sed cur, roget quis, cadit tempus inter mutationem medij, & aliorum trium ſenſuum; inter mutationem medij & guſtatus & tactus non cadit medium? Reſpondeo, quia medium tactus & guſtatus eſt internum, medium viſus, auditus & odoratus eſt externum & ſciunctum à corpore, & ideo oportet medium eſſe diuerſum à ſenſorio.

Particula CX.

ἐπὶ δὲ τῆς ἁφῆς, τοῦτο νῦν ἄδηλον. ἐξ ἀέρος μὲν γὰρ ἢ ὕδατος, ἀδύνατον συστῆναι τὸ ἔμψυχον σῶμα. δεῖ γάρ τι στερεὸν εἶναι. λείπεται δὲ μικτὸν ἐκ γῆς καὶ τούτων εἶναι, οἷον βούλεται ἡ σὰρξ καὶ τὸ ἀνάλογον. ὥστε ἀναγκαῖον καὶ τὸ σῶμα εἶναι μεταξὺ τοῦ ἁπτικοῦ προσπεφυκός, δι' οὗ γίνονται αἱ αἰσθήσεις πλείους οὖσαι.

*In tactu autem idipſum nunc latet. fieri enim nequit, ut ex aere uel aqua corpus animatum tantummodo cōſtet, quippe cum ſolidum quiddam eſſe oporteat. Reſtat igitur, ut ex his atque terra ſit mixtum: quale eſt ipſa caro, & id quod uicem ipſius ſubit. Quare neceſſe eſt ipſum corpus copulatum, medium eſſe inter inſtrumentum ipſius tactus, & res ipſas tangibiles, per quod fiunt ipſi ſenſus, qui quidem ſunt plures.*

Explanatio.

Sed medium tactus eſt coniunctum & fuſum toti animali. coniunctum, vt efficientius ſentiat tactilia contraria, quia datus eſt tactus vitæ cuſtodiendæ cauſa. ſed coniunctum medium eſt pars animalis, ergo animatum eſt, & ideo non poteſt eſſe elementum ſimplex, ſed corpus mixtum & animatum, id eſt compoſitum ex quatuor elementis. δι' οὗ γίνονται. Medium poteſt eſſe vſui ſenſibus multis, argumento eſt caro linguæ.

Particula CXI.

δηλοῖ δ' ὅτι πλείους, ἡ ἐπὶ τῆς γλώττης ἁφή. ἁπάντων γὰρ τῶν ἁπτῶν αἰσθάνεται κατὰ τὸ αὐτὸ μόριον, καὶ χυμοῦ. εἰ μὲν οὖν ἡ ἄλλη σὰρξ ᾐσθάνετο τοῦ χυμοῦ, ἐδόκει ἂν ἡ αὐτὴ καὶ μία εἶναι αἴσθησις, ἡ γεῦσις, καὶ ἡ ἁφή. νῦν δὲ δύο διὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν.

*Indicat autem plures eſſe, tactus hiſce qui in lingua conſiſtit: nam eadem in parte, & omnes res tangibiles & ſaporem etiam ſentit. Si igitur & cæteræ partes carnis ſentirent ſaporem; unus idemque tunc ſenſus uideretur eſſe profecto guſtus, & tactus: nunc autem quia non ſit conuerſio, duo diuerſi ſenſus eſſe cenſentur.*

Explanatio.

τὸ αὐτὸ μόριον. Ab vno ſenſorio vnus iudicatur ſenſus: ergo ſi caro linguę eſſet ſenſorium, non medium, guſtatus, & tactus eſſet vnus idemque ſenſus, quia vnum medium poteſt eſſe vſui multis ſenſibus, ut aer viſui, odoratui, & auditui; ſed guſtatus diſtinguitur à tactu, quia in quo eſt guſtatus, in eodem eſt tactus, ſed non reciprocatur: quia tactus eſt nec generatione nec tempore nec dignitate poſterior.

Particula CXII.

ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ πᾶν σῶμα βάθος ἔχει. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τρίτον μέγεθος. ὧν δ' ἐστὶ δύο σωμάτων μεταξὺ σῶμα τι, οὐκ ἐνδέχεται ταῦτα ἀλλήλων ἅπτεσθαι. τὸ δὲ ὑγρὸν, οὐκ ἔστιν ἄνευ σώματος, οὐδὲ τὸ διερόν. ἀλλ' ἀναγκαῖον ὕδωρ εἶναι, ἢ ἔχειν ὕδατος. τὰ δὲ ἁπτόμενα ἀλλήλων ἐν τῷ ὕδατι μὴ ξηρῶν τῶν ἄκρων ὄντων, ἀναγκαῖον ὕδωρ ἔχειν μεταξὺ, οὗ ἀνάπλεα τὰ ἔσχατα. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ἀδύνατον ἅψασθαι ἄλλο

ἄλλου

ἄλλου ἐν ὕδατι· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐν τῷ ἀέρι. ὁμοίως γὰρ ἔχει ὁ ἀὴρ πρὸς τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τὸ ὕδωρ, πρὸς τὰ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι. λανθάνει δὲ μᾶλλον ἡμᾶς, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῷ ὕδατι ζῷα. εἰ διερὸν διεροῦ ἅπτεται.

*At uerò dubitabit hoc loco non iniuria quiſpiā. Nam ſi corpus quidem omne profunditatem habet, atque hæc eſt tertia magnitudo, fieri uerò nequit ut ea corpora ſeſe mutuo tāgāt, inter quæ, corpus aliquod mediū intercedit, humidumque non eſt ſine corpore, nec humectatum, ſed neceſſe eſt uel aquam eſſe uel aquam habere: qui fieri poteſt, ut corpus tangat corpus in aqua? etenim neceſſe eſt, tum extrema non ſint ſicca, in medio aquam eſſe, qua repleta ſunt ipſa extrema. Quòd ſi hoc uerū, fieri profecto non poteſt, ut corporum tactus fiat in aqua. Eodem etiam modo de iis dici poteſt, quæ in aere collocantur: ſimili namque modo ſeſe habet aer ad ea quæ ſunt in ipſo, & aqua ad ea quæ ſunt in ipſa: latet autem nos magis in hiſce quæ in aere collocantur, quàm in animalibus quæ ſunt in aqua, ſi humectatū, humectatū tāgit.*

## Explanatio.

Dubitabile eſt, an tactus indigeat medio quoque externo, quoniā duo corpora attigua ſolida & mixta ſine medio externo ſe mutuo non tangunt, ſiue in aere ſiue in aqua ſint; aut enim aere, ſed obſcurius aut aqua, ſed euidentius dirimuntur, quia latera madent: attigua quidem, quia continua, ut duæ partes ignis totius corporis ignei ſine medio ſe contingunt: ſolida vero quia liquida, ut aqua & vinum ſine medio ſe tangunt ſimul confuſa; mixta itē, quia elemēta ſimplicia, tangunt ſe ſine medio, alioq; ſi haberent medium corpus, aut elementa plura eſſent quàm quatuor, aut illorum numerus eſſet infinitus, quia ſemper eſſet querēdum corpus medium, quo dirimuntur. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τό. quia eſt cauſa cur corpora dirimantur quæ ſunt attigua.

## Particula CXIII.

πότερον οὖν ἁπάντων ὁμοίως ἐστὶν ἡ αἴσθησις, ἢ ἄλλων ἄλλως, καθάπερ νῦν δοκεῖ. ἡ μὲν γὰρ γεῦσις καὶ ἡ ἁφὴ τῷ ἅπτεσθαι. αἱ δ᾽ ἄλλαι ἄποθεν. τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ σκληρὸν, καὶ τὸ μαλακὸν δι᾽ ἑτέρων αἰσθανόμεθα. ὥσπερ καὶ τὸ ψοφητικὸν, καὶ τὸ ὁρατὸν, καὶ τὸ ὀσφραντόν. ἀλλὰ τὰ μὲν, πόρρωθεν. τὰ δ᾽ ἐγγύθεν. διὸ λανθάνει, ἐπεὶ αἰσθανόμεθά γε πάντων διὰ τοῦ μέσου. ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτων λανθάνει. καίτοι καθάπερ εἴπομεν καὶ πρότερον, κἂν εἰ δι᾽ ὑμένος αἰσθανοίμεθα τῶν ἁπτῶν ἁπάντων λανθάνοντος, ὅτι διείργει, ὁμοίως ἂν ἔχοιμεν ὥσπερ καὶ νῦν ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ ἀέρι. δοκοῦμεν γὰρ αὐτῶν ἅπτεσθαι, καὶ οὐδὲν εἶναι διὰ μέσου.

*Vtrum igitur omnium ſimili modo ſit ſenſus: an ſenſuum quidam, ut nunc uidetur, eodem, quidam diuerſo modo obiecta ſua percipiant, guſtus quidem, & tactus tangendo, cæteri autem eminus? At id profectò non ita eſt, ſed durum etiam, & molle per alia plane ſentimus, quemadmodum & id quod ſonat, & uiſibile ac odorabile: uerum hæc quidem, eminus, illa uerò comminus ſentiuntur. Quapropter latet, ſi per medium alia percipiantur: nam ſenſibilia cuncta per medium ſentiuntur, ſed in illis id ipſum latet, ut diximus. Enimuero ſi per ſubtilem pellem, ut prius etiam eſt dictum, poſitam circa carnem, ſentiremus omnia tangibilia: idipſum non animaduertentes, ſic nos tum utique ſentiremus, ut nūc in aere ſentimus, & aqua: nunc enim uidemur res ipſas tangibiles tangere, & nullum medium eſſe.*

## Explanatio.

Secundo loco dubitatur, vtrum eodem modo omnia ſenſilia percipiantur ab omnibus ſenſibus, vt fiat planius nobis medium. Reſpon. Ariſtoteles diuerſo modo ſentiri, quia viſus, auditus, odoratus ſentiunt eminus obiecta propria, ſed guſtatus & tactus ſentiunt comminus; præterea guſtatus & tactus indigent medio interno, cæteri ſenſus externo. Poſtremo guſtatus & tactus indigent externo etiam, ſed illius vſque eſt obſcurior, quia debet eſſe coniunctus cum interno medio, ergo omnis ſenſus indiget medio externo.

## Particula CXIIII.

ἀλλὰ διαφέρει τὸ ἁπτὸν τῶν ὁρατῶν καὶ τῶν ψοφητικῶν. ὅτι ἐκείνων μὲν αἰσθανόμεθα, τῷ τὸ μεταξὺ ποιεῖν τι ἡμᾶς, τῶν δ᾽ ἁπτῶν, οὐχ ὑπὸ τοῦ μεταξὺ, ἀλλ᾽ ἅμα τῷ μεταξύ, ὥσπερ ὁ δι᾽ ἀσπίδος πληγείς. οὐ γὰρ ἡ ἀσπὶς πληγεῖσα ἐπάταξεν, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρως συνέβη πληγῆναι.

*Intereſt autem inter tangibile, & ea quæ ſonant, & uiſibilia: nam hæc quidem ſentimus, medio in nos aliquid agente: at tangibilia ſentimus non à medio, ſed una cum ipſo medio moti, ut fit cum quis cui eſt per clypeum percuſſus: non enim percuſſus clypeus eum percuſſit, ſed fit ut ambo ſint ſimul percuſſi, clypeus atque miles.*

## Explanatio.

Sed hic intereſt, quòd guſtatus, tactus & eorum medium, ſimul immutantur, quemadmodum vir clypeatus concutitur eodem tempore cum clypeo, in cæteris ſenſibus prius mutatur medium quàm ſenſorium.

## Particula CXV.

ὅλως δ᾽ ἔοικεν ἡ σὰρξ καὶ ἡ γλῶσσα, ὡς ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν ὄσφρησιν ἔχουσιν, οὕτως ἔχειν πρὸς τὸ αἰσθητήριον, ὥσπερ ἐκείνων ἕκαστον. αὐτοῦ δὲ τοῦ αἰσθητηρίου ἁπτομένου, οὔτ᾽ ἐκεῖ, οὔτ᾽ ἐνταῦθα γένοιτ᾽ ἂν αἴσθησις. οἷον εἴ τις σῶμα τὸ λευκὸν ἐπὶ τοῦ ὄμματος θείη τὸ ἔσχατον, ᾗ καὶ δῆλον, ὅτι ἐντὸς τὸ τοῦ ἁπτοῦ αἰσθητικόν. οὕτως γὰρ ἂν συμβαίνοι, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐπιτιθεμένων γὰρ ἐπὶ τὸ αἰσθητήριον, οὐκ αἰσθάνεται. ἐπὶ δὲ τὴν σάρκα ἐπιτιθεμένων, αἰσθάνεται. ὥστε τὸ μεταξὺ τοῦ ἁπτικοῦ, ἡ σάρξ.

*Omnino autem ut aer & aqua ſeſe habent ad uiſum, & auditum, atque olfactum, ſic caro, ac lingua ſeſe ad huius inſtrumentum ſenſus habere uidentur. Atque nec ibi profecto, nec hic perceptio ſenſus fiet, cùm inſtrumentum ſenſus a re ſenſibili tangitur: ut ſi quiſpiam ſuper extremum oculi corpus poſuerit album. Ex quo etiam plane patet, inſtrumentum ſenſus ipſius, quo res percipiuntur tangibiles, intus eſſe collocatum, ut diximus. Sic enim & in hoc ſenſu fiet id porrò, quod in cæteris ſenſibus fieri ſolet: ſenſibilium enim, ſi in ipſis inſtrumentis ponantur ſenſuum, non fit, ut patet, perceptio: at ſi ſuper carnem ponatur tangibile, fit, ut docet experientia, ſenſus. Quare ſine dubio ipſa caro medium eſt in tactu.*

### Explanatio.

Si caro eſt medium, relinquitur vt non ſit ſenſorium; quia ſenſile poſitum ſupra ſenſorium corrumpit ſenſum; ſed tactile poſitum ſupra carnem non corrumpit ſenſum, ergo non eſt ſenſorium; ſed ſenſorium eſt interius, nimirum cor; quia tactile poſitum ſupra cor, tactum corrumpit. οὔτ' ἔχει. in guſtatu & tactu. οὔτε ἐνδέχεται. neque in aliis ſenſibus.

### Particula CXVI.

ἁπτὰ μὲν οὖν εἰσιν, αἱ διαφοραὶ τοῦ σώματος ᾗ σῶμα. λέγω δὲ διαφορὰς, αἳ τὰ στοιχεῖα διορίζουσι, θερμὸν, ψυχρὸν, ξηρὸν, ὑγρὸν περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον ἐν τοῖς περὶ στοιχείων. τὸ δὲ αἰσθητήριον αὐτῶν τὸ ἁπτικὸν καὶ ἐν ᾧ ἡ καλουμένη ἁφὴ ὑπάρχει πρώτῳ, τὸ δυνάμει τοιοῦτόν ἐστι μόριον. τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι, πάσχειν τί ἐστιν. ὥστε τὸ ποιοῦν οἷον αὐτὸ ἐνεργείᾳ, τοιοῦτον ἐκεῖνο ποιεῖ δυνάμει ὄν.

*Atqui ea tactu percipiuntur, quæ corporis ſunt, ut corpus eſt, differentiæ. Dico autem differentias eas, quæ rerum elementa diſtinguunt, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, de quibus antea diximus ijs in locis, in quibus de elementis ipſis tractauimus. Inſtrumentū autem id quo dictæ qualitates ſentiuntur, et in quo primo ſenſus is collocatur, quem appellare conſueuimus tactum; pars ea ſanè eſt, quæ eſt potentia talis. ſentire namque pati quiddam eſt, ut diximus. Quare quod agit, tale illud facit, cùm ſit potentia, quale eſt ipſum actu.*

### Explanatio.

Senſile poſitum ſupra ſenſorium corrumpit ſenſum ergo cor eſt ſenſorium tactus, quia tactibile poſitum ſupra cor, tactum corrumpit. quid autem ſit tactile declarat; nam appellatione obiecti tactilis, continentur omnes differentiæ elementorum, quæ ſunt primæ qualitates, & ſecundæ ex illis natæ. τοῦ σώματος. id eſt corporis naturalis caduci, quia in cœleſti corpore non ſunt primæ qualitates. τὸ δὲ αἰσθητήριον. Nam hęc genera tactilium ſunt quę agunt, & ſenſorium quòd patitur. ſenſorium enim eſt illud, in quo eſt uis ſentiendi, & in quo primo eſt tactus, id eſt ab uno illo primo ſenſorio vnus dicitur tactus: hæc uis dicitur de poteſtate in opus ab obiecto tactili, quia ſentitur; ſentire enim eſt, pati ſenſorium ab obiecto, & obiectum agere.

### Particula CXVII.

διὸ τοῦ ὁμοίως θερμοῦ ἢ ψυχροῦ, ἢ σκληροῦ, καὶ μαλακοῦ, οὐκ αἰσθανόμεθα. ἀλλὰ τῶν ὑπερβολῶν ὡς τῆς αἰσθήσεως οἷον μεσότητός τινος οὔσης τῆς ἐν τοῖς αἰσθητικοῖς ἐναντιώσεως, καὶ διὰ τοῦτο κρίνει τὰ αἰσθητά. τὸ γὰρ μέσον, κριτικόν. γίνεται γὰρ πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν, θάτερον τῶν ἄκρων.

*Quocirca ſimile calidum atque frigidum, & durum ac molle non ſentimus, ſed exuperationis: quia ſenſus eſt quaſi mediocritas quædam contrarietatis eius, quæ in ipſis ſenſibilibus ineſt. Et propter hoc ſenſibilia ipſa diſcernit, nam medium ipſum extremorum eſt iudex, fit enim ad utrunque ipſorum alterum extremorum.*

### Explanatio.

πάσχειν τί ἐστιν. Quia pati à ſuo ſenſu non eſt corrumpi, ſed perfici, quia duci de poteſtate in actum eſt perfici. διὸ τοῦ ὁμοίως θερμοῦ. Colligit quomodo ſenſorium patiatur ab obiecto tactili, patitur autem ab obiecto inęquali, quia ab æquali non prouenit actio, ſed ſenſorium conſiſtit in quadam mediocritate ſiue æqualitate, in qua eſt principium patiendi & recipiendi ſpeciem; patiendi inquam ab inæqualibus differentiis, vt vel ab intenſiore frigore, vel à remiſsiore, quia ſenſorium non caret ijs differentiis elementorum, ex quibus eſt compoſitū.

### Particula CXVIII.

καὶ δεῖ ὥσπερ τὸ μέλλον αἰσθήσεσθαι λευκοῦ καὶ μέλανος, μηδέτερον αὐτῶν ἐνεργείᾳ εἶναι. δυνάμει δ' ἄμφω. οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, καὶ τῆς ἁφῆς μήτε θερμὸν, μήτε ψυχρόν.

*Atque ut id quod album nigrumq́ue percepturum eſt ſenſum, neutrum ipſorum actu, ſed potētia ſit utrunq; oportet, & in cæteris eodem modo; ſic & in tactu neque calidum, neq; frigidum id actu ſit oportet, ſed utrūq; potentia, quod utrunque eſt percepturum.*

### Explanatio.

Quemadmodum ſenſorium videndi patitur à colore nigro uel albo, non quia careat colore, ſed quia conſiſtit in quadam æqualitate colorum, in qua eſt principium patiendi non ab æquali colore,

ſed

ſed inæquali aut intenſiore aut remiſsiore; ſic quoque tactus & aliorum ſenſuum ſenſorium patitur à propriis ſenſilium differentiis. Ex quo liquet, quomodo omne recipiens ſit vacuum à natura recepti, & omne ſenſorium ſentiatur à ſenſibili.

## Particula CXIX.

ἔτι δ' ὥσπερ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου ἦν πως ἡ ὄψις, ὁμοίως δὲ, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀντικειμένων, οὕτω καὶ ἡ ἁφὴ τοῦ ἁπτοῦ καὶ ἀνάπτου· ἀνάπτον δ' ἐστὶ, τό, τε ἔχον πάμπαν μικρὰν διαφορὰν τῶν ἁπτῶν. οἷον πέπονθεν ὁ ἀὴρ, καὶ τῶν ἁπτῶν αἱ ὑπερβολαί, ὥσπερ τὰ φθαρτικά.

*Præterea ut uiſus uiſibilis ac inuiſibilis quodammodo eſt, uti diximus, cæteriq́ue ſenſus oppoſitorum ſimiliter, ſic etiam eſt tangibilis ac intangibilis tactus. intangibile autem eſt etiam id, quod exiguam admodum differentiam tangibilium habet, quale paſſus eſt aer: & exuperationes etiam tangibilium, qualia ſunt ea quæ corrumpere poſſunt.*

## Explanatio.

Vt ſenſus omnis ſentit proprium ſenſile & priuationem eius, ſic in ſenſorio tactus eſt vis ſentiendi tactile & intactile. ἀνάπτον δ' ἐστὶ τό. Sed intactile eſt aut quod non cadit ſub tactum, vt cœlum, aut quod ægre cadit ſub tactum, vt aer, aut quòd corrumpit tactum propter ſuam excellentiam, vt ignis.

## Particula CXX.

καθ' ἑκάστην μὲν οὖν τῶν αἰσθήσεων, εἴρηται τύπῳ. καθόλου δὲ περὶ πάσης αἰσθήσεως δεῖ λαβεῖν, ὅτι ἡ μὲν αἴσθησίς ἐστι τὸ δεκτικὸν τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν, ἄνευ τῆς ὕλης. οἷον, ὁ κηρὸς, τοῦ δακτυλίου, ἄνευ τοῦ σιδήρου, καὶ τοῦ χρυσοῦ δέχεται τὸ σημεῖον. λαμβάνει δὲ τὸ χρυσοῦν ἢ τὸ χαλκοῦν σημεῖον. ἀλλ' οὐχ ᾗ χαλκὸς, ἢ χρυσός. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἑκάστου, ὑπὸ τοῦ ἔχοντος χρῶμα ἢ χυμὸν ἢ ψόφον πάσχει. ἀλλ' οὐχ ᾗ ἕκαστον ἐκείνων λέγεται, ἀλλ' ᾗ τοιονδὶ, καὶ κατὰ τὸν λόγον.

*De ſenſuum igitur unoquoque dictum ſit hoc modo, quaſi figura. Hoc autem vniuerſaliter accipere de omni ſenſu oportet, ſenſum, inquam, id eſſe, quod ſenſibiles ſine materia formas ſuſcipere poteſt: perinde atque annuli ſignum ſine ferro, uel auro ſuſcipit cæra, ſuſcipit autem æneum uel aureum ſignum, ſed non ut æs, aut aurum, neque ſignum ut eſt aureum æneum ue. Similiter patitur & ſenſus uniuſcuiuſque ſenſilis modo, ab eo quod habet colorem, aut ſonum, aut ſaporem, ſed non unumquodque illorum dicitur, ſed ut eſt tale, & ratione.*

## Explanatio.

εἴρηται τύπῳ. Cognitionem ſingulorum ſenſuum inchoauimus, & adumbrauimus, quia naturam illorum communem expoſuimus, vt ordo ſciẽtiæ naturalis poſtulat, inchoatam perficiemus in libro de ſenſu, & ſenſili, quia propriam & particularem docebimus ſingulorum ſenſuum, quia cauſas vniuſcuiuſq; ſenſus quæremus: nam hic ſenſus tradidimus, quatenus ſunt animæ facultates, illic contemplabitur ſenſus in ſe & in ſua natura. ὅτι ἡ μὲν αἴσθησίς ἐστι. Poſtquam dictum eſt de ſingulis ſenſibus, ſequens erat ut communitates & differentias doceret, quoniam id magnopere conducit ad perfectam & abſolutam cognitionem ſenſuum; nam & Porphyrius cùm ſingulas categorias tradidiſſet, tũc conuertit ſe ad illarum cõmunitates & differentias declarandas. ἕκαστον ἐκείνων λέγεται. Illa ſpecies recepta non eſt neque nominatur illa materia ſenſilis, ex qua hauritur à ſenſibus.

## Particula CXXI.

αἰσθητήριον δὲ πρῶτον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη δύναμις. ἔστι μὲν οὖν ταυτόν. τὸ δ' εἶναι ἕτερον. μέγεθος μὲν γὰρ ἄν, τι, εἴη τὸ αἰσθανόμενον. οὐ μὴν τό γε αἰσθητικῷ εἶναι, οὐδ' ἡ αἴσθησις μέγεθός ἐστιν, ἀλλὰ λόγος τις καὶ δύναμις ἐκείνου.

*Inſtrumentum id ſenſus eſt primum, in quo eſt talis uis atque potentia collata. Atque ſunt idem, ratio uerò non eſt eadem, ſed diuerſa: nam id quod ſentit, aliqua eſt magnitudo, non tamen ratio ſenſitiui: neque ſenſus eſt magnitudo, ſed eſt quædam ratio potentiaq; illius.*

## Explanatio.

Senſorium & ſenſus id habent commune, quod ſunt ſubiecto idem, quia ſunt in eadem materia; differunt, quia ſenſorium eſt magnitudo corporea, ſenſus non eſt magnitudo, ſed eſt in magnitudine, id eſt, eſt facultas ſiue potentia naturalis accipiendi formam ſiue ſpeciem à re vel obiecto ſenſili; illa ſpecies eſt non in facultate, quia facultas eſt tantum principium paſsiuum, id eſt accipiendi ſpeciem, ſed eſt in ſenſorio ut in patiente, & in anima ut in agente & indicante ſpeciem, ex illa actione & paſsione ſenſus, qui dicitur ſenſatio, conſurgit: quia ſenſus eſt facultas tantum paſsiua, & ſenſus eſt tantum potentia paſsiua.

## Particula CXXII.

φανερὸν δ' ἐκ τούτων, καὶ διατί ποτε τῶν αἰσθητῶν αἱ ὑπερβολαὶ φθείρουσι τὰ αἰσθητήρια. ἐὰν γὰρ ᾖ ἰσχυροτέρα τοῦ αἰσθητηρίου ἡ κίνησις, λύεται ὁ λόγος. τοῦτο δ' ἦν ἡ αἴσθησις, ὥσπερ καὶ ἡ συμφωνία καὶ ὁ τόνος κρουομένων σφόδρα τῶν χορδῶν.

*Patet autem ex his, & cur ſenſibilium exuperationes ſenſuum inſtrumenta corrumpunt: nam ſi motus ſit uehementior, inſtrumentiq́ue ſenſus ſuperet vires, diſſoluitur ratio. id autẽ erat ſenſus; diſſoluitur q́; perinde atque concentus intentio ue, cum uehementer fides pulſantur.*

 Expla-

### Explanatio.

Excellens ſenſile corrumpit ſenſorium, & ideo ſenſum, quia motus excellens diſſoluit æqualitatem & harmoniam ſenſorij, nam ſenſorium conſiſtit in quadam proportione & æqualitate. Dicitur æqualitas, reſpectu ad ſuum obiectum ſenſile quod eſt inæquale, quia excedit, aut deficit. Diſſoluta harmonia, ſoluitur facultas accipiendi ſpeciem & iudicandi.

### Particula CXXIII.

καὶ διὰ τί ποτε τὰ φυτὰ οὐκ αἰσθάνεται, ἔχοντά τι μόριον ψυχικὸν, καὶ πάσχοντά τι ὑπὸ τῶν ἁπτῶν. καὶ γὰρ ψύχεται καὶ θερμαίνεται. αἴτιον γὰρ, τὸ μὴ ἔχειν μεσότητα, μηδὲ τοιαύτην ἀρχὴν, οἵαν δέχεσθαι τὰ εἴδη τῶν αἰσθητῶν. ἀλλὰ πάσχειν μετὰ τῆς ὕλης.

*Patet præterea, & quam ob cauſam non ſentiant plantæ, tametſi partem aliquam habent animæ, atque ab ipſis tangibilibus patiuntur: frigeſcunt enim & caleſiunt, ut patet. Nam huius cauſa eſt, mediocritatem non habere, neque principium tale, ut ſenſibilium ſine materia ſuſcipiant formas, ſed cum materia patiantur.*

### Explanatio.

Cùm participent anima altrice, & patiantur à tactilibus, cur ſenſu, ideſt tactu carent? an quia negata eſt illa æqualitas in qua eſt principium in omni ſenſorio accipiendi formas ſine materia ſenſili. Negata eſt æqualitas, quia ſunt nimis terreſtres. Non defuerunt, qui opinarentur ſentire, id eſt habere tactum, ſed obſcurum & obtuſum. ἀλλὰ πάσχειν. Quia non habent vim accipiendi formam ſine materia, ſed cum materia. Omnis ſenſus eſt vis accipiendi formam ſine materia ſenſili, ſi non ſine præſenti materia.

### Particula CXXIIII.

ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ πάθοι ἄν τι ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τὸ ἀδύνατον ὀσφρανθῆναι, ἢ ὑπὸ χρώματος τὸ μὴ δυνάμενον ἰδεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. εἰ δὲ τὸ ὀσφραντὸν, ὀσμὴ, εἴ τι ποιεῖ τὴν ὄσφρησιν, ἡ ὀσμὴ ποιεῖ. ὥστε τῶν ἀδυνάτων ὀσφρανθῆναι οὐθὲν οἷόν τε πάσχειν ὑπ' ὀσμῆς. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. οὐδὲ τῶν δυνατῶν, ἀλλ' ᾗ αἰσθητικὸν ἕκαστον.

*Dubitabit autem quiſpiam ſi poſſit id ab odore pati, quod olfacere nequit, aut id à colore, quod haud quoque uideri poteſt, & in cæteris ſimili modo? Quòd ſi odorabile ſit odor, ſi quid in odoratum agit, odor profecto agit. Quare fieri nequit, ut ab odore quidquam patiatur eorum, quæ olfacere nequeunt: eadem eſt in cæteris ratio. Nec etiam fieri poteſt, ut à ſenſibilibus quidquam patiatur eorum, quæ ſentire poſſunt, niſi ut quoque eſt ſenſitiuum.*

### Explanatio.

Cur quæ carēt ſenſu nō patiuntur à proprio ſenſili, præterquàm à tactili? εἰ δὲ τὸ ὀσφραντὸν. An quia ſenſile & proprium obiectum ſenſus eſt poteſtas patiendi, ſi deeſt poteſtas, quō ſenſile aget?

### Particula CXXV.

ἅμα δὲ δῆλον καὶ οὕτως. οὔτε γὰρ φῶς καὶ σκότος, οὔτε ψόφος, οὔτε ὀσμὴ, οὐδὲν ποιεῖ τὰ σώματα. ἀλλ' ἐν οἷς ἐστὶν, οἷον, ἀὴρ ὁ μετὰ βροντῆς, διΐστησι τὸ ξύλον. ἀλλὰ τὰ ἁπτὰ καὶ οἱ χυμοὶ ποιοῦσιν. εἰ γὰρ μὴ, ὑπὸ τίνος ἂν πάσχοι τὰ ἄψυχα καὶ ἀλλοιοῖτο.

*Id ita eſſe patere poteſt, & hoc etiam pacto: nam neque lumen & tenebræ, neque ſonus, neque odor in corpora quidquam agit, ſed ea nimirum, in quibus ſunt ipſa: aer enim qui eſt cum tonitruo ſcindit lignum. At enim tangibilia ſaporesque agunt: ſi enim non agerent, à quo nam inanimata paterentur, atque alterarentur?*

### Explanatio.

Vt ſi deeſſet poteſtas videndi, audiendi, odorandi, quomodo corpus pateretur, ab odore, ſono, & colore?

### Particula CXXVI.

ἆρ' οὖν κἀκεῖνα ποιήσει; ἢ οὐ πᾶν σῶμα παθητικὸν ὑπὸ ὀσμῆς καὶ ψόφου καὶ τὰ πάσχοντα ἀόριστα. καὶ οὐ μένει, οἷον ἀήρ. ὄζει γὰρ ὥσπερ παθών, τι. τί οὖν ἐστι τὸ ὀσμᾶσθαι παρὰ τὸ πάσχειν τι. ἢ τὸ μὲν ὀσμᾶσθαι, αἰσθάνεσθαι. ὁ δ' ἀὴρ παθὼν, ταχέως αἰσθητὸς γίνεται.

*Quid igitur, agunt ne & ſenſilia illa? At ut uidetur, non omne corpus ab odore pati ſonoque poteſt: & ea quæ patiuntur, terminis uacant, & non manent, ut aer; olet enim ipſe, tanquam aliquid paſſus. Quid aliud eſt olfacere præter idipſum quidem, aliquid inquam pati? at enim olfacere quidem ſentire eſt aer autem paſſus, citò ſenſibilis fit.*

### Explanatio.

Patiuntur, præterquàm à tactili, quia tactile agit viciſsimque patitur: reliqua ſenſilia agunt duntaxat.

In epilogo textus xl. colligit & concludit ſe ſatis dixiſſe de ſenſu interiore, & de intellectu in hoc libro. Ergo tertium librum auſpicatur à parte animæ, qua ſentimus. i. ſenſu, non à parte qua intelligimus.

ARISTO-

# ARISTOTELIS STAGIRITAE DE ANIMA.

## Liber tertius.

### Particula I.

Ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αἴσθησις ἑτέρα παρὰ τὰς πέντε, λέγω δὲ ταύτας, ὄψιν, ἀκοὴν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἁφὴν, ἐκ τῶνδε πιστεύσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ παντὸς οὗ ἐστὶν αἴσθησις ἁφὴ, καὶ νῦν ἔχομεν αἴσθησιν πάντως ἑκάστου οὐκ ἀπολειφθήσεται οὐδενὸς τῶν οἰκείων. πάντα γὰρ τὰ τοῦ ἁπτοῦ ᾗ ἁπτὸν πάθη, τῇ ἁφῇ ἡμῖν αἰσθητά ἐστιν. ἀνάγκη τε εἴπερ ἐκλείπει τις αἴσθησις, καὶ αἰσθητήριόν τι ἡμῖν ἐκλείπειν.

*Senſum autem nullum alium eſſe præter hos quinque uiſum, inquam, auditum, odoratum; guſtum et tactum, ex hiſce profecto, quæ nunc deinceps dicemus, credere quiſpiam poteſt. Nam ſi nunc ſenſum omnis eius habemus, cuius ſenſus eſt tactus: omnes nanque rei tangibilis, ut eſt tangibilis, affectus nobis ſunt ſenſibiles tactu: nullus itaque tactus, uel guſtus, uel olfactus, uel auditus, uel uiſus deeſſe nobis uidetur. Præterea ſi ſenſus nobis deficiat aliquis, & inſtrumentum neceſſe eſt illius nobis deeſſe.*

### Explanatio.

IN ſit anima, clarum eſt: quid ſit, & qualis, & quamobrem ſit obſcurum eſt. Et ideo Ariſtoteles demõſtrauit quid ſit per definitionem tum communem, tum propriã. Ordo poſtulabat, vt demonſtraret qualis ſit, mortalis ne an immortalis: deinceps quam ob rem ſit mortalis vel immortalis, hoc eſt quæ cauſa ſit mortalitatis aut immortalitatis. Porrò cauſa ſumitur ab opere, quia opus propriũ animæ eſt cauſa & ſignum immortalitatis, opus vero commune cum corpore eſt cauſa mortalitatis. ergo oportuit omnia opera animæ exponere, ſunt autem vita, ſenſus, & intellectus. Sed ſenſus eſt aut exterior, aut interior. Poſtquam igitur dictum eſt de vita & de ſenſu exteriore, ordo poſtulabat vt diceret de ſenſu interiore, & de intellectu. Itaque tertium librum auſpicatur à ſenſu interiore, de ſententia prædictorum interpretum; qui ex ſẽtẽtia Auer. tertium lib. auſpicatur ab intellectu. Sed ſenſus interior eſt aut ſenſus communis, aut phantaſia, aut memoria. Senſus communis eſt ſicut centrum: ſenſus exterior ſicut lineę. Senſus communis eſt ea pars animæ, in qua eſt poteſtas iudicandi differentias ſenſilium. Senſilia ſunt aut communia, aut propria; propria ſunt quinque, quoniam ſunt quinque ſenſus, neque plures neque pauciores. Hunc numerum ſenſuum demonſtrat ex numero inſtrumentorum, quæ dicuntur ſenſoria, ſunt quinque ſenſoria, ergo quinque ſenſus, ſequitur, quia quibus deeſt ſenſus, illis deeſt ſenſorium, ſignum igitur eſt, numerum ſenſuum pẽdere ex numero inſtrumẽtorum. Primũ tactilia tactu cognoſcimus vel ſentimus non ab alio ſenſu iudicari, quàm à tactu, & viſilia viſu ſentimus idest, agnoſcimus non ab alio ſenſu iudicari, quàm à uiſu. Idem iudicandum eſt de alijs ſenſibilibus & ſenſibus, ſi ſinguli ſenſus ferunt hoc iudicium opera ſenſorij, ergo quot ſunt ſenſoria, totidem ſunt ſenſus, & quot ſenſus, tot quoque ſunt propria ſenſilia, quorum differẽtias ſenſus cõmunis interior iudicat.

### Particula II.

καὶ ὅσων μὲν αὐτοὶ ἁπτόμενοι, αἰσθανόμεθα τῇ ἁφῇ αἰσθητά ἐστιν, ἣν τυγχάνομεν ἔχοντες. ὅσα δὲ διὰ τῶν μεταξὺ καὶ μὴ αὐτῶν ἁπτόμενοι τοῖς ἁπλοῖς διαστήμασι. λέγω δ' οἷον, ἀέρι, καὶ ὕδατι. ἔχει δ' οὕτως. ὥστ' εἰ μὲν δι' ἑνὸς πλείω καὶ αἰσθητὰ ἕτερα ἀλλήλων ὄντα τῷ γένει, ἀνάγκη τὸν ἔχοντα τὸ τοιοῦτον αἰσθητήριον, ἀμφοῖν αἰσθητικὸν εἶναι. οἷον εἰ ἐξ ἀέρος ἐστὶ τὸ αἰσθητήριον. καὶ ἔστιν μεταξὺ ὁ ἀὴρ καὶ ψόφου καὶ χρόας. εἰ δὲ πλείω τοῦ αὐτοῦ οἷον χρόας καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ. ἄμφω γὰρ διαφανῆ. καὶ ὁ τὸ ἕτερον αὐτῶν ἔχων μόνον, αἰσθήσεται τοῦ δι' ἀμφοῖν.

*Præterea omnis ſenſus per medium ſentit, ut patuit, medium autem aut coniunctum, aut ſeiunctum externumque eſſe neceſſe eſt. At nos habemus utrunque, & id, inquam, quod eſt coniunctum, quo quidem tangentes ſentimus ſenſibilia tactum, & id etiam per quod eminus non tangentes ſentimus; id uero duplex eſt, ſpatium ſimplex, aer, inquam, & aqua. Res autem ita ſeſe habere uidetur, ut ſi ſenſibilia plura diuerſa genere per unum medium ſentiantur, neceſſarium ſit eum qui ſenſus inſtrumentum habeat tale, ſenſitiuum illorum eſſe: ut ſi ex aere ſenſus ſit inſtrumentum, & aer ſit medium in colore ſentiendo, ac ſono. Quòd ſi unum idemque per plura media ſentiatur, ut color per aerem, atque aquam (hæc enim utraque perſpicua ſunt) is qui alterum tantum habet ipſorum, ſentiet nimirum id quod per utrunque ſentiri poteſt.*

### Explanatio.

Quòd quinque ſint ſenſoria, probat ex natura medij, per quod ſentimus. Quinque ſunt modi ſentiendi per medium, ergo quinque ſenſoria; nam medium aut eſt caro, aut aer & aqua. Per carnem tangimus, vt per externum medium; per eandem guſtamus, vt per medium internum, quia ſentitur ſapor per coniunctionem humidi cum carne, quia humidum eſt ſubſtantia ſaporum. Aer & aqua eſt aut medium in viſu, quatenus eſt perſpicuum (nam color per aquã & aerem cernitur.) aut eſt medium & materia, idque duobus modis, aut ſine miſtione, vt aer eſt medium ſoni & materia, aut cum mixtione vnius cũ altero, aut aer & aqua eſt medium & materia odoris, quia ex miſtione aquæ & aeris diuaporat odor per aerem & aquam ad ſenſorium odoratus.

Par-

### Particula III.

τῶν δὲ ἁπλῶν, ἐκ δύο τούτων αἰσθητήρια μόνον ἐστὶν, ἀέρος καὶ ὕδατος. ἡ μὲν γὰρ κόρη, ὕδατος. ἡ δὲ ἀκοὴ, ἀέρος. ἡ δὲ ὄσφρησις, θατέρου τούτων. τὸ δὲ πῦρ, ἢ οὐδενὸς, ἢ κοινὸν πάντων. οὐδὲν γὰρ ἄνευ θερμότητος αἰσθητικόν. ἡ δὲ γῆ ἢ οὐδενὸς, ἢ ἐν τῇ ἀφῇ μάλιστα μέμικται ἰδίως.

*Nam ex hiſce duobus ſimplicibus tantum, inſtrumenta ſunt ſenſus, ex aere, atque aqua; etenim pupilla ex aqua, auditus ex aere, odoratus ex horum altero conſtat. Ignis aut nullius eſt inſtrumenti, aut communis omnium eſt: quippe cum ſine caliditate nihil ſit ſenſitiuum. Terra etiam, aut nullius eſt inſtrumenti, aut in tactu maxime commixta.*

### Particula IIII.

διὸ λείπετ' ἂν μηδὲν εἶναι αἰσθητήριον, ἔξω ὕδατος καὶ ἀέρος. ταῦτα δὲ καὶ νῦν ἔχουσιν ἔνια ζῷα. πᾶσαι ἄρα αἱ αἰσθήσεις ἔχονται ὑπὸ τῶν μὴ ἀτελῶν μηδὲ πεπηρωμένων. φαίνεται γὰρ καὶ ἡ ἀσπάλαξ ὑπὸ τὸ δέρμα ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμούς.

*Quocirca reſtat nullum ſenſus inſtrumentum eſſe præter aerem atque aquam. Hæc autem nonnulla nunc animalium habent. Ab iis igitur animalium, quæ ſunt perfecta, non imperfecta, nec membris capta, omnes ſenſus habentur: etenim & talpa ſub cute oculos habere uidetur.*

### Explanatio.

διό. Quia ſentire eſt pati recipere, ideo aer & aqua dominantur in ſenſorio quia facile patiuntur. ταῦτα δὲ καὶ νῦν. His quinque modis perfecta animalia ſentiunt per inſtrumenta ſenſus, ergo ſunt quinque ſenſus in perfectis animalibus πᾶσαι ἄρα αἱ αἰσθήσεις. At cõtradicat quis. Talpa eſt aliàs perfectum, tum non habet quinque ſenſus, quia caret oculis. Reſpon. habere quidem oculos, ſed conditos ſub membrana, ne à terra orbetur: quia prominentes oculi non fuiſſent vſui, victum ſub terra quæri tanti.

### Particula V.

ὥστε εἰ μήτε ἕτερόν ἐστι σῶμα καὶ πάθος ὃ μηδενός ἐστι τῶν ἐν ταῦτα σωμάτων, οὐδεμία ἂν ἐκλείποι αἴσθησις.

*Atque ſi nullum aliud corpus eſt, præter ea quæ percipimus eſſe, nec ullus alius affectus, præter eos qui corporibus hiſce competunt, quæ ſunt hic nullus profecto deficit ſenſus.* Explan. καὶ πάθος.i. qualitas tactilis.

### Particula VI.

ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν κοινῶν οἷόν τε εἶναι αἰσθητήριόν τι ἴδιον, ὧν ἑκάστῃ αἰσθήσει αἰσθανόμεθα κατὰ συμβεβηκός, οἷον, κινήσεως, στάσεως, σχήματος, μεγέθους, ἀριθμοῦ, ἑνός. ταῦτα γὰρ πάντα κινήσει αἰσθανόμεθα. οἷον μέγεθος κινήσει. ὥστε καὶ τὸ σχῆμα. μέγεθος γάρ τι καὶ τὸ σχῆμα. τὸ δὲ ἠρεμοῦν, τῷ μὴ κινεῖσθαι. ὁ δὲ ἀριθμός, τῇ ἀποφάσει τοῦ συνεχοῦς καὶ τοῖς ἰδίοις. ἑκάστη γὰρ ἓν αἰσθάνεται αἴσθησις.

*At uero neque ſenſus inſtrumentum quicquam proprium ſenſibilium communium eſſe poteſt: motus inquã quietis, figuræ, magnitudinis, numeri unius quæ unoquoque ſenſu ſentimus, non per accidens. Omnia enim hæc ſanè motu ſentimus, etenim magnitudo motu ſentitur. Quare & figura quidem, cum figura quædam magnitudo ſit. Et id quod quieſcit, ex eo quia nõ mouetur. Et numerus continui negatione, & ſenſilibus proprijs, unuſquiſque nanque ſenſus nimirum unum ſentit.*

### Explanatio.

Contradicat quis, ſunt obiecta communia quæ ſentit ſextus ſenſus ergo non ſunt quinque ſenſus, ſed plures Reſpõ. Ariſtoteles, obiecta propria ſentiri ab vno & proprio ſenſu, vt colorem non ab alio ſenſu quàm à viſu, & ſonum non ab alio quàm ab auditu Cõmunia vero ſentiri non ab vno, ſed à pluribus ſenſibus propriis, quia communia obiecta ſentiuntur per propria, vt viſu cernimus communia per colorem, quia cernimus colorem in magnitudine aut mobili, aut quieſcente in tali ſitu aut figura, aut in multitudine magnitudinum, aut in vna, per colorem ergo ſentimus magnitudinẽ, figuram, motum, quietem, numerũ, continuum, ſed alia obſcurius, vt quietem quæ ſentitur per priuationem motus, vt numerum per priuationem continui: alia clarius. ταῦτα γὰρ πάντα κινήσει. Sentimus communia, quia mouent & mutant propria ſenſoria, per obiecta propria, vt per colorẽ viſum, per ſonum auditũ.

### Particula VII.

ὥστε δῆλον, ὅτι ἀδύνατον ὁτουοῦν ἰδίαν αἴσθησιν εἶναι τούτων. οἷον κινήσεως. οὕτω γὰρ ἔσται, ὥσπερ νῦν τῇ ὄψει τὸ γλυκὺ αἰσθανόμεθα. τοῦτο δ᾽ ὅτι ἀμφοῖν ἔχοντες τυγχάνομεν αἴσθησιν, ᾗ ὅταν συμπέσωσιν, γνωρίζομεν. εἰ δὲ μὴ, οὐδαμῶς ἂν ἀλλ᾽ ἢ κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθανόμεθα. οἷον, τὸν Κλέωνος υἱὸν, οὐχ ὅτι Κλέωνος υἱός, ἀλλ᾽ ὅτι λευκός. τούτῳ δὲ συμβέβηκεν υἱῷ Κλέωνος εἶναι. τῶν δὲ κοινῶν ἔχομεν αἴσθησιν κοινὴν, οὐ κατὰ συμβεβηκός, οὐκ ἔτι ἰδίαν. οὐδαμῶς γὰρ ἂν αἰσθανόμεθα ἀλλ᾽ οὕτως, ὥσπερ εἴρηται, τὸν Κλέωνος υἱὸν ἡμᾶς ὁρᾶν. τὰ δ᾽ ἀλλήλων ἴδια κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθάνονται αἱ αἰσθήσεις, οὐχ ᾗ αὐταί, ἀλλ᾽ ᾗ μία, ὅταν ἅμα γένηται αἴσθησις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. οἷον, ὅτι ἡ χολὴ πικρὰ καὶ ξανθή. οὐ γὰρ δὴ ἑτέρας γε τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἄμφω ἕν. διὸ καὶ ἀπατᾶται. καὶ ἐὰν ᾖ ξανθόν, χολὴν οἴεται εἶναι.

*Quare patet fieri non poſſe, ut communium cuiuſque ſit proprius ſenſus, ſi enim eſſet, perinde tũc fieret, atq; nunc uiſu dulce ſentimus: quod quidem propterea fit, quòd utrorumque ſenſum habemus, quo cum concurrunt, agnoſcimus. Quod ſi ita non eſſet, nullo alio modo profecto*

*profecto niſi per accidens ſentiremus, quo pacto filium ſentimus Cleonis: non enim Cleonis filium, ſed album ſentimus: huic autem accidit, ut filius ſit Cleonis. At communium habemus iam ſenſum communem non per accidens ſanè. Nullus igitur ipſorum ſenſus eſt proprius: nullo enim ſentiremus modo, niſi eo quo diximus, filium uidere Cleonis. Propria autem ſenſibilia ſenſus ipſi per accidens, alter alterius ſentiunt: non hoc ſane quo ipſi ſunt, ſed quo unus, cum ſimul in eodem ſenſus efficitur, ceu bilem amaram eſſe, ac flauam: non enim ad alterum pertinet, unum ambo hæc eſſe dicere. Quapropter & errat, & ſi ſit quippiam flauum.*

Explanatio.

ὥσπερ νῦν τῇ ὄψει τὸ γλυκὺ αἰσθανόμεθα. Dictum eſt, communia obiecta ſentiri per accidens à pluribus ſenſibus: ſi per accidens, duobus modis intelligitur. Aut quando vnus ſenſus iudicat obiectum proprium alterius: iudicat autem, quia nulla obiecta propria in vno atque eodem ſubiecto conueniũt, ut viſus iudicat corpus album, ſicut lac, eſſe dulce, nam dulcis ſapor eſt obiectum proprium guſtatus. Aut quando ſenſus vnus iudicat obiectum non proprium vnius ſenſus, ſed commune plurium, vt viſu iudicamus eſſe filium Cleonis, quia accidit filio eſſe colorato ſiue albo. Hoc ſane iudicium eſt etiam commune aliorum ſenſuum, quia auditu iudicamus eſſe filium Cleonis, quia accidit eſſe clamoſo vel taciturno. Priore igitur modo communia obiecta non ſentiuntur à pluribus ſenſibus per accidens, ſed poſteriore modo, quia vnus ſenſus iudicat obiecta communia plurium ſenſuum, non propria vnius. τῶν δὲ κοινῶν ἔχομεν αἴσθησιν. Non intelligit ſenſum communem, qui eſt ſenſus interior, ſed ſenſus exteriores, qui vocantur potentiæ communes ſentiendi obiecta communia per propria: communiter enim obiecta communia ſentiuntur à proprijs ſenſibus pluribus. οὐχ ᾗ αὐταί. Non qua viſus eſt, ſentit dulcem ſaporem, quia vnius obiecti proprij eſt vnus ſenſus proprius. οὐ γὰρ δὴ ἑτέρας. Si vnus ſenſus iudicaret propriam obiectum alterius per ſe, erraret, quia iudicaret, reſpon. cauſa, omne corpus flauum eſſe amarũ, tamen vel eſt dulce, quod eſt flauũ.

Particula VIII.

Ζητήσειε δ' ἄν τις, τίνος ἕνεκα πλείους ἔχομεν αἰσθήσεις, ἀλλ' οὐ μίαν μόνην, ἢ ὅπως μὴ λανθάνῃ τὰ ἀκολουθοῦντα καὶ κοινά, οἷον κίνησις καὶ μέγεθος, καὶ ἀριθμός. εἰ γὰρ ἦν ἡ ὄψις μόνη καὶ αὕτη λευκοῦ, ἐλάνθανεν ἂν μᾶλλον. κἂν ἐδόκει ταὐτὸ εἶναι πάντα, διὰ τὸ ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις ἅμα χρῶμα καὶ μέγεθος. νῦν δ' ἐπεὶ ἐν ἑτέρῳ αἰσθητῷ τὰ κοινὰ ὑπάρχει, δῆλον ποιεῖ, ὅτι ἄλλο τι ἕκαστον αὐτῶν.

*Quæri poteſt autem, cuius nam gratia plures ſenſus, ſed non unum tantum habemus? An ut minus ipſa quæ ſequuntur, atque communia lateant, ut motus, & magnitudo, & numerus? Nam ſi eſſet ſolus uiſus, qui quidem eſt & coloris, magis laterent, ac idem eſſe omnia uiderentur, propterea quòd color & magnitudo ſimul ſe ſequuntur, & comitantur: nunc autem cum in alio quoque ſenſibili ipſa communia ſint, fit inde perſpicuum, unumquodque illorũ aliquid aliud eſſe, atque diuerſum.*

Explanatio.

Cur obiecta communia à pluribus ſenſibus ſentiantur, & non ab vno. ἢ ὅπως μὴ λανθάνῃ τά. An quia obiecta communia ſub pluribus obiectis propriis quàm ſub vno euidentius & diſtinctius cognoſcantur? nam euidentius iudicantur ſub colore à viſu, & ſub ſono ab auditu, & ſub ſapore à guſtatu, & ſub odore ab odoratu, quàm ſub ſolo colore, quando concurrunt iudicia multa multorum ſenſuum. τὰ ἀκολουθοῦντα. Quia obiecta communia ſequuntur cognitionem propriorum obiectorum.

Particula IX.

Ἐπεὶ δ' αἰσθανόμεθα ὅτι ὁρῶμεν καὶ ἀκούομεν, ἀνάγκη ἢ τῇ ὄψει αἰσθάνεσθαι ὅτι ὁρᾷ, ἢ ἑτέρᾳ. ἀλλὰ καὶ ἡ αὐτὴ ἔσται τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου χρώματος. ὥστε ἢ δύο τοῦ αὐτοῦ ἔσονται, ἢ αὐτὴ αὑτῆς. ἔτι δ' εἰ καὶ ἑτέρα εἴη τῆς ὄψεως αἴσθησις. ἢ εἰς ἄπειρον εἶσιν. ἢ αὐτή τις ἔσται αὑτῆς. ὥστε ἐπὶ τῆς πρώτης τοῦτο ποιητέον.

*Cum autem ſentiamus nos uidere, ac audire, neceſſe eſt aut uiſu ſentiamus nos uidere, aut alio ſenſu. At ſi alio ſenſu, tum idem ſenſus erit & ipſius uiſus, & etiã coloris ſubiecti. Quare uel duo ſenſus eiuſdem erunt ſubiecti, uel ſeipſum ſentiet ipſe. Præterea ſi alius ſit ſenſus, qui percipit ipſum uiſum, aut in infinitum fiet abitio, aut erit aliquis ſenſus, qui ſeipſum percipiet ſentientem: Quare idipſum in primo ſenſu continuo eſt faciendum.*

Explanatio.

Declaraturus naturam ſenſus communis, proponit duas quæſtiones vtiles ad eius declarationem, prima eſt, an ſenſus exteriores ſentiant ſuas operationes, vt an viſu ſentiamus nos videre colores, an alio ſenſu, ſi viſu, tum vnus ſenſus erit duorum obiectorum, tum viſionis, quæ eſt operatio, tum coloris obiecti proprij viſus. Si alio ſenſu, erit progreſſus infinitus ſenſuum, quia licebit ſemper interrogare, utrum ille ſenſus ſentiat operationem ſuam, an ab alio ſentiatur. Si ab alio, de illo licebit interrogare; ſin non ab alio, tunc vnus ſenſus erit duorum obiectorum ſenſus, ſed vnius ſenſus vnicum eſt obiectum proprium.

Particula X.

Ἔχει δ' ἀπορίαν. εἰ γὰρ τὸ τῇ ὄψει αἰσθάνεσθαί ἐστιν ὁρᾶν. ὁρᾶται δὲ χρῶμα, ἢ τὸ ἔχον, εἰ ὄψεταί τις τὸ ὁρῶν, καὶ χρῶμα ἕξει τὸ ὁρῶν πρῶτον.

*At hinc oritur dubitatio. Nam ſi uiſu quidem ſentire nihil aliud eſt, quam uidere, uidetur autem color, uel id quod habet colorem: ſi quippiam uiderit id, quod uidet, & colorem id habebit profecto quod uidet primum.*

Expla-

### Explanatio.

Secunda eſt: ſi viſu ſentire eſt videre colorem, & ſentire ſuam operationem.i.viſionem, vtrum viſio ſit colorata, & ſenſorium recipiens ſpeciem coloris ſit coloratum, quia omne recipiens debet eſſe nudatum à natura recepti. εἰ ὄψεται. ſi ſentiat ſuam operationem. i. viſionem. ἔξει τὸ ὁρῶν πρῶτον. Inſtrumentum & ſenſorium quod recipit viſionem & colorationem vtrum ſit coloratum.

### Particula X I.

φανερὸν τοίνυν, ὅτι οὐχ ἓν τὸ τῇ ὄψει αἰσθάνεσθαι. καὶ γὰρ ὅταν μὴ ὁρῶμεν τῇ ὄψει, κρίνομεν καὶ τὸ σκότος καὶ τὸ φῶς. ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως. ἔτι δὲ καὶ τὸ ὁρῶν ἔστιν ὡς κεχρωμάτισται. τὸ γὰρ αἰσθητήριον, δεκτικὸν τοῦ αἰσθητοῦ ἄνευ τῆς ὕλης ἕκαστον. διὸ καὶ ἀπελθόντων τῶν αἰσθητῶν, ἔνεισιν αἱ αἰσθήσεις καὶ φαντασίαι ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις. ἡ δὲ τοῦ αἰσθητοῦ ἐνέργεια καὶ τῆς αἰσθήσεως, ἡ αὐτὴ μέν ἐστι καὶ μία. τὸ δὲ εἶναι αὐταῖς, οὐ ταυτόν. λέγω δ' οἷον ψόφος ὁ κατ' ἐνέργειαν, καὶ ἀκοὴ ἡ κατ' ἐνέργειαν. ἔστι γὰρ ἀκοὴν ἔχοντα, μὴ ἀκούειν. καὶ τὸ ἔχον ψόφον, οὐκ ἀεὶ ψοφεῖ. ὅταν δ' ἐνεργῇ τὸ δυνάμενον ἀκούειν, καὶ ψοφῇ τὸ δυνάμενον ψοφεῖν, τότε ἡ κατ' ἐνέργειαν ἀκοὴ ἅμα γίνεται καὶ ὁ κατ' ἐνέργειαν ψόφος. ὥστι καὶ φήσειεν ἄν τις, τὸ μὲν εἶναι ἄκουσιν. τὸ δὲ ψόφησιν.

*Patet igitur, non unum idipſum eſſe, ſentire, inquam, uiſu: nam cum non uidemus, tenebras & lumen uiſu diſcernimus, ſed non eodem, ut patet modo. Praeterea id ipſum etiam quod uidet, colore quodam modo delibutum eſt. Inſtrumentum enim uniuscuiuſque ſenſus, ipſum ſenſibile ſine materia ſuſcipit, uti diximus. Quocirca ſenſibilibus ipſis ſemotis, inſunt in ſenſuum inſtrumentis ſenſus, imaginationesq́. Atqui operatio rei ſenſibilis, atque ſenſus, una quidem & eadem eſt: at earum ratio non eadem eſt: dico autem ſonum actu, & auditum actu: fit enim ut is, qui auditum habet, non audiat, & id quod habet ſonum non ſemper ſonet: ſed cum operatur id, quod audire, poteſt, tum ſimul fit & auditus actum, & ſonus etiam actu: quorum alterum qui ſpiam auditionem, alterum ſonationem eſſe, non incongruè dicere poteſt.*

### Explanatio.

Solut. ſed pro intelligenda ſolutione obſeruandum eſt, ſenſus communis duplicem eſſe poteſtatē, vna eſt poteſtas ſentiendi operationes cuiuſcunque ſenſus exterioris, vt viſus ſentit proprium obiectum colorem, quia recipit tantum ſpeciem coloris, ſed non ſentit ſe recipere, hoc eſt, non ſentit ſe videre colorem ſiue operationem, ſed ſenſus communis ſentit operationem.i.viſionem, quia ſentit receptā ſpeciem, nam recepta ſpecies in ſenſorio & ſenſu.i. viſu mouet ſenſum communem. Senſus communis motus iudicat illam ſpeciem receptam in ſenſu exteriore repræſentare ſibi colorem, qui eſt in materia colorata, & ideo opera ſēſus cōmunis ſentimus nos ſentire, aut videre, aut audire, aut exercere aliàs operationes ſenſuum exteriorum. Itaque ſenſus exterior partim eſt poteſtas paſsiua, quia recipit ſpeciem coloris (recipere enim eſt pati à proprio obiecto) partim actiua, quia ſpecies recepta in ſenſu exteriore & ſenſorio mouet ſenſum communem, qui eſt poteſtas paſsiua, quia mouetur à ſenſu exteriore, & cuius ſentit operationem, ei coniungitur & hæret, atque à coniunctione nominatur: ſi ſentit operationem viſus, denominatur viſus: ſi operationem auditus, nominatur auditus. Altera poteſtas eſt agnoſcendi differentias obiectorum, quæ ſunt propria ſenſuum exteriorum, vt coloris, & ſoni, & ſaporis. Itaque Ariſtoteles reſpondet non ſentire nos videre viſu, ſed ſenſu communi, quia ſentit operationes ſenſuum exteriorum. ἔτι δὲ καὶ τὸ ὁρῶν. Soluit alteram quæſtionem. Senſorium eſt coloratum, tum quia accipit ſpeciem coloris ſenſilis ſine materia, tum quia a moto ſenſili in ſenſorio relinquitur ſpecies rei ſenſilis, tum quia actio & operatio ſentientis. i. patientis & agentis. i. ſenſilis obiecti eſt vna atque eadem ſubiecto, ratione differt. Et eadem intelligitur, quando agens & patiens actu operantur, non poteſtate, vt quando color mouet viſum.

### Particula XII.

εἰ δ' ἐστὶν ἡ κίνησις καὶ ἡ ποίησις καὶ τὸ πάθος ἐν τῷ ποιουμένῳ, ἀνάγκη καὶ τὸν ψόφον καὶ τὴν ἀκοὴν τὴν κατ' ἐνέργειαν, ἐν τῇ κατὰ δύναμιν εἶναι. ἡ γὰρ τοῦ ποιητικοῦ καὶ κινητικοῦ ἐνέργεια ἐν τῷ πάσχοντι ἐγγίνεται. διὸ οὐκ ἀνάγκη τὸ κινοῦν κινεῖσθαι. ἡ μὲν οὖν τοῦ ψοφητικοῦ ἐνέργεια, ἐστὶ ψόφος, ἢ ψόφησις. ἡ δὲ τοῦ ἀκουστικοῦ ἀκοή, ἢ ἄκουσις. διττὸν γὰρ ἡ ἀκοή, καὶ διττὸν ὁ ψόφος.

*Quòd ſi motus, & actio, atque paſſio, in eo eſt quod patitur, atque mouetur, neceſſe eſt ſonum & auditum actu, in auditu, qui eſt potentia, eſſe: agentis nanque mouentisque operatio, in ipſo patiente ſuſcipitur atque ineſt. Quocirca non neceſſe eſt, id quod motu ciet, moueri. Actus igitur ſonatiui, ſonus eſt uel ſonatio: auditiui uero, auditus, uel auditio: duplex enim eſt auditus, & duplex etiam ſonus.*

### Explanatio.

Quamuis operatio agentis & patientis vt ſentientis & ſenſilis ſit vna, eſt tamen in patiente vt in ſubiecto & fundamento, non in agente, alioqui idem mouens moueretur, & eſſet idem mouens & motum.

### Particula XIII.

ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων καὶ αἰσθητῶν. ὥσπερ γὰρ ἡ ποίησις καὶ ἡ πάθησις ἐν τῷ πάσχοντι ἢ οὐκ ἐν τῷ ποιοῦντι, οὕτω καὶ ἡ τοῦ αἰσθητοῦ ἐνέργεια ἐν τῷ αἰσθητικῷ. ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν ὠνόμασται. οἷον ἡ ψόφησις, καὶ ἡ ἄκουσις. ἐπὶ δ' ἐνίων ἀνώνυμον θάτερον. ὅρασις γὰρ λέγεται, ἡ τῆς ὄψεως ἐνέργεια. ἡ δὲ τοῦ χρώματος, ἀνώνυμος. καὶ γεῦσις, ἡ τοῦ γευστικοῦ. ἡ δὲ τοῦ χυμοῦ, ἀνώνυμος.

Eadem

*Eadem eſt & in cæteris ſenſibus, ac ſenſibilibus ratio: atque ut actio, paſſioque non in agente eſt, ſed in eo quod patitur, ſic & ipſius ſenſibilis actio in ipſo eſt ſenſitiuo. Sed in quibuſdam nomina quoque ſunt poſita, ut ſonatio, ac auditio; in quibuſdam autem caret alterum nomine: operatio enim uiſus, uiſio dicitur: at coloris, nomine uacat, operatio præterea guſtus, guſtatio dicitur. at ſaporis, nomen non habet.*

Explanatio.

ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν. Quòd operatio ſenſus exterioris ſentientis & obiecti ſenſilis, ſit in ſenſu ſicut in ſubiecto & fundamento, hoc eſt in ſenſorio, in quo eſt vis ſentiendi. i. ſenſus confirmat hoc ſigno, quòd operatio ſemper habet nomen à ſenſu, & non ſemper à ſenſili, ut operatio viſus nomen habet à viſu, non à colore, dicitur enim ὅρασις: & operatio guſtatus retinet nomen guſtatus, & amittit nomen ſaporis, quia nominatur γεῦσις.

Particula XIIII.

ἐπεὶ ἡ μία μὲν ἐστιν ἐνέργεια ἡ τοῦ αἰσθητοῦ καὶ τοῦ αἰσθητικοῦ, τὸ δ' εἶναι ἕτερον, ἀνάγκη ἅμα φθείρεσθαι καὶ σώζεσθαι τὴν οὕτω λεγομένην ἀκοὴν καὶ ψόφον, καὶ χυμὸν δὴ καὶ γεῦσιν, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. τὰ κατὰ δύναμιν λεγόμενα οὐκ ἀνάγκη.

*Hæc cum ita ſint, atque unus actus rei ſenſibilis, ſenſitiuique ſit, quam uis diuerſas habeat rationes, ſicut diximus, neceſſe eſt ſimul corrumpantur, ſimulque ſint ſalua, auditus ac ſonus, qui hoc modo dicuntur, & ſapor itidem, & guſtus, cæteraque ſimiliter. At ea quæ dicuntur potentia, non hanc ipſam profectò neceſſariò ſubeunt legem.*

Explanatio.

Quòd operatio ſenſus & ſenſilis ſit vna eademq; ſubiecto, probat duplici ſigno, primum eſt, quia ſenſus & ſenſile natura ſimul ſunt. Eſſe ſimul natura intelligit, quando actu ſunt, hoc eſt operantur, & ſenſus mutatur ſiue patitur, & ſenſile mutat ſiue agit: quando poteſtate ſunt. i. poſſunt operari, ſed nondum operantur, tunc non ſunt natura ſimul, hoc eſt, non inuicem ſe auferunt & inferunt, quia poteſt eſſe ſenſile, ſublato & abolito ſenſu, ſed ſimul natura intelliguntur ſenſus & ſenſile.

Particula XV.

ἀλλ' οἱ πρότερον φυσιολόγοι τοῦτο οὐ καλῶς ἔλεγον, οὐθὲν οἰόμενοι, οὔτε λευκὸν, οὔτε μέλαν εἶναι ἄνευ ὄψεως, οὐδὲ χυμὸν ἄνευ γεύσεως. τῇ μὲν γὰρ ἔλεγον ὀρθῶς. τῇ δ' οὐκ ὀρθῶς διχῶς γὰρ λεγομένης τῆς αἰσθήσεως καὶ τοῦ αἰσθητοῦ, τῶν μὲν κατὰ δύναμιν. τῶν δὲ, κατ' ἐνέργειαν, ἐπὶ τούτων μὲν συμβαίνει τὸ λεχθέν. ἐπὶ δὲ τῶν ἑτέρων, οὐ συμβαίνει. ἀλλ' ἐκεῖνοι ἁπλῶς ἔλεγον περὶ τῶν λεγομένων οὐχ ἁπλῶς.

*Non rectè igitur priores naturales Philoſophi ſentiebant, qui quidem ſine uiſu neque album ullum, neque nigrum eſſe dicebant, neque item ullum ſine guſtu ſaporem. Nam partim rectè partim non rectè cenſebant, etenim cum dupliciter ſenſus, ſenſibileque dicatur, potentia atque actu, in his quidem ſecundis fit id ipſum ſanè quòd dictum eſt, in illis autem primis non fit, ut luce clarius extat. At illi de hiſce ſimpliciter loquebantur quæ ſimpliciter non dicuntur.*

Explanatio.

Coarguit antiquos philoſophos, qui promiſcuè & ſine diſtinctione pronunciarunt, ſenſum & ſenſile eſſe natura ſimul, hoc eſt inuicē auferri & inferri.

Particula XVI.

εἰ δ' ἡ συμφωνία φωνή τίς ἐστιν, ἡ δὲ φωνὴ καὶ ἀκοὴ ἐστιν ὡς ἕν, καὶ ἔστιν ὡς οὐχ ἓν τὸ αὐτό. λόγος δ' ἡ συμφωνία, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀκοὴν λόγον τινὰ εἶναι. καὶ διὰ τοῦτο, καὶ φθείρει ἕκαστον ὑπερβάλλον καὶ τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ τὴν ἀκοήν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν χυμοῖς τὴν γεῦσιν. καὶ ἐν χρώμασι τὴν ὄψιν, τὸ σφόδρα λαμπρὸν, ἢ τὸ ζοφερόν. καὶ ἐν ὀσφρήσει, ἡ ἰσχυρὰ ὀσμὴ καὶ γλυκεῖα καὶ πικρά. ὡς λόγου τινὸς ὄντος τῆς αἰσθήσεως. διὸ καὶ ἡδέα μὲν, ὅταν ἄγηται, εἰλικρινῆ καὶ ἄμικτα ὄντα ἄγηται εἰς τὸν λόγον. οἷον τὸ ὀξὺ. ἢ γλυκὺ. ἢ ἁλμυρόν. ἡδέα γὰρ τότε. ὅλως δὲ μᾶλλον τὸ μικτὸν συμφωνία, ἢ τὸ ὀξὺ, ἢ βαρύ. ἁφῇ δὲ, τὸ θερμαντικὸν ἢ ψυκτικόν. ἡ δὲ αἴσθησις, ὁ λόγος. ὑπερβάλλοντα δὲ, ἢ λυπεῖ, ἢ φθείρει.

*Quòd ſi uox quædam concentus eſt: uox autem & auditus tum unum, tum non unum, aut non idem ſunt, & concentus eſt ratio, neceſſe eſt auditum quandam eſſe rationem. Atque ob id ipſum exuperans, quodque tam acutum, quàm graue corrūpit auditum, atque deuaſtat; & in ſaporibus guſtum: & in coloribus uiſum, id quod nimium eſt ſplendidum, & tenebroſum: & in odoribus uehemens odor, ſiue dulcis, ſiue amarus: quia ſenſus ipſe quædam eſt ratio rata. Quocirca ſenſibilium ea quæ ſincerè talia, quæque ſimplicia ſunt, ut acutum uel dulce, uel ſalſum, cum reducuntur ad rationem, ſenſui ſiunt iucunda: tunc enim ipſum delectare uidentur. Omnino autem ipſum miſtum magis cōcentus eſt, quàm acutum, uel graue. Tactui quoque non calidum ſanè ſimplex, at frigidum, ſed id quod eſt ad rationem redactum, amicum eſt atque iucundum: enimuero ſenſus ipſe ratio quædam eſt, uti diximus: ſenſibilium autem ea quæ exuperant, aut dolorem afferunt ipſi, aut tandem ipſum corrumpunt.*

Explanatio.

Alterum ſignum eſt, quoniam ſenſus & ſenſile ſunt ſymmetra. i. proportione conformia, idq; quia illorum operatio eſt vna eademque ſubiecto, ſed ratione differt, vt vox & auditio eſt vna operatio, relata ad ſympſoniam. i. ad ſenſile, dicitur vox: relata ad ſenſum, dicitur auditio, ſi vox eſt proportionata, auditio erit proportionata; ſi diſſoluatur proportio auditus, diſſoluetur quoque proportio auditionis, atque ſenſus qui dicitur auditus; quia ſenſus conſiſtit in ſymmetria & proportione. καὶ τὴν ἀκοὴν λόγον.

Senſus

Senſus eſt proportio. Eſt definitio ſumpta à forma, & in genere relationis, quia ſua ratio formalis eſt proportio. Rurſum, ſenſus eſt potentia naturalis in ſenſorio, eſt definitio ſumpta à materia, & eſt in ſecunda ſpecie qualitatis. καὶ διὰ τοῦτο. Quòd ſint ſenſus & ſenſile proportione conformia, declarat hoc ſigno, quòd excellens, ſenſile, hoc eſt excedens proportionem ſenſus, corrumpit ſenſum, ſiue ſenſorium, in quo eſt ſenſus; idem rediens ad ſuam proportionem, ſenſum conſeruat, & delectat ſenſum. καὶ φθείρει. Corrũpit ſenſum, quia corrũpit cõpoſitũ ex materia & forma, materia eſt ſenſoriũ, forma eſt ſenſus in ſenſorio: quia forma & materia, non agit neque patitur, ſed eſt compoſitum ex materia & forma, & ideo ſenſus non ſentit, ſed eſt principium ſentiendi formale, ſicut ſenſorium materiale. ὡς λόγου τινός. Conſiſtit in quadam proportione, ſiue mediocritate ſenſus, ut inquit lib. 3. tex. 31.

## Particula XVII.

ἑκάστη μὲν οὖν αἴσθησις, τοῦ ὑποκειμένου αἰσθητοῦ ἐστιν, ὑπάρχουσα ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ ᾗ αἰσθητήριον. καὶ κρίνει τὰς τοῦ ὑποκειμένου αἰσθητοῦ διαφοράς. οἷον, λευκὸν μὲν καὶ μέλαν, ὄψις. γλυκὺ δὲ καὶ πικρόν, γεῦσις. ὁμοίως δ᾽ ἔχει τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

*Vnuſquiſque igitur ſenſus, ut ſæpe diximus, ſenſibilis eſt obiecti, eſtque in inſtrumento ſuo, ea ratione, qua illud ſenſus eſt inſtrumentum, & differentias ſenſibiles obiecti ſui diſcernit, ut album quidem, & nigrum uiſus, dulce autem & amarum guſtus, & cæteri ſimiliter ſenſus.*

### Explanatio.

Ex collatione ſenſilis obiecti cum ſenſu, concludit naturam ſenſus cõmunis interioris. Primò quidem ſenſus exterior non iudicat neque ſuam neque aliorum ſenſuum operationem, quia nullus ſenſus exterior ſentit ſe ſentire, ſed iudicat obiectum proprium ſenſile, & eius partes, ſiue differentias, ut viſus colorem & eius differentias, album, nigrum; vt guſtatus ſaporem, eius differentias, amarum, dulcẽ, iudicat autem proxime & ſine medio obiectum ſenſile. Sed operationes exteriorum ſenſuum iudicat ſenſus communis; viſu enim non ſentimus nos videre, ſed ſenſu interiore. ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ. qua eſt ſubiectum ſenſus: nam ſenſus eſt principium ſentiendi in ſenſorio.

## Particula XVIII.

ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ λευκὸν καὶ τὸ γλυκὺ καὶ ἕκαστον τῶν αἰσθητῶν, πρὸς ἕκαστον κρίνομεν, τινὶ καὶ αἰσθανόμεθα, ὅτι διαφέρει. ἀνάγκη δὴ αἰσθήσει. αἰσθητὰ γὰρ ἐστιν.

*At enim cum album, & dulce, & ſingula ſenſibiliũ ad ſingula nimirum aliquo comparemus, ac diſcernamus, & ſentiamus differre, neceſſe eſt idipſum profecto fieri ſenſu, quippe cum illa ſenſibilia ſint.*

### Explanatio.

Deinde vero ſenſus communis agnoſcit differentias inter obiecta propria ſenſuum exteriorum, vt colorem differre à ſapore, & ſaporem ab odore; nam intellectus non agnoſcit has differentias, quia ſenſile eſt obiectum proprium ſenſus, non intellectus, ergo iudicantur à ſenſu, non quidem exteriore (quia exterior non iudicat obiecta aliorum ſenſuum, non enim uiſus iudicat ſaporem, niſi per accidens) ergo iudicantur à ſenſu interiore, non proxime, ſed mediis ſenſibus exterioribus, quia ſenſus communis iudicat ſenſilia per ſenſus exteriores medios.

## Particula XIX.

ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἡ σὰρξ οὐκ ἐστι τὸ ἔσχατον αἰσθητήριον. ἀνάγκη γὰρ ἦν ἁπτόμενον αὐτοῦ, κρίνειν τὸ κρῖνον. οὔτε δὴ κεχωρισμένοις ἐνδέχεται κρίνειν τὸ κρῖνον. ὅτι ἕτερον τὸ γλυκὺ τοῦ λευκοῦ. ἀλλὰ δεῖ ἑνί τινι, ἄμφω δῆλα εἶναι. οὕτω μὲν γὰρ κἂν εἰ τοῦ μὲν, ἐγώ. τοῦ δὲ, σὺ αἴσθοιο. δῆλον ἂν εἴη, ὅτι ἕτερα ἀλλήλων. δεῖ δὲ τὸ ἓν λέγειν, ὅτι ἕτερον. ἕτερον γὰρ τὸ γλυκὺ, τοῦ λευκοῦ. λέγει ἄρα τὸ αὐτό. ὥστε ὡς λέγει, οὕτω καὶ νοεῖ καὶ αἰσθάνεται. ὅτι μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε κεχωρισμένοις κρίνειν τὰ κεχωρισμένα, δῆλον. ὅτι οὐδ᾽ ἐν κεχωρισμένῳ χρόνῳ, ἐντεῦθεν. ὥσπερ καὶ τὸ αὐτὸ λέγει, ὅτι ἕτερον τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν, οὕτω καὶ ὅτε θάτερον λέγει ὅτι ἕτερον, καὶ θάτερον, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ ὅτε. λέγω δ᾽ οἷον νῦν λέγω, ὅτι ἕτερον. οὐ μέντοι ὅτι νῦν ἕτερον. ἀλλ᾽ οὕτω λέγει καὶ νῦν, καὶ ὅτι νῦν, ἅμα ἄρα. ὥστε ἀχώριστον καὶ ἐν ἀχωρίστῳ χρόνῳ.

*Quo patet, carnem ultimum inſtrumentum ſenſus nõ eſſe; nam neceſſe eſſet à !, quod diſcernit tangendo diſcernere. Fieri igitur non poteſt, ut ſeparatis diſcernatur dulce diuerſum eſſe ab albo, ſed uni cuiplam ambo nota eſſe oportet, illorumque modo ſane pateret inter ſeſe illa differre, etiam ſi alterum ego, alterum tu ſentires. Vnum igitur dicat oportet diuerſa eſſe, dulce et album. Dicit igitur idem; quare ut dicit, ſit & intelligit atque ſentit. Patet ergo fieri non poſſe, ut ſeparatis ſeparata diiudicentur. At hinc patet, neque fieri poſſe, ut ſeparato in tempore diſcernãtur. Nam ut idem aliud eſſe bonum, ac malum dicit, ſic quando alterum dicit aliud eſſe, tunc & alterum etiam dicit; atque dico quãdo non per accidens, ueluti nunc dico quippiam aliud eſſe, non tamen dico illud nunc aliud eſſe: ſed hoc pacto non dicit, ut dicat, & nunc illud eſſe, ſimul igitur dicit. Quo fit, ut inſeparabile & in inſeparabili tempore, ſeparata diſcernat.*

### Explanatio.

Sed ſi quis ſenſus exterior iudicaret differentias inter obiecta propria ſenſuum exteriorum, maximè eſſet tactus, quia eſt ſenſus multorum ſenſilium ſiue tactilium, ſed tactus eſſe non poteſt, vt ex natura eius inſtrumenti intelligi poteſt, quia eius ſenſorium, quod eſt caro, reciperet omnia ſenſilia diuerſorum ſenſuum, ſed non recipit, quia non eſt vltimum ſenſorium,

ſorium.

ſorium omnium ſenſilium, quia ſi eſſet ſenſoriū omnium, tunc omnia ſenſilia iudicaremus tangētes, ſed non omnia iudicamus tangentes quia iudicamus colorē differre à ſono non tangentes, ergo ſenſoriū iudicat tactū non agnoſcere differētias aliorū ſenſuū. οὔτε δὴ κεχωρισμένοις. Neq; ſeparatis ſenſibus. v. g. viſu & guſtatu iudicante differentiæ ſenſiliū, alioqui ab vno & eodem ſenſu non iudicarentur, ſed clarum eſt oportere diuerſitatem multorum ſenſuum iudicari ab vno, qui ſit diuerſus ab illis cæteris, quia perinde erit ac ſi ego vnum tu alterū ſenſile iudicares, ſed hoc non eſt iudicare differentias. ὅτι οὐδ' .i. iudicat ſenſus communis ſenſilia diuerſa ſenſuum exteriorū non diuerſo tempore, ſed eodem temporis momento, album colorem, reſpon. cauſa, nō eſſe ſaporē vel odorem, qui ſenſus cōis eſt poteſtas indiuidua, ergo indiuiduo tempore iudicat; quia omnis poteſtas quæ iudicat cōponendo eadem & diuidendo diuerſa, & cōparādo vtraque, eſt indiuidua, ſicut eſt intellectus, phantaſia, ſenſus communis. οὐ κατὰ συμβεβηκός· τοῦτο. Concipitur duobus modis, aut pro pauco tempore, q̄ habet præteritum et futurum: aut pro momento indiuiduo. Paucum tēpus eſt per accidens tēpus, quia pars præterita fuit & præterijt, futura nondum eſt tempus. Sed momentum eſt tempus per ſe, q̄a nihil t̄pis habemus aliud quàm inſtās.

## Particula XX.

ἀλλὰ μὴν ἀδύνατον ἅμα τὰς ἐναντίας κινήσεις κινεῖσθαι τὸ αὐτό, ᾗ ἀδιαίρετον, καὶ ἐν ἀδιαιρέτῳ χρόνῳ. εἰ γὰρ γλυκύ, ὡδὶ κινεῖ τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν νόησιν. τὸ δὲ πικρὸν, ἐναντίως. καὶ τὸ λευκόν, ἑτέρως. ἆρ' οὖν ἅμα μὲν καὶ ἀριθμῷ ἀδιαίρετον καὶ χρόνῳ ἀχώριστον τὸ κρῖνον. τῷ εἶναι δὲ κεχωρισμένον. ἔστι μὲν δή πως ὡς τὸ διαιρετὸν τῶν διῃρημένων αἰσθάνεται. ἔστι δ' ὡς ᾗ ἀδιαίρετον. τῷ εἶναι μὲν γὰρ διαιρετόν. τόπῳ δὲ καὶ χρόνῳ, καὶ ἀριθμῷ, ἀδιαίρετον.

*At uerò fieri non poteſt, ut ſimul idem ea ratione, qua diuiſibile eſt, & in indiuiſibili tempore motibus contrarijs moueatur. At dulce quidem ſic mouet ſenſum, ac intellectum: amarum autem, contrario modo; & album itidem diuerſo. Eſt ne igitur quod diſcernit, indiuiſibile quidem numero, ſeparatum autem ratione? Partim igitur ut diuiſibile res ſentit diuiſas, partim ut indiuiſibile. nam ratione quidem diuiſibile, loco autem atque numero, indiuiſibile eſt.*

### Explanatio.

At contradicat quis: ſi ſenſus cōis eſt poteſtas indiuidua, tempore indiuiduo ſentiens diuerſa ſenſilia, ſequeretur vnum & idem indiuiduum moueri à contrarijs formis, quia moueretur à dulci & amaro ſapore. ἆρ' οὖν ἅμα μὲν καὶ. Alioqui ſoluunt, eſſe ſubiecto indiuiduum ſenſum communem, ratione diuiduum, quia recipit diuerſas formas; itaque diuiduum poteſt moueri à contrarijs formis ſenſilium, indiuiduum non item.

## Particula XXI.

ἢ οὐχ οἷόν τε, δυνάμει μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ διαιρετὸν καὶ ἀδιαίρετον καὶ τὰ ἐναντία. τῷ δ' εἶναι, οὔ. ἀλλὰ τῷ ἐνεργεῖσθαι διαιρετόν. καὶ οὐχ οἷόν τε ἅμα. λευκὸν καὶ μέλαν εἶναι.

*An id minime fieri poteſt? Idem enim potentia quidem eſt ipſa contraria, & diuiſibile & indiuiſibile: actu autem eſſe non poteſt, ſed patiendo diuiſibile eſt. At fieri nequit, ut ſimul ſit album & nigrum.*

### Explanatio.

Refutat hanc ſolutionem: quoniam idem tam diuiduum quàm indiuiduum poteſtate eſt contraria. i. poteſt recipere formas contrarias: ſed ponamus, recipere, quia quod poteſt eſſe, ſi ponamus eſſe, nullū ſequitur impoſsibile, ergo indiuiduum actu recipiet contraria, & ideo mouetur à motibus contrarijs. Potuiſſet Ariſtoteles reſpondere, formas in materia eſſe quidem contrarias, ſed in ſenſorio receptas ſine materia non eſſe contrarias. Sed voluit afferre ſolutionem aliorum, & refutare, ut oſtenderet, quomodo ſenſus communis eſt vnus ſenſus, & plures vno.

## Particula XXII.

ὥστ' οὐδὲ τὰ εἴδη πάσχειν αὐτῶν, εἰ τοιοῦτον ἡ αἴσθησις καὶ ἡ νόησις. ἀλλ' ὥσπερ ἣν καλοῦσί τινες στιγμήν, ᾗ μία καὶ ᾗ δύο, ταύτῃ καὶ διαιρετή. ᾗ μὲν οὖν ἀδιαίρετον, ἓν τὸ κρῖνόν ἐστι καὶ ἅμα. ᾗ δὲ διαιρετὸν ὑπάρχει, οὐχ ἕν. δὶς γὰρ τῷ αὐτῷ χρῆται σημείῳ ἅμα. ᾗ μὲν οὖν δυσὶ χρῆται τῷ πέρατι, δύο κρίνει καὶ κεχωρισμένα ἐστίν, ὡς κεχωρισμένως. ᾗ δ' ἕν, ἑνὶ καὶ ἅμα. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀρχῆς ᾗ φαμεν τὸ ζῷον αἰσθητικὸν εἶναι, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

*Quare neque formas ipſorum ſimul ſenſus, ac intellectus, ſi talia ſint ut patiantur, ſuſcipient. At enim hoc perinde ſeſe habet, atque id quod quidam punctum appellant, quod quidem tum unum eſt, tam duo quo pacto & diuiſibile eſt. Quo igitur indiuiſibile eſt, hoc unum eſt id quod diſcernit, ac ſimul, quo uero eſt diuiſibile hoc non unum eſt: bis enim eiuſdem ſigni ſimul fit uſus. Quo ergo finis uſus ſit ut duorum, hoc duo diſcernit, atque eſt ſeparata, ut ſeparatum: quo uero unum eſt, hoc unus ſit uſus & ſimul.*

### Explanatio.

Soluit Ariſtoteles vt pūctus eſt vnus quatenus eſt terminus lineæ, duo uero quatenus eſt idem principium vnius, & finis alterius. Sic ſenſus cōis eſt vnus quatenus eſt terminus immutationū ſenſiliū, & proprie vocatur cōis, quia nulli ſenſui exteriori hæret & adiungitur. Quatenus verò eſt terminus immutationis allatæ per viſum à colore, aut per auditū à ſono, aut per odoratum ab odore, aut per guſtatum à ſapore, aut per tactum à patris qualitatibus, eſt diuiduus. i. diuiditur in duas & plures. & à quo immutatur illi hæret & adiungitur, & cui hæret, ab illo nominatur; nominatur viſus, ſi per viſum à colore mutatur, ſi per auditum à ſono, nominatur auditus. Itaque ſenſus communis qua vnus eſt &



indi-

indiuiduus, non mutatur à contrarijs, ſed qua eſt diuiduus in plures ſenſus δύο γάρ. Bis vtitur, & pro termino quo partes lineę continuantur & pro termino qui eſt finis & principium. πῃ ἰμένοιν. Hactenus de ſenſu cum exteriori tum interiori, qui dicitur cōmunis, per quoniam animal eſt animal, nā quia ſentit, ideo eſt animal.

## Particula XXIII.

Ἐπεὶ δὲ δύο διαφοραῖς ὁρίζονται μάλιστα τὴν ψυχήν, κινήσει τε τῇ κατὰ τόπον καὶ τῷ νοεῖν, καὶ αἰσθάνεσθαι. δοκεῖ δὲ τὸ νοεῖν, καὶ τὸ φρονεῖν, ὥσπερ αἰσθάνεσθαί τι εἶναι. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τούτοις ἡ ψυχή, κρίνει τε καὶ γνωρίζει τῶν ὄντων. καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταυτὸν εἶναι φασιν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε. πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι. καὶ ἐν ἄλλοις. ὅθεν σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται. τὸ δ' αὐτὸ βούλεται τούτοις καὶ τὸ τοῦ Ὁμήρου. τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

*Cùm autem duabus priſci differentijs maxime definiāt animam, motione inquam loco accommodata, & intelligendo, & diſcernendo ac ſentiendo: conſiderandum eſt ſi quid interſit inter intelligere ac ſentire. Videtur nāque tam intelligere quàm etiam ſapere, ueluti quoddam eſſe ſentire: etenim his utriſque rerum aliquas anima diſcernit atque cognoſcit. Et ueteres idē eſſe ſapere ſentireq; cenſent. quemadmodum & Empedocles dixit, Ad præſens hominum creſcit ſapientia ſemper. Et alibi rurſus, Hinc uaria his ſemper prudentia ſomnia monſtrat. Idē & Homerus, his carminibus ſenſiſſe uidetur: Tales nanque inſunt mentes mortalib. ipſis, quales quotidie ſummi ſert rector olympi.*

### Explanatio.

Hactenus docuit, ſenſum cōem eſſe poteſtatē animæ ſentiendi cuiuſcunq; ſenſus exteriores, tum operationes tū differentias ſenſibiliū. Nunc conſequēs erat, vt exponeret reliquos ſenſus interiores, phantaſiā, memoriam & intellectum, quia ſunt opera quoquæ animæ, ſed quia veteres philoſophi phantaſiam & intellectum cōfundebant cum ſenſu cōi, ideo affert primo diſcrimen inter ſenſum & intellectū, deinde inter ſenſum & phantaſiam, & intellectū & opinionem. ἐν ἀμφοτέροις. Tribus rationibus probabāt idē eſſe intelligere quod ſentire. Prima eſt, quia intelligere & iudicare & cognoſcere & ſentire eſt iudicare & cognoſcere, ergo itelligere & ſentire ſunt idē. Nā quæ conueniunt vni tertio, ſunt eadem inter ſe. καὶ οἵ γε. ſecūda ratio: ſenſus & intellectus eſt vis corporea, ergo ſunt idem, quia vterq; patitur à re corporea. vt intellectus mutatur à corporibus cœleſtibus teſte Homero & Empedocle.

## Particula XXIIII.

πάντες γὰρ οὗτοι τὸ νοεῖν σωματικόν, ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ὑπολαμβάνουσι. καὶ αἰσθάνεσθαί τε καὶ φρονεῖν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς κατ' ἀρχὰς λόγοις διωρίσαμεν. καίτοι ἔδει ἅμα καὶ περὶ τοῦ ἠπατῆσθαι αὐτοὺς λέγειν, οἰκειότερον γὰρ τοῖς ζῴοις, καὶ πλείω χρόνον ἐν τούτοις διατελεῖ ἡ ψυχή. διὸ ἀνάγκη, ἤτοι ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι, πάντα τὰ φαινόμενα εἶναι ἀληθῆ, ἢ τὴν τοῦ ἀνομοίου θίξιν, ἀπάτην εἶναι. τοῦτο γὰρ ἐναντίον, τῷ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γνωρίζειν. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀπάτη καὶ ἡ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι.

*Etenim omnes hi putant ipſum intelligere corporis eſſe, perinde atque ipſum ſentire. Et ſentire ſimile ſimili arbitrantur, & ſapere ut in ſuperioribus diximus locis. Oportebat tamen ipſos quoque de errore deceptione ue differere: ſunt enim hæc magis propria animaliū, pluſq; id temporis eſt, quo in his anima uerſatur, ut patet. Idcirco neceſſe eſt aut uniuerſa quæ uidentur, ut quidam inquiunt, eſſe uera, aut diſſimilis rei tactum, errorem eſſe deceptionem ue. quippe cum id ſit contrarium illi, ſimili inquam cognoſcere ſimile. Videtur autem & deceptio & ſcientia eſſe eadem contrariorum.*

### Explanatio.

καὶ αἰσθάνεσθαι. Tertia ratio: ſimile intelligitur & ſentitur à ſimili. Sed ſimilitudo quæ cadit ſub ſenſum & ſub intelligentiam eſt rei corporeæ. ergo ſenſus & mens eſt vis corporea, ergo ſunt idem. καίτοι ἔδει. Coarguit negligentiæ, quia cauſam attulerunt ſcientiæ nimirum ſimilitudinem, & neglexerunt cauſam inſcitiæ ſiue deceptionis. Coarguendi ſunt, quia inſcitia magis eſt propria hominis quam ſcientia, & anima verſatur longiori tēpore in rerum ignoratione quam ſcientia. διὸ ἀνάγκη. Si poſſint defendi, altero modo defenderētur, aut quia omnia quæ apparent vera, ſunt vera. Sed hoc refutatū eſt in lib. Diuinorum. aut quia cognita cauſa ſcientiæ, cognoſcitur cauſa inſcitiæ. Vt enim ſimilitudo eſt cauſa ſcientiæ, ita diſsimilitudo inſcitiæ. Sed neque hoc excuſat, quia æque ſcitur ſimile quàm diſsimile, cum eadem ſit ſcientia & inſcitia contrariorum.

## Particula XXV.

ὅτι μὲν οὖν οὐ ταυτόν ἐστι τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ φρονεῖν, φανερόν. τοῦ μὲν γὰρ πᾶσι μέτεστι. τοῦ δὲ ὀλίγοις τῶν ζῴων. ἀλλ' οὐδὲ τὸ νοεῖν, ἐν ᾧ ἐστι τὸ ὀρθῶς καὶ τὸ μὴ ὀρθῶς, τὸ μὲν ὀρθῶς, φρόνησις, καὶ ἐπιστήμη καὶ δόξα ἀληθής. τὸ δὲ μὴ ὀρθῶς, τἀναντία τούτων. οὐδὲ τοῦτο δ' ἐστί, ταὐτὸ τῷ αἰσθάνεσθαι. ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις τῶν ἰδίων ἀεὶ ἀληθὴς καὶ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ζῴοις. διανοεῖσθαι δ' ἐνδέχεται καὶ ψευδῶς. καὶ οὐδενὶ ὑπάρχει ᾧ μὴ καὶ λόγος. φαντασία γὰρ ἕτερον καὶ αἰσθήσεως καὶ διανοίας. αὕτη τε οὐ γίγνεται ἄνευ αἰσθήσεως. καὶ ἄνευ ταύτης, οὐκ ἔστιν ὑπόληψις.

*Non idem igitur eſſe ſentire ac ſapere, patet: illud.n. omnibus animalibus hoc ualde paucis ineſt. At neque intelligere idem eſt ac ſentire. intelligere inquam, quo recte atque non rectè res percipi ſolent. quo nanque rectè percipit, id eſt prudentia & ſcientia atque opinio uera: at quod non rectè, id eſt nimirum his dictis contrarium. Etenim propriorum ſenſus, ſemper eſt uerus, & uniuerſis animalibus ineſt. at fit ut falſo quoque quis ratiocinetur, neque cuiquam competit, cui non ineſt & ratio. Imaginatio nanque diuerſa eſt à ſenſu menteq; ue, atque neq; hæc fit ſine ſenſu, neq; exiſtimatio ſine hac eſſe pōt.*

Expla-

### Explanatio.

Sẽtire & intelligere differũt, tũ quia oĩa animalia ſentiunt, ſed nõ oĩa intelligunt, verũ illa tantũ, quæ ſunt prędita ratione. ἀλλ' οὐδὲ. tũ quia intellectus.i. poteſtas intelligẽdi cũ ratione.i. per cõpoſitionẽ & diuiſionem verſans in ſuis obiectis interdum errat: ſenſus verſans in proprio obiecto nunquam errat, ſi tres conditiones concurrant, & ſenſorium ſanum, et medium bene affectum, & iuſtum interuallum.

### Particula XXVI.

ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ ὑπόληψις καὶ φαντασία, φανερόν. τοῦτο μὲν γὰρ τὸ πάθος ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ὅταν βουλώμεθα. πρὸ ὀμμάτων γὰρ ἔστι ποιήσασθαι, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς μνημονικοῖς τιθέμενοι καὶ εἰδωλοποιοῦντες. δοξάζειν δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἀνάγκη γὰρ ἢ ψεύδεσθαι ἢ ἀληθεύειν.

*Non idem aũt eſſe imaginationẽ exiſtimationem ue patet. Hic.n. affectus in poteſtate noſtra ſine cõtrouerſia collocatur. licet nanque cũ libet fingere quicquid uolumus, atque ante oculos ponere, perinde atq; faciũt ij, qui in artificioſæ memoriæ cõparatis atque diſpoſitis locis imagines fingunt atque ſimulacra collocant. At opinari in nobis non eſt ſitum: neceſſe eſt enim opinantẽ aut ueram aut falſam exiſtimationem habere.*

### Explanatio.

Ordo poſtulat, vt loquatur de alio ſenſu interiore, quæ eſt phantaſia, quã diſtinguit à ſenſu dianæa. Vbi eſt obſeruandũ, intellectum eſſe aut cũ ratione, aut ſine ratione. Sine ratione dicitur νοῦς. i. intelligentia, quæ eſt ſimplex apprehenſio, in quã nõ cadit error. i. nec verũ nec falſum. Cũ ratione dicitur tum διάνοια tum ὑπόληψις, quæ diuiditur in ἐπιστήμην, & φρόνησιν, & δόξαν. Sed interdum διάνοια nomine ſpeciei vocatur δόξα. i. opinio. Eſt ergo διάνοια poteſtas animę cõponendi & diuidendi. Vt igitur phantaſia non eſt ſine ſenſu. ita neque διάνοια ſine phãtaſia. Sed phantaſia differt à dianæa ſiue ab opinione (liceat nunc διάνοιαν appellare more Ariſt. opinionem) duplici modo. vno quidem, quia cũ libet imaginamur quicquid volumus, ſed nõ opinamur, quia vt res eſt, ita opinio eſt vera aut falſa. Primò autem quid non ſit, deinde quid ſit, poſtremò quamobrem ſit phantaſia, docet.

### Particula XXVII.

ἔτι δὲ, ὅταν μὲν δοξάσωμεν δεινόν τι ἢ φοβερὸν, εὐθὺς συμπάσχομεν. ὁμοίως δὲ κἂν ᾖ θαρραλέον. κατὰ δὲ τὴν φαντασίαν, ὡσαύτως ἔχομεν, ὥσπερ ἂν οἱ θεώμενοι ἐν γραφῇ τὰ δεινὰ καὶ θαρραλέα. εἰσὶ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ὑπολήψεως διαφοραὶ, ἐπιστήμη καὶ δόξα καὶ φρόνησις. καὶ τὰ ἐναντία τούτων. περὶ ὧν τῆς διαφορᾶς ἕτερος ἔσται λόγος.

*Præterea cũ opinamur aliquid malũ eſſe atque terribile, continuò perturbamur. Similiter & cũ opinamur quippiã eſſe tale, ut in illo ſit confidendum. At cũ imaginamur talia, perinde afficimur, atque ſi in pictura eadem ſpectaremus. Sunt autem & exiſtimationis ipſius hæ differentiæ, ſcientia & opinio & prudentia, & ea quæ ſunt hiſce contraria. de differentia quorum alius ſit ſermo magis ad ipſum accommodatus.*

### Explanatio.

Altero autem modo differt. Imaginatione non afficimur voluptate aut dolore, opinione afficimur, vt opinione boni aut mali præſentis aut futuri. Cauſa eſt, quia appetitus non commouetur ſimplici apprehenſione; ſed phantaſia eſt ſimplex apprehenſio phantaſmatis. Opinio non eſt ſimplex apprehenſio, ſed vtitur compoſitione & diuiſione, quia ſub ratione boni aut mali comprehendit diuidendo & componendo, tali comprehenſione commouetur animus.

### Particula XXVIII.

περὶ δὲ τοῦ νοεῖν, ἐπεὶ ἕτερον τοῦ αἰσθάνεσθαι, τούτου δὲ τὸ μὲν, φαντασία δοκεῖ εἶναι, τὸ δὲ, ὑπόληψις. περὶ φαντασίας διορίσαντας, οὕτω περὶ θατέρου λεκτέον. εἰ δή ἐστιν ἡ φαντασία, καθ' ἣν λέγομεν φάντασμά τι ἡμῖν γίνεσθαι καὶ μὴ, εἴ τι κατὰ μεταφορὰν λέγομεν, μία τίς ἐστι τούτων δύναμις ἢ ἕξις, καθ' ἃς κρίνομεν καὶ ἀληθεύομεν, ἢ ψευδόμεθα. ταῦτα δ' εἰσὶν αἴσθησις, δόξα, νοῦς, ἐπιστήμη.

*At uero cũ diuerſum ſit ſentire ac intelligere, & huius aliud imaginatio, aliud exiſtimatio eſſe uideatur, de imaginatione primò, deinde de altero dicamus oportet. Si igitur imaginatio. in phantaſia, ſit id quo uiſum phãtaſmaque aliquod in nobis dicimus fieri, & non aliud quicquam, quod per tranſlationem hoc eodem nomine nuncupetur, ipſa profectò una quadam eſt potentiarum earũ, aut habituum, quibus diſcernimus, & aut uerè percipimus, aut falſo, Tales autem ſunt ſenſus, opinio, ſcientia, intellectus.*

### Explanatio.

Sentire & intelligere differũt, vt hactenus fuit demonſtratũ. Sed quia vt phãtaſia pertinet ad ſenſum, ita opinio ad intellectum, ieciirco primũ de differentia inter ſenſum & phantaſiam, deinde inter opinionem & intellectum dicendum eſt. εἰ δὴ. Si phãtaſia eſt poteſtas in nobis concipiendi phantaſmata, hoc eſt imaginandi cum libet quod volumus, ſequetur vt ſit poteſtas animæ, aut vnus habitus de 4. aut ſenſus, aut opinio, aut intellectus ſine ratione. i. intelligentia ſimplicium terminorum, aut ſcientia κατὰ μεταφορὰν. Dicitur enim quaſi φαοςασία. i. ςάσις τῶν φανέντων.

### Particula XXIX.

ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν αἴσθησις ἡ φαντασία, δῆλον ἐκ τῶνδε. αἴσθησις μὲν γὰρ, ἤτοι δύναμις, ἢ ἐνέργεια, οἷον ὄψις καὶ ὅρασις. φαίνεται δέ τι καὶ μηδετέρου τούτων ὑπάρχοντος, οἷον τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις. εἶτα αἴσθησις μὲν, ἀεὶ πάρεστι. φαντασία δ' οὔ. εἰ δὲ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ αὐτὸ πᾶσιν ἂν ἐνδέχοιτο τοῖς θηρίοις φαντασίαν ὑπάρχειν. δοκεῖ δ' οὔ. οἷον μύρμηκι, ἢ μελίττῃ ἢ σκώληκι. εἶτα αἱ μὲν ἀληθεῖς αἰεί. αἱ δὲ φαντασίαι γίνονται αἱ πλείους, ψευδεῖς. ἔπειτα, οὐδὲ λέγομεν ὅταν ἐνεργῶμεν ἀκριβῶς

περὶ τὸ αἰσθητόν, ὅτι φαίνεται ἡ μὲν τοῦτο ἄνθρωπος. ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν μὴ ἐναργῶς αἰσθανώμεθα, τότε ἢ ἀληθὴς ἢ ψευδής. καὶ ὅπερ δὲ ἐλέγομεν πρότερον, φαίνεται καὶ μύουσιν ὁράματα.

*At ipſam non eſſe ſenſum, ex hiſce patere poteſt. Senſus.n. uel eſt potentia, uel operatio, ut uiſus uel uiſio. Atqui nonnunquā neutrum eſt iſtorū, & tamen apparēt aliqua, uidemurque uidere, ut ea quæ in ſomnis apparēt. Deinde ſenſus quidem ſemper adeſt, imaginatio autem non ſemper. Quòd ſi idem eſſet imaginatio ac operatio, bellujs imaginatio profectò cunctis ineſſet. at non ineſſe uidetur, ut api, aut formicæ, aut uermi. præterea illi quidem ueri ſunt ſemper, imaginationes uerò plures ex ut patet falſæ. præterea cum exactè circa ſenſibile operamur, non dicimus hoc nobis hominem uideri ac apparere, ſed potius cum clarè ſentimus, quando etiam fit ut ſit uerus ſenſus & falſus. Atque nobis (quod quidem paulò antea dicebamus) clauſis etiam oculis uiſa uidentur atque apparent.*

Explanatio.

Quòd nō ſit ſenſus exterior, quatuor rationibus demonſtrat. Circa aūt ſenſum interiorē ſatis cōſtat. αἴσθησις μὲν γὰρ. Senſus duobus modis concipitur, aut pro ſenſu poteſtate.i. poteſtate ſentiendi, aut pro ſenſu actu.i. pro ipſa operatione, vt quādo ſentimus. Phātaſia neq; eſt ſenſus.i. operatio, quoniam ſenſus in ſomnis oriantur, quia ſunt ligati. Phantaſia non oriatur, quia imaginamur. εἶτα. Secūda ratio. Omnia animalia ſentiunt, ſed non omnia imaginantur, vt apices, formicæ, vermes. Imaginationem intelligo perfectam, habent enim imperfectam, quia habent memoriam, quā lib. 3. tex. 56. ἀόριστον vocat.i. confuſam. habent.n. inſtrumēta ſentiendi confuſa, quare & ſenſus confuſos. εἶτα αἱ μὲν. Tertia ratio: nullus ſenſus exterior verſans in proprio obiecto errat. Sed immaginatio errat, quia imaginamur falſa interdum & impoſsibilia. ἔπειτα. Quarta ratio: Cum ſentimus aliquid, tunc non dicimus id nobis videri & apparere, ſed eſſe. v.g. hominem. cum imaginamur, dicimus videri & apparere, quia imaginatio poteſt eſſe falſa.

Particula XXX.

ἀλλὰ μὴν, οὐδὲ τῶν ἀεὶ ἀληθευόντων, οὐδεμία ἔσται, οἷον ἐπιστήμη, ἢ νοῦς. ἔστι γὰρ φαντασία καὶ ψευδής. λείπεται ἄρα ἰδεῖν, εἰ δόξα. γίνεται γὰρ δόξα καὶ ἀληθὴς καὶ ψευδής. ἀλλὰ δόξῃ μὲν ἕπεται πίστις. οὐκ ἐνδέχεται γὰρ δοξάζοντα οἷς δοκεῖ μὴ πιστεύειν. τῶν δὲ θηρίων, οὐδενὶ ὑπάρχει πίστις. φαντασία δὲ πολλοῖς. ἔτι πάσῃ μὲν δόξῃ ἀκολουθεῖ πίστις. πίστει δὲ τὸ πεπεῖσθαι, πειθοῖ δὲ λόγος. τῶν δὲ θηρίων ἐνίοις φαντασία μὲν ὑπάρχει. λόγος δὲ, οὔ.

*Atqui nec ullus habituum eorum erit, qui ueri ſunt ſemper, ut ſcientia uel intellectus eſt enim & falſa imaginatio, non ſolum uera. Reſtat igitur ut perſcrutemur, ſi ſit opinio. fit enim opinio & uera & falſa: uerum opinionem quidem ſequitur fides, quippe cum fieri nequeat, ut hiſce quiſquam non credat, quorum habet opinionē. Beſtiarum autem fides quidem nulli: imaginatio uerò compluribus ineſt. præterea fides omnē opinionem ſequitur, perſuaſio fidem, ratio perſuaſionē. At imaginatio quidem quibuſdam belluis ineſt, ratio autem nullis.*

Explanatio.

Phātaſia pōt eſſe falſa: ſed ſcientia & intellectus.i. notitia principiorum eſt habitus ſemper verus ergo phantaſia non eſt neque intellectus neque ſcientia. λείπεται. Neq; eſt opinio duabus de cauſis Prima eſt, quia opinionē ſequitur fides.i. aſſenſus. phātaſiā non ſequitur. in brutis.n. eſt imaginatio, in quibus tamen non eſt aſſenſus: quia aſſenſus eſt ſemper cum ratione iunctus. ἔτι. Altera cauſa. Opinio nunquā ſeiungitur à ratione, phantaſia ſeiungitur, quia eſt in brutis. ergo phantaſia non eſt opinio. Opinionem cum ratione iungi, fides quæ illam ſequitur conuincit; ijs.n. fidem habemus & aſſentimur, quæ opinamur, fidē ſequitur perſuaſio, perſuaſionem ratio.

Particula XXXI.

φανερὸν τοίνυν, ὅτι οὐδὲ ἡ δόξα μετ' αἰσθήσεως, οὐδὲ δι' αἰσθήσεως, οὐδὲ συμπλοκὴ δόξης καὶ αἰσθήσεως, φαντασία ἂν εἴη. διά τε ταῦτα καὶ δῆλον, ὅτι οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν ἡ δόξα. ἀλλ' ἐκείνου ἐστὶν, οὗ καὶ αἴσθησις. λέγω δὲ ἐκ τῆς τοῦ λευκοῦ δόξης καὶ αἰσθήσεως ἡ συμπλοκὴ, φαντασία ἐστίν. οὐ γὰρ δὴ ἐκ τῆς δόξης μὲν τῆς τοῦ ἀγαθοῦ, αἰσθήσεως δὲ τῆς τοῦ λευκοῦ. τὸ οὖν φαίνεσθαί ἐστι τὸ δοξάζειν. ὅπερ αἰσθάνεται μὴ κατὰ συμβεβηκός.

*At uero patet nec opinionem eſſe cum ſenſu, nec opinionem per ſenſum, nec opinionis ſenſus ue coniunctionē, & per ea quæ dicta ſunt, & hac etiam ratione. Patet.n. ſi imaginatio ſit opinionis ſenſusque coniunctio, opinionem non cuiuſuis rei, ſed eius eſſe, cuius eſt etiam ſenſus. dico autem imaginationem, ſi ſit coniunctio ſenſus opinionis ue, coniunctionem eſſe opinionis albi, & ſenſus eiuſdem albi: non enim erit ex opinione quidem boni, ſenſu autem albi. Apparere igitur, eſt opinari rem eam, quam ſentit, non per accidens.*

Explanatio.

Neque phantaſia eſt cōiunctio ſenſus & opinionis.i. neque per ſe neq; per accidēs cōpoſitio ſenſus & opinionis. duabus de cauſis. Prima eſt, quia cōiunctio opinionis & ſenſus pōt eſſe diuerſorum obiectorū eodē tēporis puncto, vt opinio boni & ſenſus albi coloris; ſed imaginatio eſt vnius obiecti eodem temporis puncto. μετὰ, ſignāt compoſitū per accidens, vt qn̄ componitur ſubſtātia cū accidēte. διὰ ſignant compoſitū per accidens, vt cauſa cū effectu. οὐδὲ συμπλοκή. ſignant cōpoſitionē per ſe, vt corpus ex partibus eſſentialibus vt compoſitum ex anima & corpore.

Particula XXXII.

φαίνεται δὲ καὶ ψευδῆ, περὶ ὧν ἅμα ὑπόληψιν ἀληθῆ ἔχει. οἷον, φαίνεται μὲν ὁ ἥλιος, ποδιαῖος. πεπίστευται δ' εἶναι μείζων τῆς οἰκουμένης. συμβαίνει γοῦν, ἤτοι ἀποβεβληκέναι τὴν ἑαυτοῦ ἀληθῆ δόξαν, ἣν εἶχε, σωζομένου τοῦ πράγματος, μὴ ἐπιλαθόμενον, μὴ δὲ

δὲ μεταπεισθέντα. ἢ εἰ ἔτι ἔχει, ἀνάγκη τὴν αὐτὴν ἀληθῆ εἶναι καὶ ψευδῆ. ἀλλὰ ψευδὴς ἐγένετο, ὅτε λάθοι μεταπεσὸν τὸ πρᾶγμα.

*Atque apparēt nonnunquam ēt falſa, de quibus ſimul ueram opinionem habet: ſol enim pedalis quidē apparet, at perſuaſum eſt terra ipſum eſſe longè maiorem. Fit igitur ut aut ſuam is opinionem quam habet ueram abijciat, re modo eodem ſeſe habente, non oblitus nec diſſuaſus: aut ſi adhuc illam habeat eadem ſit neceſſariò falſa ſimul & uera. At conſtat opinionem tum euadere falſam, cum res mutata latet.*

### Explanatio.

Altera cauſa eſt: coniunctio opinionis & ſenſus poteſt eſſe ſimul vera & falſa; vt opinio de ſole quòd ſit maior tota terra eſt vera: ſenſus de eodem ſole eſt falſus, quia oculis noſtris pedalis eſſe videtur. συμβαίνει. Concludit, phantaſiam eſſe eodem temporis puncto veram ſimul & falſam, ſi phantaſia ſit coniunctio opinionis & ſenſus, aut opinionem mutari ſine mutatione rei, aut ſine obliuione, aut ſine diſſuaſione, quia cùm nobis libet imaginamur quicquid volumus. Quo in loco obſeruandum eſt, tripliei de cauſa mutari opinionem, aut mutata re, vt te ſedente ſi opinor te ſedere, vera eſt opinio; mutatur in falſam, te ſurgere. Aut ſi intercidat obliuio: aut propter diſſuaſionem.

### Particula XXXIII.

οὐκ ἄρα ἕν τι τούτων ἐστὶν, οὔτε ἐκ τούτων ἡ φαντασία. ἀλλ' ἐπειδὴ ἔστι κινηθέντος τουδὶ, κινεῖσθαι ἕτερον ὑπὸ τούτου. ἡ δὲ φαντασία, κίνησίς τις δοκεῖ εἶναι, καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίγνεσθαι. ἀλλ' αἰσθανομένοις καὶ ὧν αἴσθησίς ἐστιν.

*Neque igitur unum eſt iſtorum imaginem, neque ex his eſt coniunctum. Verùm quoniam fieri poteſt, ut aliud moueatur ab eo ipſo quod motum eſt, imaginem verò motio quædam eſſe uideatur, & non fieri ſine ſenſu, ſed ſentientibus, & eorū etiam eſſe quorū eſt ſenſus.*

### Explanatio.

Neque eſt opinio neque ſenſus exterior ſeorſum, neque coniunctio opinionis ſimul & ſenſus ἀλλ' ἐπειδὴ. Quid ſit phantaſia definit. quam definitionem repetit paulo infrà. Eſt ſenſus interior, in quo eſt vltimus motus impreſſus à ſenſu exteriore operante. Motum intelligo terminationem ſiue alterationem, quia phantaſia immutatur, & ideo eſt poteſtas paſsiua, quia recipit. Vltimus dicitur, vt ſeparetur à ſenſu communi, quia ſpecies rei ſenſilis transfertur primo in medium, deinde in ſenſum exteriorem, tam in ſenſum communem, poſtremò in phantaſiam, ſicut in vltimum ordinem. & quò in plures ordines transfertur, eò debiliorē vim mouendi naſciſcitur, quia longius abeſt ab obiecto ſenſili, in quo eſt vis agendi. Hoc verò differt à ſenſu communi & ſenſu exteriori, quòd exterior & communis non exeunt in opus, niſi præſente obiecto ſenſili, imaginamur verò abſente ſenſili, non tamen ſine ope ſenſus exterioris & ſenſilis: quia phantaſia initium motus inde ſumit, non tamen eſt motus, ſed terminus motus. i. omnes motus ſenſuum exteriorum in illam terminantur. ὧν αἴσθησις. Eorum quæ ſentiuntur, non quæ intelliguntur, eſt phantaſia.

### Particula XXXIIII.

ἔστι δὲ γίγνεσθαι κίνησιν ὑπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς αἰσθήσεως. καὶ ταύτην ὁμοίαν ἀνάγκη εἶναι τῇ αἰσθήσει. εἴη ἂν αὕτη ἡ κίνησις οὔτε ἄνευ αἰσθήσεως ἐνδεχομένη, οὔτε μὴ αἰσθανομένοις ὑπάρχειν. καὶ πολλὰ κατ' αὐτὴν καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν τὸ ἔχον. καὶ εἶναι καὶ ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τάδε. ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθής ἐστιν, ἢ ὅτι ὀλίγιστον ἔχουσα τὸ ψεῦδος. δεύτερον δὲ τοῦ συμβεβηκέναι ταῦτα. καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι. ὅτι μὲν γὰρ λευκὸν, οὐ διαψεύδεται. εἰ δὲ τοῦτο τὸ λευκὸν ἢ ἄλλο τι, διαψεύδεται. τρίτον δὲ τῶν κοινῶν καὶ ἑπομένων τοῖς συμβεβηκόσιν, οἷς ὑπάρχει τὰ ἴδια. λέγω δ' οἷον κίνησις καὶ μέγεθος, ἃ συμβέβηκε τοῖς αἰσθητοῖς. περὶ ἃ μάλιστα ἤδη ἐστὶν ἀπατηθῆναι κατὰ τὴν αἴσθησιν. ἡ δὲ κίνησις ἡ ὑπὸ τῆς ἐνεργείας γινομένη, διοίσει τῆς αἰσθήσεως ἡ ἀπὸ τούτων τῶν τριῶν αἰσθήσεων. καὶ ἡ μὲν πρώτη, παρούσης τῆς αἰσθήσεως ἀληθής. αἱ δ' ἕτεραι καὶ παρούσης καὶ ἀπούσης, εἶεν ἂν ψευδεῖς, καὶ μάλιστα ὅταν πόρρω τὸ αἰσθητὸν ᾖ. εἰ οὖν μηθὲν μὲν ἄλλο ἔχει τὰ εἰρημένα, ἡ φαντασία. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λεχθέν, ἡ φαντασία ἂν εἴη κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γιγνομένης.

*Fit autem ut motus oriatur à ſenſu iam actu, quoniam quidem neceſſe eſt ipſi ſenſui ſimilem eſſe. Imaginatio motio hæc eſt profectò, quæ neque ſine ſenſu nimirum eſſe, neque competere non ſentientibus poteſt. Atque multa per ipſum id agere patiue contingit, quod ipſam habet & inſuper ueram & falſam eſſe. Atque id propterea fit, quòd ſenſus quidem propriorum eſt uerus, aut rarò admodum ſuſcipit falſitatem. At eſt ſenſus eius etiam rei, cui propria ſenſibilia accidunt: ubi iam fit, ut ipſe ſit falſus. nam non eſt falſus, ſi album dixerit eſſe, ſed ſi album hoc aut aliud eſſe. Eſt præterea communiū ſenſus: quæ quidem perinde atque propria ijs accidunt, quæ ſunt per accidens ſenſibilia. Dico autem motum & magnitudinem, quæ ut patet accidunt ſenſibilibus circa quæ maxime error deceptioque fieri ſenſu poteſt. Motus igitur hic ſe, qui fit à triplici tali ſenſu, differentiam ob idipſum uirorum habebit. Atque primus quidem, cum operatio ſenſus adeſt eſt uerus: cæteri uerò falſi eſſe poſſunt, & præſente atque abſente, præſertim cum à ſenſu longè ſenſibile diſtat. Si igitur nihil aliud præter imaginationem habeat ea quæ dicta ſunt, ſitque idipſum quod diximus ipſa imaginatio, motus is eſt profectò, qui fit à ſenſu iam operante.*

### Explanatio.

Quòd non ſit ſine ſenſu, illud eſt ſignum, quòd ſenſu errante errat quoque phantaſia. Poteſt autem ſenſus errare in triplici genere ſenſilium. Nam ſenſile aut eſt proprium, in quo rarò errat, & vel ſenſorij, vel medii, vel interualli vitio. Aut eſt ſenſile per accidens, ſicut ſubſtantia, quæ non cadit ſub ſenſum, niſi per accidentia ſua. & ideo ſenſus iudicans colorem album non errat ſed illud

corpus album eſſe hominem aut filium Cleonis iudicando, poteſt errare. Aut eſt ſenſile commune, vt motus, quies, magnitudo numerus, poſſumus enim iudicare aliquod corpus quieſcere propter longam diſtantiam, quod tamen mouetur. Itaque ſenſus errans trahit in errorem phantaſiam. καὶ μὲν. Sed facilius errat phantaſia quàm ſenſus tum quia ſenſus ſentit præſente ſenſili, phantaſia interdum præſente interdum abſente: tum quia phantaſia longius abeſt ab obiecto ſenſili, & ideo debilius mouet ſpecies phantaſiam quam ſenſum. εἰ οὖν. Repetit primo definitionem, deinde originem nominis exponit, phantaſia eſt ſenſus interior, in quo eſt impreſſus motus vltimus per ſpeciem à ſenſu exteriore operante, per quem motum animalia multa agunt & patiuntur.

### Particula XXXV.

ἐπεὶ δὲ ἡ ὄψις μάλιστα αἴσθησίς ἐστι καὶ, τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ φάους εἴληφεν, ὅτι ἄνευ φωτὸς οὐκ ἔστιν ἰδεῖν. καὶ διὰ τὸ ἐμμένειν καὶ ὁμοίας εἶναι ταῖς αἰσθήσεσι, πολλὰ κατ᾽ αὐτὰς πράττει, τὰ ζῶα τὰ μὲν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν νοῦν, τὰ θηρία. τὰ δὲ, διὰ τὸ ἐπικαλύπτεσθαι τὸν νοῦν ἐνίοτε πάθει ἢ νόσοις ἢ ὕπνῳ οἷον οἱ ἄνθρωποι. περὶ μὲν οὖν φαντασίας, τί ἐστι καὶ διὰ τί ἐστιν, εἰρήσθω ἐπὶ τοσοῦτον.

*Cum autem uiſus maximè ſit ſenſus, hinc eſt, quòd nomen imaginatio ab ipſo lumine ſumpſit, phantaſiaq́; dicitur, quia ſine lumine uiſio fieri nequit. At quia imaginationes immanent, ſenſibusque ſimiles ſunt, ideo per ipſas animalia, beſtiæ inquam & homines, multa agunt: illæ, quia mentis ſunt, ut patet ex partes: homines, quia mens perturbatione nonnunquam, uel morbo, uel ſomno ſubmergitur. Sed de imaginatione quidem determinatum ſit hactenus. Satis enim quidnam ipſa ſit, et cur ſit, hiſce quæ iam dicta ſunt explicauimus.*

### Explanatio.

Animalia quidem bruta mentis expertia multa agunt per imaginationem: at quæ mente ſunt prædita, vt homines multa agunt & patiuntur per imaginationem, quando mens ſubmergitur aut perturbatione, aut morbo, vt phrenitide, aut ſomno: ſicuti apparet in illis qui dormientes faciunt opera vigilantū: relinquuntur enim & figuntur ſpecies ſenſibilium in phantaſia, quas vigilantes ſenſibus exterioribus hauſimus. ἐπεὶ. Nomen trahit à lumine, ſiue ab aſpectu, qui eſt ſenſus principalior. Signum ergo eſt phantaſiam mutari à ſenſu exteriori, & cum illo habere conuenientiam. περὶ μὲν οὖν. Quid ſit. quòd eſt ſenſus interior patiens mutationē. καὶ διὰ. id eſt cauſa efficiens eſt ſenſus exterior, & ſenſile. Finis eſt, vt animalia multa agant & patiantur.

# LIBER TERTIVS, SECVNDVM AVERROEM.

### Particula I.

περὶ δὲ τοῦ μορίου τῆς ψυχῆς, ᾧ γινώσκει τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ, εἴτε χωριστοῦ ὄντος εἴτε καὶ μὴ χωριστοῦ κατὰ μέγεθος, ἀλλὰ κατὰ λόγον, σκεπτέον, τίν᾽ ἔχει διαφοράν. καὶ πῶς ποτε γίνεται τὸ νοεῖν.

*De animæ autem ea parte qua cognoſcit atque ſapit, ſiue ſit ſeparabilis, ſiue non ſeparabilis magnitudine, ſed ratione, conſiderandum deinceps eſt, quam differentiam habet, quoque pacto tandem ſit intelligere.*

### Explanatio.

De vtraq; parte, & parte in qua eſt vis faciendi, i. intellectu agēte, & parte in qua eſt vis patiendi à faciente, hoc eſt recipiendi ſpecies intelligibiles, ſiue de intellectu poſsibili. De primo primum loquitur, quia habet conuenientiam cum ſenſu, vt ſenſus eſt vis corporea recipiendi ſenſilia, ita patibilis eſt vis corporea & paſsiua recipiendi intelligibilia. κατὰ μέγεθος. loco & ſubiecto ſit ſeparata, vt inquit Plato. ἀλλά. an reipſa ſit ſeparata, hoc eſt ſua eſſentia, ita quidem vt nec diuiſione corporis ſubiecti diuidatur, nec extenſione eiuſdem magnitudinis extendatur, ſed expers ſit omnis paſsionis corporeæ: an potius ſola ratione ſit ſeparata, & ideo mortalis. Sic tria quærit.

### Particula II.

εἰ δέ ἐστι τὸ νοεῖν, ὥσπερ τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ πάσχειν τι ἂν εἴη ὑπὸ τοῦ νοητοῦ, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον.

*Si igitur ipſum intelligere ſit ut ſentire aut pati quoddā erit ab ipſo intelligibili, aut aliquid aliud tale.*

### Explanatio.

Si intelligere eſt ſicut ſentire, oportet intellectū paſsibilē eſſe virtutem ſiue facultatem paſsiuā, quia ſenſus eſt facultas paſsiua, non actiua, vt facultas nutrix: aut eſſe aliquid ſimile ſenſui, & veluti materiam intellectus agentis, qui eſt ſicuti forma & principium agendi.

### Particula III.

ἀπαθὲς ἄρα δεῖ εἶναι, δεκτικὸν δὲ τοῦ εἴδους καὶ δυνάμει τοιοῦτον. ἀλλὰ μὴ τοῦτο καὶ ὁμοίως ἔχειν, ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν πρὸς τὰ αἰσθητά, οὕτω τὸν νοῦν πρὸς τὰ νοητά.

*Vacare igitur ipſam paſſione, ſed formæ ſuſceptiuam eſſe oportet, & potentia talem, ſed non illam eſſe: & ſi-*

militu-

*militudinem ſubire cum ſenſu, ut quemadmodum ſeſe habet ad ſenſibilia ſenſus, ſic ſeſe habeat ad intelligibilia intellectus.*

### Explanatio.

Senſus partim cõuenit cũ intellectu, partim nõ cõuenit. Ex cõuenictia & differentia colligit naturã & ꝓprietates intellectus paſsibilis. Vt igitur ſenſus eſt poteſtas paſsiua, ita intellectus quia vterque recipit ſed paſsio intellectus eſt perficiens, ſenſus corrũpẽs.

### Particula IIII.

ἀνάγκη ἄρα, ἐπεὶ πάντα νοεῖ, ἀμιγῆ εἶναι, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῇ. τοῦτο δ' ἐστὶν ἵνα γνωρίζῃ. παρεμφαινόμενον γὰρ κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντιφράττει.

*Quare neceſſe eſt ipſum, cùm uniuerſa intelligat, non mixtum eſſe, ſicut Anaxagoras dixit, ut ſuperet, atque uincat. i. ut cognoſcat atque percipiat. Alienum namq; cùm apparet iuxta, prohibet atque ſeiungit.*

### Explanatio.

Non eſt mixtus. i. caret forma intelligibili quam recipit. quia omne recipiens non habet id quod recipit.

### Particula V.

ὥστε μηδ' αὐτοῦ εἶναι φύσιν μηδεμίαν, ἀλλ' ἢ ταύτην, ὅτι δυνατόν. ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς, λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή, οὐδέν ἐστιν ἐνεργείᾳ τῶν ὄντων πρὶν νοεῖν.

*Quo fit, ut neque ulla ſit ipſius natura, niſi ea ſolum, qua poſsibilis eſt. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur (dico autem nunc eum, quo ratiocinatur anima & exiſtimat) nihil eſt actu prorſus eorum, quæ ſunt anteaquàm intelligat ipſe.*

### Explanatio.

Ex his duabus proprietatibus colligit naturam & eſſentiam intellectvs. Nam ergo ſua eſt poteſtas recipiendi formas intelligibiles. & ideo poteſtas intelligendi, iudicandi, & opinandi differt à poteſtate materiæ primæ, quia materia prima poteſt accipere ſuas formas per mutationem, generationem, & interitum, intellectus non item. & ideo hęc pars animæ aſsimilatur materiæ.

### Particula VI.

διὸ οὐδὲ μεμῖχθαι εὔλογον αὐτὸν τῷ σώματι. ποιός γὰρ ἄν τις γίγνοιτο θερμὸς ἢ ψυχρός; ἢ κἂν ὄργανόν τι εἴη ὥσπερ τῷ αἰσθητικῷ, νῦν δὲ οὐδέν ἐστι. καὶ εὖ δὴ οἱ λέγοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τόπον εἰδῶν, πλὴν ὅτι οὔτε ὅλη, ἀλλ' ἡ νοητική, οὔτε ἐντελεχείᾳ, ἀλλὰ δυνάμει τὰ εἴδη.

*Quocirca neque cum corpore mixtum ipſum eſſe, cõſentaneum eſt rationi. qualis enim quidam fieret, calidus aut frigidus, & inſtrumentum aliquod ipſius eſſet profectò, ſicut eſt ſenſus. nunc autem ipſius nullum prorſus eſt inſtrumentum. Atque bene rectéq; cenſent, qui formarum locum animam inquiunt eſſe: attamen neque tota eſt locus, ſed intellectiua, neque eſt actu, ſed potentia forma.*

### Explanatio.

Altera pars ſuæ eſſentiæ eſt vacuitas organi corporei. i. non eſt in aliquo inſtrumento determinato, ſicuti ſenſus, ſed eſt locus formarum intelligibilium. Et ideo rectè illi ſenſerunt, qui dixerunt animam eſſe receptaculum formarum, non totam, ſed partis merito, illius ſcilicet quæ dicitur intellectus patibilis. ἢ κἂν ὄργανον. i. eſſet in aliquo organo ſicut ſenſus. καὶ εὖ. lib. 1. tex. 17.

### Particula VII.

ὅτι δ' οὐχ ὁμοία ἡ ἀπάθεια τοῦ αἰσθητικοῦ καὶ τοῦ νοητικοῦ, φανερὸν ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων καὶ τῆς αἰσθήσεως. ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις οὐ δύναται αἰσθάνεσθαι ἐκ τοῦ σφόδρα αἰσθητοῦ, οἷον ψόφου ἐκ τῶν μεγάλων ψόφων, οὐδ' ἐκ τῶν ἰσχυρῶν χρωμάτων καὶ ὀσμῶν, οὔτε ὁρᾶν οὔτε ὀσμᾶσθαι. ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν τι νοήσῃ σφόδρα νοητόν, οὐχ ἧττον νοεῖ τὰ ὑποδεέστερα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον. τὸ μὲν γὰρ αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος. ὁ δὲ νοῦς, χωριστός.

*Atque paſsionis uacuitatem non ſimilem eſſe ſenſitiui atque intellectiui, patet in ſenſuum inſtrumentis, atq; in ipſo ſenſu. Senſus enim ex uehemente ſenſibili ſentire non poteſt: auditus nanque non audit ſonum poſt magnos ſonos: & uiſus non uidet, atque odoratus non olfacit poſt uehementes colores atque odores. At intellectus aliquo ualde intelligibili intellecto, non minus ſanè ſed magis percipit intelligitque inferiora. Senſitiuum enim non eſt ſine corpore: at intellectus ab eodem eſt ſeparabilis.*

### Explanatio.

Impatibilitas ſenſus & intellectus non eſt ſimilis, quia ab excellenti ſenſili ſenſus corrumpitur. Cuius rei illud eſt ſignum, quòd poſt ſenſile excellens nequit ſenſile debilius ſentire. Intellectus verò ab intelligibili excellente perficitur, quia poſt excellens intelligibile intelligit longe facilius id quod eſt debile. Cauſa huius differentiæ eſt, quoniã ſenſus eſt in aliquo & determinato ſenſorio corporeo. ὁ δὲ νοῦς χωριστός. Separatur ab organo, quia non eſt in aliquo organo determinato, ſicut ſenſus, vt infra tex. xxxvj.

### Particula VIII.

ὅταν δ' οὕτως ἕκαστα γένηται, ὡς ἐπιστήμων λέγεται ὁ κατ' ἐνέργειαν. τοῦτο δὲ συμβαίνει, ὅταν δύνηται ἐνεργεῖν δι' αὐτοῦ. ἔστι μὲν ὁμοίως, καὶ τότε δυνάμει πως. οὐ μὴν ὁμοίως καὶ πρὶν μαθεῖν ἢ εὑρεῖν. καὶ αὐτὸς δὲ αὐτὸν τότε δύναται νοεῖν.

Factus

*Factus autem unumquodque perinde atque is qui dicitur actu ſciens, quod quidem tum accidit, cum ipſe per ſeipſum operari poteſt, eſt quidem & tunc quodāmodo potentia, ſed non perinde ut erat anteaquam didiciſſet uel inueniſſet. Atque tunc ſeipſum etiam intelligere poteſt.*

Explanatio.

Alia eſt differentia: quia à ſpecie intelligibili ingeneratur habitus in intellectu, ſed à ſpecie ſenſili non generatur habitus in ſenſu. Habitum in intellectu Ariſt. exponit habitum ſcientiarum & artium, cuius opera quiſq; artifex poteſt exire in opus quādo vult. ſed non poterat exire antequàm diſceret, aut ſuo marte inueniret. καὶ αὐτός. Alia eſt differentia: quia intellectus intelligit ſe intelligere, quia intelligit ſe recipere ſpecies intelligibiles, hoc eſt intelligit ſuas operationes. & id eſt intelligere ſemetipſum. quia intelligit ſuam potentiam, quæ eſt propria natura & quaſi forma. Sed ſenſus non ſentit ſe ſentire, quia non ſentit ſuas operationes.

Particula IX.

ἐπεὶ δ' ἄλλο ἐστὶ μέγεθος καὶ μεγέθει εἶναι, καὶ ὕδωρ
καὶ ὕδατι εἶναι. οὕτω δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν,
ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων. ἐπ' ἐνίων γὰρ ταυτόν ἐστι τὸ σαρ-
κὶ εἶναι καὶ σάρκα ἢ ἄλλῳ, ἢ ἄλλως ἔχοντι κρίνει ὁ νοῦς.
ἡ γὰρ σὰρξ οὐκ ἄνευ τῆς ὕλης. ἀλλ' ὥσπερ τὸ σιμὸν τόδε
ἐν τῷδε.

*Cum autem aliud ſit magnitudo, aliud magnitudinis eſſe, & aliud aqua, aliud aquæ eſſe, & in alijs itidem multis (non enim uniuerſis hic modus accommodatur, ſed ſunt in quibus hæc ipſa ſunt eadem, non diuerſa) aut alia ſanè, aut parte quidem eadem, ſed aliter ſeſe habente, carnem & eſſe carnis diſcernit. caro nanque non eſt ſine materia, ſed perinde atq; ſimum, hoc eſt, in hoc.*

Explanatio.

Differt etiam ſenſus & intellectus merito obiecti, vt rectum mathematica tum naturalis indicat. Res enim qualiſcunque eſt, & rei ratio, ſiue definitio ſiue ipſum eſſe differat, quia aliud eſt caro & magnitudo, quàm ratio carnis & magnitudinis: quia caro & magnitudo eſt quoddam ſingulare, hoc eſt compoſitum ex materia & forma. Ratio uerò eſt quoddam vniuerſale. hoc eſt forma ſine materia. Itaque rem & rei rationem aut diuerſis facultatibus animæ iudicamus, aut vna atque eadem, ſed aliter ſe habente. i. aliter affecta. ἢ ἄλλως. vt in rebus diuinis & ſeparatis à materia res & rei ratio ſunt idem.

Particula X.

τῷ μὲν οὖν αἰσθητικῷ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν κρί-
νει. καὶ ὧν λόγος τις ἡ σάρξ. ἄλλῳ δὲ ἤτοι χωριστῷ. ἢ
ὡς ἡ κεκλασμένη ἔχει πρὸς αὑτὴν ὅταν ἐκταθῇ. τὸ γὰρ
σαρκὶ εἶναι, καὶ κρίνει.

*Senſitiua igitur parte calidum diſcernit & frigidū, quorum quædam eſt ratio, caro; alia uerò eſſe carnis diſcernit, aut ſeparabili, aut ſeſe habēte ad ſeipſam, perinde atq; ſeſe habet cum extenſa fuerit, linea flexa.*

Explanatio.

Rem igitur naturalem, hoc eſt ſingulare corpus ſenſile, ſenſu iudicamus, καὶ ὧν λόγῳ. Qualitates elementorum in mixtione ſic afficiunt materiam ad proportionem & ſymmetriam deductæ, ut materia ſit ſub certa forma, ſicut ſub forma carnis, & nō ſub alicuius rei forma, quia talis forma eſt, qualem poſtulat materiæ affectio. ἄλλῳ. Alia parte, ſitue intellectu iudicamus rationem rei. i. vniuerſale ſiue formam ſine materia, vt carnis rationem, non carnem. ἢ ὡς. Aut eadem parte ſiue facultate iudicamus rem & eſſe rei, aliter ſe habente, qualis eſt linea eadem flexa & extenſa, quæ eadem eſt, ſed per flexionem, & extenſionem aliter eſt affecta. Ita intellectus idem poteſt recto aſpectu cognoſcere rationem rei, deflectens verò ad phantaſma, iudicare rem, id eſt ſingulare.

Particula XI.

πάλιν δ' ἐπὶ τῶν ἐν ἀφαιρέσει ὄντων, τὸ εὐθὺ ὡς τὸ
σιμόν. μετὰ συνεχοῦς γάρ. τὸ δὲ τί ἦν εἶναι, εἰ ἔστιν ἕτε-
ρον τὸ εὐθεῖ εἶναι, καὶ τὸ εὐθύ, ἄλλῳ. ἔστω γὰρ δυάς. ἑτέ-
ρῳ ἄρα ἢ ἑτέρως ἔχοντι κρίνει. καὶ ὅλως ἄρα ὡς χωριστὰ
τὰ πράγματα τῆς ὕλης, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν νοῦν.

*Rurſus in hiſce quæ in abſtractione conſiſtunt eadem eſſe uidentur. rectum enim ſe habet ut ſimum, eſt enim ipſum cum continuo ſemper. Quòd ſi quidditas ſit diuerſa, aliud eſt profectò eſſe recti, aliud ipſum rectum, ut ibi. ſit enim dualitas. Quare ſit, ut hæc etiam alia, uel alio modo ſeſe habente parte diſcernat. Omnino igitur ut res ſeparabiles ſunt à materia, ſic ſeſe habent & ea, quæ ſunt circa intellectum ipſum.*

Explanatio.

Illuſtrat re mathematica obiectum ſenſus & intellectus, vt ſimum & ratio ſimi differunt, ita rectū & ratio recti, quia rectum eſt in ſua materia, vt in quantitate continua, ſicut ſimum in naſo, & ratio recti eſt forma ſine continuo, vt ratio ſimi ſine naſo. Itaque ſenſu iudicatur rectum. ſed ratio recti iudicatur intellectu. aut rectum & ratio recti iudicatur ab eodem intellectu aliter atque aliter ſe habente. τὸ δέ τι. id eſt, ratio recti. ἔστω. Eſto recti ratio dualitas, vt Plato inquit. καὶ ὅλως ἄρα. Vt res ſe habet, ita intelligitur & iudicatur. Si forma eſt cum materia, iudicatur & cognoſcitur in materia.

Particula XII.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ ὁ νοῦς ἁπλοῦν ἐστι καὶ ἀπα-
θές, καὶ μηθενὶ μηθὲν ἔχει κοινόν, ὥσπερ φησὶν Ἀναξα-
γόρας, πῶς νοήσει, εἰ τὸ νοεῖν πάσχειν τί ἐστιν. ᾗ γάρ τι
κοινὸν ἀμφοῖν ὑπάρχει, τὸ μὲν ποιεῖν δοκεῖ τὸ δὲ
πάσχειν.

Dubita-

*Dubitabit autem non iniuria quiſpiam, quónam modo intelliget intellectus, ſi ipſe quidem ſimplex ſit ac paſſionis expers, nihilque habeat cum illa re prorſus commune, ſicut Anaxagoras aſſerit: intelligere autē pati quoddam ſit, ut diximus. quo namque quippiam eſt utriſque commune, hoc nimirum alterum agere, alterum pati uidetur.*

Explanatio.

Ponit duas quæſtiones. Prima eſt, quomodo intelligat, quia intelligere eſt quoddam pati. ſed patiens habet aliquid commune cum agente. intellectus ſimplex eſt, nec quid cum aliquo commune habet. non ergo intelligit.

Particula XIII.

ἔτι δ' εἰ νοητὸς καὶ αὐτός, ἢ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁ νοῦς ὑπάρξει, εἰ μὴ κατ' ἄλλο αὐτὸς νοητός, ἓν δέ τι τὸ νοητὸν εἴδει, ἢ μεμιγμένον τι ἕξει, ὃ ποιεῖ νοητὸν αὐτὸν ὥσπερ τὰ ἄλλα.

*Præterea ambiget quiſpiam, ſi ipſe etiam intelligibilis ſit. Nam aut cæteris rebus inerit intellectus, niſi alia ratione ſit intelligibilis ipſe, intelligibile autem unum quoddam eſt ſpecie: aut aliquid ipſe mixtum habebit, quod ipſum intelligibilem perinde atque cætera facit.*

Explanatio.

Altera quæſtio eſt, an ſit intelligibilis.i.ſeipſum intelligat.i.intelligatur à ſe. Si eſt intelligibilis, alterum duorum incommodorū ſequetur, aut omnia intelligibilia intelligent ſe, vt lapides & ligna, quia intelligibilia omnia ſunt ſpecie eadem, & vniuoca, quatenus ſunt intelligibilia. ergo habebunt intellectum. aut habebit ſecum aliquid mixtum & additum, cuius ope fiat intelligibilis.i.intelligatur à ſe.

Particula XIIII.

ἢ τὸ μὲν πάσχειν κατὰ κοινόν τι διῄρηται πρότερον, ὅτι δυνάμει πώς ἐστι τὰ νοητὰ ὁ νοῦς. ἀλλ' ἐντελεχείᾳ οὐδέν, πρὶν ἂν μὴ νοῇ. δεῖ δ' οὕτως, ὥσπερ ἐν γραμματείῳ ᾧ μηδὲν ὑπάρχει ἐντελεχείᾳ γεγραμμένον. ὅπερ συμβαίνει ἐπὶ τοῦ νοῦ.

*At enim ipſum pati diuiſum eſt prius una quadam ratione communi. Atque intellectus potentia quidem eſt quodammodo intelligibilia ipſa: actu uerò nihil eorum anteaquàm intelligat ipſa. oportet autem in ipſo nihil eſſe, perinde atque in tabula nihil eſt actu ſcriptum anteaquàm in ipſa ſcribatur. Hoc enim in ipſo fit atque accidit intellectu.*

Explanatio.

Pati aut eſt mutari à contrario in affectiones cōtrarias, ſicut patiuntur res naturales, & quæ habent communem materiam: aut eſt poſſe recipere formas intelligibiles, quas reipſa.i.actu nōdum habet: ſicut tabella poteſt accipere omnes figuras quas nō habet in ſe pictas. Itaque intellectus intelligit.i.patitur altero modo, non primo. κατὰ ναρόντι. Pati eſt genus commune, quia duobus modis cōcipitur.

Particula XV.

καὶ αὐτὸς δὲ νοητός ἐστιν, ὥσπερ τὰ νοητά. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄνευ ὕλης, τὸ αὐτό ἐστι τὸ νοοῦν, καὶ τὸ νοούμενον. ἡ γὰρ ἐπιστήμη ἡ θεωρητική, καὶ τὸ ἐπιστητὸν, τὸ αὐτό ἐστιν.

*Eſt etiam intelligibilis & ipſe, & intelligibilia cuncta. Nam in hiſce quidem, quæ ſine materia ſunt, intelligens & id quod intelligitur idem eſt: etenim idem eſt contemplatiua ſcientia, & id quod ita ſub ſcientiam cadit.*

Explanatio.

Soluit ſecundam quæſtionem. Intelligitur per ſpeciem, vt intelligibilia cætera. vt intelligat, eſt neceſſarium formari ſpeciem. intelligit per ſpeciē non ſui, ſed aliarum rerum; nam iudicando ſpecies aliarum rerum, intelligit ſe recipere illas ſpecies. quod nihil eſt aliud, quàm intelligere ſuam operationem, & cognoſcere ſe intelligere per ſpeciem nō ſui, ſed aliarum rerum. quia ſolus Deus, cum ſeparatus ſit à materia, intelligit ſe per ſolam ſui ſpeciē, quia nihil extra ſe intelligit, ſed ipſemet eſt intelligens & id quod intelligitur, ſicut ſcientia & id quod ſcitur.

Particula XVI.

τοῦ δὲ μὴ ἀεὶ νοεῖν τὸ αἴτιον ἐπισκεπτέον. ἐν δὲ τοῖς ἔχουσιν ὕλην δυνάμει μόνον ἕκαστόν ἐστι τῶν νοητῶν. ὥστ' ἐκείνοις μὲν οὐχ ὑπάρξει νοῦς· ἄνευ γὰρ ὕλης δύναμις ἐστιν ὁ νοῦς τῶν τοιούτων. ἐκείνῳ δὲ τὸ νοητὸν ὑπάρξει.

*Sed cur non ſemper intelligit, conſideranda eſt cauſa. In iis autem quæ materiam habent, unumquodq; intelligibilium potentia eſt. Quare illis quidem non inerit intellectus: nam intellectus talium potentia ſine materia eſt, ipſe autem intelligibilis rationem ſubibit.*

Explanatio.

Tertia quæſtio: ſi eſt intelligibilis, cur ſemper non intelligitur? An quia non ſemper præſto ſunt ſpecies & phantaſmata; aut quamuis præſto ſint, non tamen ſemper in illa aciem intendit. Cur intelligibilia quæ habent materiam non intelliguntur à ſe? id eſt ſe non intelligunt. An quia carent intellectu, qui eſt poteſtas animæ recipiendi ſpecies ſine materia.i.intelligibiles, per quas ipſe fit intelligibilis.i.intelligitur à ſe, & intelligit ſe & alias res.

Particula XVII.

ἐπεὶ δ' ὥσπερ ἐν ἁπάσῃ τῇ φύσει ἐστί τι, τὸ μὲν ὕλη ἑκάστῳ γένει. τοῦτο δὲ ὃ πάντα δυνάμει ἐκεῖνα. ἕτερον δὲ, τὸ αἴτιον καὶ ποιητικόν, τῷ ποιεῖν πάντα. οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πέπονθεν, ἀνάγκη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ὑπάρχειν ταύτας τὰς διαφοράς.

Cum

*Cum autem in omni natura ſint quædam, quorum alterum quidem unicuique generi materies eſt, quod id eſſe patet, quod eſt potentia illa cuncta: alterum verò cauſa eſt & efficiens omnia, nimirum efficiendo atque agendo, talem ſubiens rationem, qualem ars conditionem ad materiam ſubit: neceſſe eſt et in anima differentias has eaſdem ineſſe.*

Explanatio.

In omni genere rerum, in quo aliquando poteſtate eſt, aliquando actu quippiam, vna pars eſt ſicut materia, altera ſicut efficiens, ſed anima interdum poteſtate eſt, vt quando poteſt recipere ſpecies intelligibiles & intelligere, nondum tamen recepit, neque intelligit. interdum actu eſt, vt quando re ipſa intelligit, ergo in anima eſt vna pars ſimilis materiæ, qualis eſt intellectus paſsibilis, & altera ſimilis efficienti, qualis eſt intellectus agens. Hæc eſt neceſsitas vtriuſque.

Particula XVIII.

καὶ ἔστιν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς, τῷ πάντα γίνεσθαι. ὁ δὲ, τῷ πάντα ποιεῖν, ὡς ἕξις τις. οἷον τὸ φῶς. τρόπον γάρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα, ἐνεργείᾳ χρώματα.

*Atque quidam eſt intellectus talis, ut omnia fiat: quidam talis, ut omnia agat atque efficiat. Qui quidē ut habitus eſt quidam, & perinde ac lumen: nam & lumen, colores qui ſunt potentia, actu colores quodammodo facit.*

Explanatio.

Inquirit proprietates intellectus: poſsibilis proprium eſt omnia pati, hoc eſt recipere ſpecies ſicut natura formas & figuras inductas ab artifice. Agentis verò eſt omnia efficere, vt ſpecies receptas poteſtate intelligibiles efficere actu, & re ipſa intelligibiles, quia eſt ſimilis artifici inducenti figuram, quoniam phantaſmata & ſpectra recepta non poſſunt mouere intellectum poſsibilem, niſi liberentur à conditionibus materiæ, & efficiantur vniuerſales ab agente liberatæ, tunc intelliguntur quæ prius non intelligebantur, ſed poterant intelligi. Deducuntur ergo ad intelligentiam ab agente, & hæc deductio dicitur illuminatio: vt enim colores præſente lumine cernuntur, qui prius in tenebris poterant cerni, ita ope intellectus agentis ſpecies poteſtate intelligibiles reipſa intelliguntur. Itaq; agens ſimilis eſt artifici, poſsibilis materię, ſpecies intelligibiles formę ſiuæ figuræ quæ fabricatur ab artifice. ἕξις. i. ſemper actu conſiſtens, nunquam poteſtate. τῇ οὐσίᾳ. i. ſua natura & eſſentia.

Particula XIX.

καὶ οὗτος ὁ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς, καὶ ἀπαθὴς τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια. ἀεὶ γὰρ τιμιώτερον τὸ ποιοῦν τοῦ πάσχοντος. καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ὕλης.

*Et is intellectus ſeparabilis eſt & non mixtus, paſſioneque uacat, cùm ſit ſubſtantia actus: ſemper enim id quod efficit atque agit, præſtabilius eſt eo quod patitur: & ipſum principium omnino materia.*

Explanatio.

Eſt ſeparatus à materia, & in nullo organo corporeo eſt, atque non mixtus. i. non compoſitus, ſed ſimplex. Hactenus conuenit cum poſsibili. Eſt quoque ἀπαθὴς. i. vacat paſsione ſiue alteratione & corrumpente & perficiente, ſed poſsibilis non caret perficiēte. Eſt ſua ſubſtātia. i. natura ſemper actu, quia eſt forma & vis actiua. poſsibilis eſt vis paſsiua. preterea eſt preſtantior paſsibili, quia excellentius eſt id quod agit, quàm illud quod patitur. Itaq; intellectus agens partim cōuenit cum poſsibili, partim non conuenit.

Particula XX.

τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμη τῷ πράγματι. ἡ δὲ κατὰ δύναμιν, χρόνῳ προτέρα ἐν τῷ ἑνί. ὅλως δὲ, οὐδὲ χρόνῳ. ἀλλ' ὅτι μὲν, νοεῖ. οὐχ ὅτι δ', οὐ νοεῖ. χωρισθεὶς δ' ἐστὶ μόνον τοῦθ' ὅπερ ἐστί. καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον. οὐ μνημονεύομεν δὲ, ὅτι τοῦτο μὲν ἀπαθὲς. ὁ δὲ παθητικὸς νοῦς, φθαρτός. καὶ ἄνευ τούτου, οὐθὲν νοεῖ.

*Scientia autem ea quæ eſt actu, eſt idem quod res: ea uerò quæ eſt potentia, in uno prior eſt tempore, abſolutè autem neq; tempore, ſed non nunc quidem intelligit, nunc autem non intelligit. ſeparatus uero id eſt ſolum quod eſt, atque id ſolum eſt immortale perpetuumque. Non autem recordamur, quia hoc quidem expers eſt paſsionis. Intellectus uero paſsiuus extinguitur, & ſine hoc nihil intelligit.*

Explanatio.

Intellectus agentis ſcientia actu. i. intellectus intelligens ſiue intelligentia eſt ſimul cum re quæ intelligitur & ſcitur: ſed eiuſdem ſcientia poteſtate. i. intellectus non intelligens (non autem intelligit, nondum iunctus cum poſsibili in vno, id eſt in corpore determinato & ſingulari) ſua quidem natura ſemper intelligit, quia eſt Deus, ſed meritò noſtri corporis dicitur non intelligere, quando in vobis non operatur nec efficit ſpecies poteſtate intelligibiles, actu intelligibiles. Itaque intellectus agens eſt prior tempore re quæ intelligitur, non tamen generatim, ſed quando intelligit, id eſt efficit intelligentiam in nobis, eſt ſimul cum re quæ intelligitur. quando non intelligit, id eſt nondum efficit intelligentiam, iunctus nobiſcum, eſt prior. ποτὲ. Qũ intelligit, non eſt prior tempore, ſed quando non intelligit. τοῦθ' ὅπερ ἐστί, Verè eſt, quia eſt immortalis. mortalia enim verè ſunt, quia poſſunt nō eſſe. οὐ μνημονεύομεν. Poſt mortem nō recordamur, quia intellectus agens, qui eſt expers omnis paſsionis, remanet, deſtituens poſsibilem, qui corrumpitur,

& ideo

& ideo in ipſo corrupto non poteſt efficere intelligentiam. quare neque recordamur, neque intelligimus.

### Particula XXI.

ἡ μὲν οὖν τῶν ἀδιαιρέτων νόησις, ἐν τούτοις, περὶ ἃ οὐκ ἔστι τὸ ψεῦδος. ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές, σύνθεσίς τις ἤδη νοημάτων, ὥσπερ ἓν ὄντων, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς ἔφη. πολλῶν μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν. ἔπειτα συντίθεσθαι τῇ φιλίᾳ, οὕτω καὶ ταῦτα κεχωρισμένα συντίθεται. οἷον τὸ ἀσύμμετρον, καὶ ἡ διάμετρος.

*Indiuiſibilium igitur intellectio in biſce conſiſtit, circa quæ falſitas non eſt. At in quibus & falſitas iam et ueritas ineſt in biſce cõpoſitio quædã iam eſt conceptuũ intellectus, quaſi ipſi ſint unum. Atque ut Empedocles dixit, Multorum certè capita, admirabile dictu,*
*Ceruice abſq; fuere exorta in luminis auras.*
*Illa tamen dulcis poſt hoc concordia iungit.*
*Sic & hæc ſeparata componi ſolent, ut incommenſurabile & diameter.*

### Explanatio.

Nec recordamur nec intelligimus poſt mortem, ſed in vita, quia ſupereſt intellectus poſsibilis, cuius quidem intelligentia rerum ſimplicium .i. terminorum nec uera nec falſa eſt: quia verum & falſum ſequitur compoſitionem & diuiſionem ſimplicium notionum, & vt ab æternitate mundi ope diſcordię res erant ſecretæ, deinde regenerate concordia ex decenti concretione res naturales ortæ ſunt, ex indecenti, vt ex homine & boue monſtra: ita ex conuenienti compoſitione ſimplicium notionum & diuiſione vera enuntiatio efficitur. vt homo eſt animal. et homo non eſt lapis. Ex non conuenienti efficitur falſa. οἷον τὸ. Hoc exemplo oſtendit indecentem compoſitionem, vt Diametrus æquatur coſtæ quadrati, eſt indecens compoſitio. Diameter non æquatur coſtę, eſt decens diuiſio.

### Particula XXII.

ἂν δὲ γενομένων ἢ ἐσομένων τὸν χρόνον προσεννοῶν καὶ συντιθείς. τὸ γὰρ ψεῦδος, ἐν συνθέσει ἀεί. καὶ γὰρ ἂν τὸ λευκὸν μὴ λευκόν, τὸ μὴ λευκὸν συνέθηκεν. ἐνδέχεται δὲ καὶ διαίρεσιν φάναι πάντα. ἀλλ' οὖν ἔστι γε οὐ μόνον τὸ ψεῦδος, ἢ ἀληθές, ὅτι λευκὸς Κλέων ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἦν ἢ ἔσται. τὸ δὲ ἓν ποιοῦν, τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον.

*Quòd ſi eorum etiam quæ fuerunt uel erunt fit compoſitio, & tempus inſuper intelligitur atque additur: falſitas enim in compoſitione ſemper conſiſtit. nam ſi album non album eſſe dicat, ipſum tamen non album cõponit. licet autem diuiſionem etiam omnia dicere. Attamen falſitas aut ueritas non ſolũ conſiſtit in hoc, Cleon eſt albus, ſed in his etiam, Cleon erat uel erit albus. Id uerò quod ſingulos dictos conceptus componit, unumq; facit, ipſe eſt intellectus.*

### Explanatio.

Sed componendo & diuidendo coniungit tempus aut pręſens, aut pręteritũ, aut futurum, atq; format enũtiatũ aut verũ aut falſum, quia in compoſitione & diuiſione conſiſtit veritas & falſitas, non in ſimplicium notionum apprehenſione. ἢ ἐσομένων. Si adiungens tempus componat & diuidat, tunc format enuntiatum verum aut falſum, quia in compoſitione ſemper verum aut falſum conſiſtit.

### Particula XXIII.

τὸ δ' ἀδιαίρετον ἐπεὶ διχῶς, ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ, οὐδὲν κωλύει νοεῖν τὸ ἀδιαίρετον, ὅταν νοῇ τὸ μῆκος. ἀδιαίρετον γὰρ ἐνεργείᾳ καὶ ἐν χρόνῳ ἀδιαιρέτῳ. ὁμοίως γὰρ ὁ χρόνος διαιρετὸς καὶ ἀδιαίρετος τῷ μήκει. οὔκουν ἔστιν εἰπεῖν, ἐν τῷ ἡμίσει τί ἐνόει ἑκατέρῳ. οὐ γὰρ ἔστιν ἂν μὴ διαιρεθῇ. ἀλλ' ἢ δυνάμει. χωρὶς δ' ἑκάτερον νοῶν τῶν ἡμίσεων νοῦν, διαιρεῖ καὶ τὸν χρόνον ἅμα. τότε δ' οἷον μήκη, εἰ δ' ὡς ἐξ ἀμφοῖν, καὶ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ ἐπ' ἀμφοῖν.

*Cum autem dupliciter indiuiſibile dicatur, aut potentia, aut actu: nihil prohibet intellectum cùm longitudinem intelligit, indiuiſibile intelligere, & in indiuiſibili tempore. eſt enim indiuiſibilis actu. Et tempus perinde atque longitudo diuiſibile ac indiuiſibile eſt. Non igitur dici poteſt, quid in utroque temporis dimidio intelligebat. non eſt enim ſi non diuiſio fiat, niſi potentia. At cum utrunque ſeorſum intelligit, diuidit ſimul & tempus, & tunc ut longitudines illa intelligit. Quòd ſi longitudinem ex utriſq; conſtantem intelligat, in eo quoque tempore nimirum ipſam intelligit, quod ex utriſque pari modo temporibus conſtat atque componitur.*

### Explanatio.

Quòd tempus adiungat, illud eſt argumentatio, quòd tali tempore intelligit qualis res eſt quę intelligitur. vt lineam non diuiſam in partes, ſed actu indiuiduam, non poteſtate intelligit, tempore non diuiſo in partes, ſed continuo ſiue indiuiduo, quia magnitudo, tempus & motus proportione ſibi reſpondent; eandem diuiſam in partes intelligit tempore diuiduo ſeu diuiſo in partes.

### Particula XXIIII.

τὸ δὲ μὴ κατὰ ποσὸν ἀδιαίρετον, ἀλλὰ τῷ εἴδει νοεῖ ἐν ἀδιαιρέτῳ χρόνῳ καὶ ἀδιαιρέτῳ τῆς ψυχῆς. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ οὐχ ᾗ ἐκεῖνα διαιρετά. ᾧ νοεῖ καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ. ἀλλ' ᾗ ἀδιαίρετα. ἔνεστι γὰρ κἀν τούτοις τι ἀδιαίρετον. ἀλλ' ἴσως οὐ χωριστόν, ὃ ποιεῖ ἕνα τὸν χρόνον καὶ τὸ μῆκος. καὶ τοῦτο ὁμοίως ἐν ἅπαντί ἐστι τῷ συνεχεῖ καὶ χρόνῳ καὶ μήκει.

*Quod uerò non quantitate ſed forma eſt indiuiſibile, ſed in indiuiſibili tempore, & animæ indiuiſibili intellectione percipit atque intelligit: per accidens autẽ, & non hoc ſanè, quo illa diuiſibilia ſunt, id quod intelligit, & tempus in quo intelligit, ſed hoc quo indiuiſibilia ſunt. Ineſt enim & in his indiuiſibile quiddam, at fortaſſe non ſeparabile, quod quidem unum iam tempus ipſum*

*ipſum quàm ipſam longitudinem facit: atque id in omni ſanè continuo & tempore & longitudine ſimiliter ineſt.*

Explanatio.

Omnis res tam homogenea q̄ heterogenea, vna eſt ꝑ aliquod principiũ indiuiduũ. Indiuiduũ aut ꝑ quantitatem, ut corpus eſt vnum per ſuperficiem, ſuperficies per lineam, linea per punctum. Aut per formam, vt homo, equus, domus eſt vna res per eſſentiam, quamuis per accidens non ſit vna, ut ratione corporis quod poteſt diuidi in partes. Itaque intellectus cognoſcit & intelligit rem vnam eſſe & indiuiduam merito principij indiuidui.

Particula XXV.

ἡ δὲ στιγμὴ καὶ πᾶσα διαίρεσις καὶ τὸ οὕτως ἀδιαίρετον, δηλοῦται, ὥσπερ ἡ στέρησις. καὶ ὅμοιος ὁ λόγος ἐπὶ τῶν ἄλλων. οἷον, πῶς τὸ κακὸν γνωρίζει, ἢ τὸ μέλαν. τῷ ἐναντίῳ γάρ πως γνωρίζει, δεῖ δὲ δυνάμει εἶναι τὸ γνωρίζον καὶ ἐν εἶναι ἐν αὐτῷ. εἰ δέ τινι μή ἐστιν ἐναντίον τῶν αἰτίων, αὐτὸ αὑτὸ γινώσκει, καὶ ἐνεργείᾳ ἐστὶ καὶ χωριστόν.

*Punctum autem, omniſque diuiſio, & id quod eſt ſic indiuiſibile, perinde atque priuatio cognoſcitur, manifeſtumque euadit. Similis eſſe uidetur & in alijs ratio: hoc enim modo malum cognoſcit, atque etiam nigrum: contrario namque quodam modo cognoſcit. Id autem quod cognoſcit, potentia nimirum eſſe, & in ipſo potentiam ineſſe oportet. Quòd ſi cauſarum alicui nullum ſit omnino contrarium, illa ſe ipſam profectò cognoſcit, & eſt actus, & etiam ſeparabilis.*

Explanatio.

Aut eſt indiuiduum, neque per quantitatem, neque per formam, ſed indiuiduum ſimpliciter & ſine adiunctione. Itaque tale indiuiduum intelligit ſicut priuationem. V.G. punctum aut momentũ, per priuationem diuiſionis, quia non recipit diuiſionem, tanquam per principium: ſicuti intelligit vnum contrarium per priuationem alterius, ut tenebras per priuationem luminis, malum per priuationem boni. εἰ δέ τινι. Si eſt aliquis intellectus, qui intelligat vnum cõtrarium ſine notitia alterius, hic eſt intellectus diuinus & ſeparatus, qui ſe ipſum intelligit. i. ſuam eſſentiam, vt Deus.

Particula XXVI.

ἔστι δ' ἡ μὲν φάσις, τὶ κατά τινος ὥσπερ ἡ κατάφασις. καὶ ἀληθὴς ἢ ψευδὴς πᾶσα, ὁ δὲ νοῦς, οὐ πᾶς. ἀλλ' ὁ τοῦ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι ἀληθής, καὶ οὐ τὶ κατά τινος. ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὁρᾶν τοῦ ἰδίου ἀληθές. εἰ δ' ἄνθρωπος τὸ λευκὸν ἢ μή, οὐκ ἀληθὲς ἀεί. οὕτως ἔχει, ὅσα ἄνευ τῆς ὕλης.

*Eſt autem dictio quidem, quippiam de quopiam, quemadmodum affirmatio. atque omnis eſt uera uel falſa. At intellectus non omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt ad formam accommodati, eſt uerus, & non quippiã de quopiam dicit. Sed ut uiſio proprij ipſius uera eſt, ſi uerò album hominem eſſe dicat, aut non, non ſemper uera, ſic ſeſe habent ea, quæ ſine materia ſunt.*

Explanatio.

Hactenus locutus eſt de intelligentia ſimplicium notionum, id eſt quomodo intelligat indiuiduum. i. indiuiſibile tum quantitate, tum forma, tum ſimpliciter. nunc loquitur de intelligentia compoſitarum notionum, id eſt quomodo intelligat diuiduum ſiue diuiſibile. Vt ſenſus verſans in proprio obiecto non errat, ita intellectus intelligens ſimplices notiones non errat, quia ſunt propria obiecta. ſed errat uerſans in compoſitione, & diuiſione notionum, interdum verè interdum falſò intelligit, id eſt verus eſt aut falſus. εἰ δ' ἄνθρωπος. Quia ſubſtantia, vt homo, non eſt proprium obiectum ſenſus. & ideo errat.

Particula XXVII.

τὸ αὐτὸ δ' ἐστὶν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμη τῷ πράγματι. ἡ δὲ κατὰ δύναμιν, χρόνῳ προτέρα ἐν τῷ ἑνί. ὅλως δὲ, οὐδὲ χρόνῳ. ἔστι γὰρ ἐξ ἐντελεχείας ὄντος πάντα τὰ γιγνόμενα.

*Scientia autem ea quæ eſt actu, eſt idem quod res: ea uerò quæ eſt potentia, in uno, prior eſt tempore. ſunt. n. uniuerſa quæ fiunt ex eo quod actu eſt.*

Explanatio.

Quando intellectus intelligit, tunc eius intelligẽtia ſiue ſcientia, & res quę ſcitur & intelligitur eſt tẽpore ſimul. Intelligitur autem res per ſpeciẽ. Quando verò non intelligit, ſed poteſt intelligere, eius ſcientia & intelligentia, id eſt poteſtas intelligendi eſt prior tempore, ſed nõ generatim: quia quando intelligit, tunc eſt ſimul, quia nihil exit in opus, quin prius poſsit exire, id eſt ſit poteſtate. qui enim ſcit re ipſa, prius habuit poteſtatem ſciendi, quæ poteſtas perducitur in opus ab eo quod actu eſt, hoc eſt tenet ſcientiam, quia nihil in ſe agit, neque à ſe patitur. At verò hæc uerba poſſunt referri ad intellectum agentem, vt expoſui ſuprà tex. xx. Cui expoſitioni ſuffragãtur hæc verba, ἐξ ἐντελεχείας ὄντος πάντα τὰ γιγνόμενα. i. intellectus agens iunctus nobiſcũ eſt opifex intelligentiæ in nobis, quia intellectum poteſtate intelligentem efficit actu, & re ipſa intelligentem. quia quod fit tale, fieri neceſſe eſt ab eo quod eſt actu tale, qualis eſt intellectus agens, qui ſemper actu eſt.

Particula XXVIII.

φαίνεται δὲ τὸ μὲν αἰσθητὸν, ἐκ δυνάμει ὄντος τοῦ αἰσθητικοῦ, ἐνεργείᾳ ποιοῦν. οὐ γὰρ πάσχει. οὐδ' ἀλλοιοῦται. διὸ ἄλλο εἶδος τοῦτο κινήσεως. ἡ γὰρ κίνησις τοῦ ἀτελοῦς ἐνέργεια ἦν. ἡ δ' ἁπλῶς ἐνέργεια, ἑτέρα ἡ τοῦ τετελεσμένου. τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι ὅμοιον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν. ὅταν δὲ ἡδὺ ἢ λυπηρὸν, οἷον καταφᾶσα ἢ ἀποφᾶσα, διώκει ἢ φεύγει.

*Senſi-*

*ſenſibile autem ad actum ex potentia ſenſitiuum ipſum deducere, actuque uidetur efficere non enim patitur ac alteratur. Quapropter alia quædam eſt hæc ſpecies motus. Nam motus, actus eſt imperfecti. ac tactus ſimpliciter, qui quidem eſt rei perfectæ, alius eſt omnino diuerſusq; ab illo. Sentire igitur, ipſi dicere ſolum ac intelligere ſimile eſt. Cum autem ſenſus iucundum aut moleſtum diſcernit, quaſi affirmauerit aut negauerit, tum perſequitur aut fugit.*

Explanatio.

Intelligere eſt, aut comprehendere ſimplices notiones, aut illas cōponere aut diuidere. Cōpoſitionē ſequitur affirmatio, diuiſionē negatio, ſiue enuntiatū verum aut falſum. Vtrunq; aūt hoc opus intelligē di nō poſſe fieri ſine intellectus agentis ope & phātaſmatum. Nam phantaſmata non poſſunt mouere intellectum patibilem, niſi expurgentur à conditionibus materiæ quam expurgationē vocat lumen allatum ab intellectu agente. & ideo ſoli aſsimilatur. Nec intellectus agens poteſt efficere vtrunque hoc opus in patibili, ſine phantaſmatibus. Agens enim eſt ſimilis artifici, vt pictori: patibilis materiæ, vt tabulæ; phantaſmata inſtrumentis, ſine quibus artifex non poteſt opus efficere. Itaq; neceſsitatem demonſtrat intellectus agentis & phantaſmatū pro opere intelligendi, ex collatione ſenſus cum intellectu. Senſile, inquit, mouet ſenſum. Sed hic motus non eſt verus motus, qui eſt endelechia, de quo fit mentio in tertio phyſicorū, eſt.n. res ſucceſsiua, cuius partes ſimul non oēs ſunt, ſed pars acquiritur, & altera eſt acquirenda, & acquiſito termino ceſſat, & ideo tempore fit in materia. Sed eſt actio ſiue functio ſenſus, cuius partes omnes ſimul ſunt, & ideo eſt ſubita & perfecta, quia nulla pars deſit quæ ſit acquirenda. Itaque ſenſus per hunc motum ſiue actionem, vt ſenſus cōis, primo ſenſile ſubito recipit, deinde iudicat animi bonum aut malum, tum vero delectatur aut contriſtatur, poſtremò aut appetit aut declinat. Similis ergo eſt, intellectui, quia ſimilia opera facit. Sed hoc intereſt, ꝙ intellectus compoſitum diuidit, affirmat, negat eſſe bonum aut malum; ſenſus non item ſed iudicium ſenſus eſt ſimile affirmationi aut negationi.

Particula XXIX.

καὶ ἔστι τὸ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι, τὸ ἐνεργεῖν τῇ αἰσθητικῇ μεσότητι πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἢ κακόν, ᾗ τοιαῦτα. καὶ ἡ φυγὴ δὲ καὶ ἡ ὄρεξις τοῦτο ἡ κατ' ἐνέργειαν. καὶ οὐχ ἕτερον τὸ ὀρεκτικὸν καὶ φευκτικόν, οὔτε ἀλλήλων, οὔτε τοῦ αἰσθητικοῦ. ἀλλὰ τὸ εἶναι ἄλλο.

*Atq; delectari aut dolere, eſt operari ipſa medietate ſenſus ad bonum aut malum, ut talia ſunt: & fuga et appetitus qui eſt actu, hoc ſunt: & non aliud eſt appetitiuū aliud fugitiuum, nec alia ſunt iſta à ſenſitiuo: quanquam ipſorum ratio non eſt eadem, ſed diuerſa.*

Explanatio.

Delectari & cōtriſtari eſt paſsio ſenſus. Nam ſenſus cōſiſtit in quadam mediocritate, & ideo ſentiēs exceſſum ſenſilē mouetur, delectatur aut contriſtatur. καὶ οὐχ ἕτερον. Poteſtas appetendi bonū & declinandi malum eſt eadem ſubiecto, quia eſt in eodē ſenſu ſubiecto. Differt ratione, quia relata ad iudicium boni, dicitur appetitrix: relata ad iudicium mali, dicitur poteſtas declinandi.

Particula XXX.

τῇ δὲ διανοητικῇ ψυχῇ, τὰ φαντάσματα οἷον αἰσθήματα ὑπάρχει. ὅταν δὲ ἀγαθὸν ἢ κακὸν φήσῃ ἢ ἀποφήσῃ, φεύγει, ἢ διώκει. διὸ οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἡ ψυχή.

*Animæ autem, quæ principium eſt ratiocinandi, ipſa phantaſmata perinde atque ſenſibilia ſenſui ipſi ſubijciuntur. atque cum bonum aut malum eſſe dicit affirmādo aut negando, tum fugit aut perſequitur. Quapropter ipſa anima ſine phantaſmate nunquam intelligit.*

Explanatio.

Pergit confirmare neceſsitatem intelligendi. Vt eſt impoſsibile ſentire ſine ſenſili, ita eſt impoſsibile intelligere ſine phantaſmate. φαντάσματα. i. νοήματα, quando ſunt liberata à conditionibus materiæ. αἰσθήματα. αἰσθητικόν, αἰσθητόν, αἴσθησις, αἴσθημα. Νοητικόν, νοητόν, νόησις, νόημα.

Particula XXXI.

ὥσπερ δὲ ὁ ἀὴρ τὴν κόρην τοιανδὶ ἐποίησεν, αὐτὴ δὲ ἕτερον, καὶ ἡ ἀκοὴ ὡσαύτως. τὸ δὲ ἔσχατον, ἕν. καὶ μία μεσότης. τὸ δ' εἶναι αὐτῇ πλείω. τίνι δ' ἐπικρίνει, ὅτι διαφέρει γλυκὺ καὶ θερμόν, εἴρηται μὲν καὶ πρότερον. λεκτέον δὲ καὶ νῦν. ἔστι γὰρ ἕν τι. οὕτω δὲ καὶ ὡς ὅρος.

*Fit autem & hic perinde ut ibi. Nā aer quidē pupillā talem efficit, ipſe autem aliud, & auditus ſimili modo. Ipſum uerò ultimum unū quidem eſt, & medietas una: at ipſius plures ſunt rationes. Quo uerò diiudicat atque diſcernit calidum à dulci differre, dictum & prius eſt, & nunc etiam eſt dicendum. Eſt enim unum quid ipſum, & ita unum ut terminus.*

Explanatio.

Vt color nō mouet ſenſum. i. aſpectū ſine lumine illuſtrāte aerē, ita nec phantaſmata poſſunt mouere intellectū patibilem ſine intellectu agente. Nā aer illuminatus afficit ſenſum exteriorē ad accipiendā ſuā ſpeciē ſenſilē, & exterior afficit ſenſum interiorē. i. cōem. Sic intellectus agēs afficit patibilē, ad accipiēdas ſpecies intelligibiles. afficit, quia phātaſmata liberat à cōditionibus materiæ, & ex phantaſmatibus efficit νοήματα. κόρην. Afficit pupillā, quod medium eſt, per quod intrat ſenſile: ſicut ſpecies coloris ad ſenſoriū. ἔσχατον. i. ſenſus cōis interior, qui eſt terminus extremus ſenſuum exteriorum. τὸ ἔσχατον. ſenſus cōis eſt vnus numero. i. ſubiecto; plures, relatus ad plures ſenſus exteriores. quia eſt ſicut centrū & terminus in quem terminantur omnes actiones ſenſuum exteriorum, & ab actione illa denominatur ſenſus particularis; à mutatione facta ab aſpectu vocatur Aſpectus; ab auditu, Auditus. prima iudicat diuerſa ſenſilia ſenſuum exteriorum, vt fuit dictum ſuperiori loco.

## Particula XXXII.

καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἀνάλογον καὶ τῷ ἀριθμῷ, ὅν ἔχει πρὸς ἑκάτερον. ὡς ἐκεῖνα πρὸς ἄλληλα. τί γὰρ διαφέρει τὸ ἀπορεῖν, πῶς τὰ ὁμογενῆ κρίνει ἢ τἀναντία, οἷον λευκὸν καὶ μέλαν. ἔστω δ᾽ ὡς τὸ α τὸ λευκὸν, πρὸς τὸ β. τὸ μέλαν. τὸ γ. πρὸς τὸ δ, ὡς ἐκεῖνα πρὸς ἄλληλα. ὥστε καὶ ἐναλλάξ. εἰ δὲ τὰ γ δ. ἑνὶ εἴη ὑπάρχοντα, οὕτως ἕξει ὥσπερ καὶ τὰ α β, τὸ αὐτὸ μὲν καὶ ἓν, τὸ δ᾽ εἶναι, οὐ τὸ αὐτό. κἀκεῖνο ὁμοίως. ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος, κἂν εἰ μὲν τὸ α. τὸ γλυκὺ εἴη. τὸ δὲ β. τὸ λευκόν. τὰ μὲν οὖν εἴδη τὸ νοητικὸν ἐν τοῖς φαντάσμασι νοεῖ.

*Atq; hæc ipſa unum ſunt aut ſimilitudine rationis, aut numero quoniam habent ad utrunque, ut illa inter ſeſe habent. Quid.n.intereſt, ſi quonam pacto diſcernit, aut ea quæ ſub eodem genere collocātur, aut contraria, dubitemus, ut albū ac nigrum? Sit igitur ut eſt A. quod eſt album, ad B. quod eſt nigrum, ſic C. ad D. quare mutato ordine comparatione etiam eorundem uerè facere licet. Si igitur C D ſint unum, ipſa profectò ſeſe habebunt perinde atq; A B, ut ſint idem & unū, non eandem autem habeant rationem, & illa ſimili modo. Eadem erit omnino ratio, & ſi A quidem ſit dulce, B uerò album. Intellectiuum igitur ipſas formas in phantaſmatibus ipſis intelligit.*

### Explanatio.

Vt ſenſilia ſunt vnum per analogiam ad ſenſum communem, qui eſt vnus terminus quinq; ſenſuum, aut vnus numero.i.ſubiectum vnum ſenſuum exteriorum: ita intelligibilia ſiue phantaſmata ſunt vnū, quia intelligūtur ab intellectu patibili. qui eſt vnus, ſicut ſenſus v.g. α ſit albus color. β niger. γ ſit phātaſma albi. δ phantaſma nigri. vt color albus & niger eſt vnum ſenſile, quia ſenſus cōmunis qui mouetur eſt vnus, ita diuerſa phantaſmata ſunt vnum, quia vnus eſt intellectus qui intelligit in ipſis.

πρὸς ἑκάτερον. vt ſenſilia ad ſenſū, ita phantaſmata ad intellectum. ὡς. vt ſenſilia ſe habent ad phantaſmata, ita ſenſus ad intellectum.

## Particula XXXIII.

καὶ ὡς ἐν ἐκείνοις ὥρισται αὐτῷ τὸ διωκτὸν καὶ φευκτόν, καὶ ἐκτὸς τῆς αἰσθήσεως ὅταν ἐπὶ τῶν φαντασμάτων ᾖ, κινεῖται. οἷον αἰσθανόμενος τὸν φρυκτὸν ὅτι πῦρ τῇ κοινῇ γνωρίζει ὁρῶν κινούμενον ὅτι πολέμιος. ὁτὲ δὲ τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ φαντάσμασιν ἢ νοήμασιν, ὥσπερ ὁρῶν λογίζεται καὶ βουλεύεται τὰ μέλλοντα πρὸς τὰ παρόντα.

*Et ut in illis ipſis definitum eſt id quod fugiendū eſt uel ſequendum: ſic & ſine ſenſu cùm in phantaſmatibus eſt mouetur. Sentiens.n.ſignum face datum ignem eſſe, uidensq́; ipſum communi ſenſu agitari motu, cognoſcit hoſtem accedere. At nonnunquam hiſce quæ ſunt in anima phantaſmatibus aut mentis cōceptibus quaſi uidens ad ea quæ ſunt præſentia ratiocinatur atque deliberat de futuris.*

### Explanatio.

Intelligit in phantaſmatibus ſpecies interdum cū ſenſu, interdū ſine ſenſu. Cum ſenſu, aſpiciens faces ſenſu exteriore, indicat ſēſu interiore cōi eſſe ſignū hoſtis aduenientis. Hoc indicio motus intellectus, fabricat phantaſma & ſpeciem repræſentantem malum & triſtitiam. & ideo fugit. Sine ſenſu, vt quando fabricat ſpeciem futuri mali, & conſultat de futuro ex collatione præſentis. hoc opus facit ſine ſenſu. φαντάσμασιν. Sunt phantaſmata in phantaſia, eadem ſunt νοήματα in intellectu, fabricata ab agente ex phantaſmatibus.

## Particula XXXIIII.

καὶ ὅταν εἴπῃ, ὡς ἐκεῖ τὸ ἡδὺ ἢ λυπηρὸν, ἐνταῦθα φεύγει ἢ διώκει. καὶ ὅλως ἐν πράξει. καὶ τὸ ἄνευ δὲ πράξεως καὶ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐστὶ τῷ ἀγαθῷ, ἢ κακῷ, ἀλλὰ τῷ γε ἁπλῶς διαφέρει, καὶ τινί.

*Et cum dixerit hic aut ibi rē eam eſſe, quæ uoluptatem aut dolorem affert, tum fugit aut perſequitur, & omnino aliquid agit. Ipſum etiam uerum ac falſum quæ ſine actione ſunt, in eodem genere ſunt, in quo ſunt bonum ac malum: ſed abſolutè differunt, atque cuiuſpiam ratione.*

### Explanatio.

καὶ ὅλως. Intelligere ſpecies in phantaſmatibus eſt acquirere habitum aut practicum ſiue intellectū, aut ſpeculatiuum. Practicus eſt etiam rerum agendarum, quæ pendent ex noſtra uoluntate, cuius finis eſt bonum & malum & actio. Speculatiuus eſt etiā rerum naturalium, aut diuinarū, aut mathematicarum, cuius finis eſt ſpeculatio, & verum ac falſum. Sed practicus & ſpeculatiuus habitus non differunt ſubiecto, nimirum intellectu poſsibili, qui ab habitu acquiſito dicit ſpeculatiuus & practicus intellectus, ſed ſola relatione differunt. Ille dicitur practicus relatus ad res agendas: ſpeculatiuus, relatus ad res materiales. et ideo logica dicitur inſtrumentum iudicandi bonum à malo in ſciētia practica, & verum à falſo in ſcientia ſpeculatiua.

τῷ γε ἁπλῶς. Intellectus patibilis, qui abſolutus eſt. διαφέρει καὶ τινί. Etiam ab aliquo, id eſt ab habitu accipit differentias, quia diuiditur in practicum & ſpeculatiuum.

## Particula XXXV.

τὰ δὲ ἐν ἀφαιρέσει λεγόμενα, νοεῖ. ὥσπερ ἂν εἰ τὸ σιμόν, ᾗ μὲν σιμόν, οὐ κεχωρισμένως. ᾗ δὲ κοῖλον, εἴ τις ἐνόει ἐνεργείᾳ ἄνευ τῆς σαρκὸς ἂν ἐνόει ἐν ᾗ τὸ κοῖλον. οὕτω τὰ μαθηματικὰ οὐ κεχωρισμένα ὑποστάσει, ὡς κεχωρισμένα νοεῖ, ὅταν νοῇ ἐκεῖνα.

*At uerò res eas quæ uocitātur ob abſtractionem abſtractæ, hoc pacto intelligit. Nam ut ſi quiſpiam ſimitatem non ut eſt ſimitas, quā quidem pacto percipi ſeparata non poteſt, ſed ut concauitas eſt, intelligeret actu, ſine ea tum ipſam intelligeret carne, in qua concauitas eſt. Sic cum res intelligit mathematicas, tum ſeparatas ipſas & ſeparatas intelligit.*

### Explanatio.

Rerum naturalium formas intelligit in materia, vt ſimitatem eſſe curuitatem in naſo ſiue carne. Rerum mathematicarum formas ſine materia, & ſimitatem eſſe curuitatem, non intelligens naſum ſiue carnem. Et ideo Philoſophus accipit materiam in definitionem, Mathematicus non item. οὐ κεχωρισμένως. Intelligit formam ſine materia. ſed forma nõ eſt ſeparata à materia, ſed eſt in materia, vt ſimum in naſo. οὐ κεχωρισμένα. Tametſi intelligit formas rerum mathematicarum ſine materia, ſunt tamen in materia, quia formas quę intelligũtur ſine materia, & non ſunt in materia, quales ſunt formę rerum diuinarum, intelligit mens, quę dicitur νοῦς κατ᾽ ἐνέργειαν. i. intellectus agens.

### Particula XXXVI.

ὅλως δὲ ὁ νοῦς ἐστιν ὁ κατ᾽ ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοῶν. ἆρα δ᾽ ἐνδέχεται τῶν κεχωρισμένων τι νοεῖν, ὄντα αὐτὸν μὴ κεχωρισμένον μεγέθους, ἢ οὔ. σκεπτέον ὕστερον.

*Omnino autem is intellectus qui actu intelligit, res ipſe eſt, uti diximus. Si uerò fieri poſſit, ut aliquam, ipſe non ſeparatus à magnitudine, ſeparatarum rerum intelligat necne, conſiderandum eſt poſtea.*

### Explanatio.

ὅλως δὲ ὁ νοῦς. Intellectus patibilis, in quo eſt habitus ſiue ſcĩa, eſt quodãmodo res ſcibiles, quia haurit formas & ſpẽ ſimiles rebus. vt.n. res eſt, ita intelligit. Ex complexione formarum acquiritur habitus, qui dicitur ſcientia in intellectu patibili. Simili quoque modo & ſenſus eſt quodammodo ſenſilia, quia accipit ſpeciem ſimilem rei quæ cadit ſub ſenſum. ergo ſimilitudo rei cõiungit ſenſum cum re quæ ſentitur, ſicut intellectum cum re quæ intelligitur.

ὕστερον. Vtrum intellectus paſſibilis formas rerum diuinarum intelligat, cùm non ſit ſeparatus, lib. 9. Metaphyſ. 22. inquirendum. vbi inquit, nos non priuari cognitione formarum diuinarum, ſicut priuatur cœcus cognitione coloris: quia cœcus nunq̃ cognoſcet colores: nos uerò ex motu orbium cognoſcimus formas ſeparatas ſaltem eſſe, ſi non datur cognoſcere quid ſint.

### Particula XXXVII.

Νῦν δὲ περὶ ψυχῆς τὰ λεχθέντα συγκεφαλαιώσαντες, εἴπωμεν πάλιν. ὅτι ἡ ψυχὴ, τὰ ὄντα πώς ἐστι πάντα. ἢ γὰρ αἰσθητὰ τὰ ὄντα, ἢ νοητά. ἔστι δ᾽ ἡ ἐπιστήμη μὲν, τὰ ἐπιστητά πως. ἡ δ᾽ αἴσθησις, τὰ αἰσθητά.

*Nunc autẽ ea quæ de anima dicta ſunt quaſi ad quædam capita redigentes, rurſus dicamus, animam ipſam ea uniuerſa quodãmodo eſſe, quæ ſunt. Nã ea quæ ſunt, aut intelligibilia ſunt, aut ſenſibilia. Atque ſcientia quidem eſt res eæ quodammodo, quæ ſub ipſam ſcientiam cadunt: ſenſus autem, ipſæ ſenſibiles.*

### Explanatio.

Concludit ex intelligẽtia rerum intellectum patibilem & agentem copulari, hoc eſt fieri ſimilem: tunc autem fit ſimilis, cũ patibilis eſt aſſecutus ſcientiam omnium rerum: quia patibilis poteſt omnia accipere & pati, agẽs verò omnia facere. patibilis.n. tabulæ ſimilis eſt, agens artifici.

### Particula XXXVIII.

πῶς δὲ τοῦτο, δεῖ ζητεῖν. τέμνεται οὖν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ αἴσθησις εἰς τὰ πράγματα. ἡ μὲν δυνάμει, εἰς τὰ δυνάμει. ἡ δ᾽ ἐντελεχείᾳ, εἰς τὰ ἐντελεχείᾳ. τῆς δὲ ψυχῆς τὸ αἰσθητικὸν, καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν δυνάμει ταῦτά ἐστι. τὸ μὲν, ἐπιστητὸν. τὸ δὲ αἰσθητόν. ἀνάγκη δ᾽ ἢ αὐτὰ, ἢ τὰ εἴδη εἶναι. αὐτὰ μὲν γὰρ δὴ οὔ. οὐ γὰρ ὁ λίθος ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ τὸ εἶδος. ὥστε ἡ ψυχὴ ὥσπερ ἡ χείρ ἐστι. καὶ γὰρ ἡ χεὶρ, ὄργανόν ἐστιν ὀργάνων καὶ ὁ νοῦς εἶδος, εἰδῶν. καὶ ἡ αἴσθησις, εἶδος αἰσθητῶν.

*Verum quo pacto id ita eſt, quæratur oportet. Scinditur igitur in ipſas res, ſcientia atque ſenſus: is quidẽ, qui eſt potentia, in res potentiales: is uerò, qui eſt in actu, in actu ſimiliter tales. & ſcientia pari modo. ſenſitiuum autem animæ, & id quod ſcientiis affici poteſt, hæc potentia ſunt: hoc quidem, id quod ſub ſcientiam cadit: illud uerò, ſenſibile. Atque neceſſe eſt aut res ipſas aut formas in anima eſſe. at non ſunt in ea res ipſæ profectò: non enim lapis ipſe in anima, ſed forma lapidis ineſt. Quare anima eſt ut manus: manus.n. inſtrumentorum & inſtrumentum: & intellectus formarum eſt forma: & ſenſus itidem ſenſibilium forma.*

### Explanatio.

Aſſequitur ſcientiam oĩum rerum per impreſſas ſpecies ſenſiles primum in ſenſu, deinde intelligibiles in intellectu, ex quibus fabricantur principia cõplexa ſcientiæ aut naturalis aut diuinæ, aut mathematicæ, quia ſcientia diuiditur ex diuiſione rerum. Opifex aũt ſpeciei intelligibilis eſt intellectus agẽs, ſicut ſpeciei ſenſilis eſt obiectum ſenſile: vt ſenſus haurit ſpeciẽ à re ſenſili, ita intellectus patibilis ſpeciem intelligibilem accipit à phantaſmate ope intellectus agentis. Vt.n. manu fabricantur oĩa inſtrumenta ab artifice, ita fabricãtur ex phantaſmatibus oĩa νοήματα in intellectu patibili, qui eſt aĩa humana, tanquã inſtrumento, ab intellectu agente tanquã opifice omniũ formarũ. Et quia agens eſt forma, dicitur forma formare intelligibilium. τέμνεται. Diuiditur intellectus & ſenſus, ſicut res. Vt.n. diuiditur ſenſus in ſenſum poteſtate, qñ nondum mutatur, ſed põt mutari à re ſenſili: & in ſenſum actu, qñ mutatur & accipit ſpeciem ſenſilem. Ita intellectus diuiditur in intellectum poteſtate, qñ nondum accipit ſpecies intelligibiles, nec patitur ab agẽte; & in intellectum actu, quando recipit & patitur ab agente, qui tanquam opifex fabricat νοήματα ex phantaſmatibus.

### Particula XXXIX.

ἐπεὶ δὲ οὐδὲ πρᾶγμα οὐθέν ἐστι παρὰ τὰ μεγέθη, ὡς δοκεῖ, τὰ αἰσθητὰ κεχωρισμένον, ἐν τοῖς εἴδεσι τοῖς αἰσθητοῖς τὰ νοητά ἐστι. τά τε ἐν ἀφαιρέσει λεγόμενα, καὶ ὅσα τῶν αἰσθητῶν, ἕξεις καὶ πάθη. καὶ

διὰ τοῦτο οὔτε μὴ αἰσθανόμενος μηθὲν, οὐθὲν ἂν μάθοι, οὐδὲ ξυνίοι. ὅταν τε θεωρῇ, ἀνάγκη ἅμα φαντάσματι θεωρεῖν. τὰ γὰρ φαντάσματα, ὥσπερ αἰσθήματά ἐστι, πλὴν ἄνευ ὕλης. ἔστι δ' ἡ φαντασία, ἕτερον φάσεως καὶ ἀποφάσεως. συμπλοκὴ γάρ ἐστι νοημάτων τὸ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος. τὰ δὲ πρῶτα νοήματα, τίνι διοίσει τοῦ μὴ φαντάσματα εἶναι. ἢ οὐδὲ τἆλλα φαντάσματα ἀλλ' οὐκ ἄνευ φαντασμάτων.

*Cùm autem nulla res ſit præter magnitudines ſeparata, & uidëtur res ipſæ ſenſibiles, in ipſis profectò ſenſibilibus formis ipſæ ſunt intelligibiles formæ tum earũ rerum quæ abſtracta uocantur, tum eorum etiam ſenſibilium, quæ ſunt habitus atque affectus. Idcirco & quæ non ſentit, nihil diſcere uel intelligere poteſt. Et qui contemplatur, neceſſe eſt unà cum phantaſmate contempletur. Ipſa namque phantaſmata ueluti ſenſibilia ſunt, attamẽ ſine materia. Eſt autem aliud phantaſia ab affirmatione negatione ue. verum.n. uel falſum, cõplexio eſt conceptuum intellectus. At mentis primi cõceptus quo quæſo different, ut non phantaſmata ſint? An neque cæteri ſunt phantaſmata, non tamen ſine phantaſmatibus ſunt.*

Explanatio.

In hac ſua fabrica indiget ſenſu, quia intellectus agens eſt artifex, patibilis eſt inſtrumentum, phantaſma eſt materia. ſed phantaſma oritur à ſpecie ſenſili. ergo omnis noſtra ſcientia ortum habet à ſenſu. Itaque fit, vt abolito ſenſu, ſcientia quoq; illius ſenſus aboleatur. ἔστι δ' ἡ. Phantaſia differt ab intellectu, quia intellectus componit & diuidit νοήματα, phantaſia non item: ex compoſitione & diuiſione oritur verum & falſum. πλὴν ἄνευ. Senſus ſentitur præſente ſenſili re. phantaſia etiam ſine rei ſenſilis pręſentia.

Particula XL.

ἐπεὶ δὲ ἡ ψυχὴ κατὰ δύο ὥρισται δυνάμεις ἡ τῶν ζώων, τῷ, τε κριτικῷ, ὃ διανοίας ἔργον ἐστὶ καὶ αἰσθήσεως, καὶ ἔτι τῷ κινεῖν τὴν κατὰ τόπον κίνησιν, περὶ μὲν αἰσθήσεως καὶ νοῦ διωρίσθω τοσαῦτα. περὶ δὲ τοῦ κινοῦντος τί ποτέ ἐστι τῆς ψυχῆς, σκεπτέον. πότερον ἕν τι μόριον αὐτῆς χωριστὸν ὂν ἢ μεγέθει ἢ λόγῳ, ἢ πᾶσα ἡ ψυχή. κἂν εἰ μόριόν τι, πότερον ἴδιόν τι παρὰ τὰ εἰωθότα λέγεσθαι καὶ τὰ εἰρημένα, ἢ τούτων ἕν τι.

*Cum autem animalium anima hiſce duobus ſit definita, diſcernendi inquam potentia, quod quidem eſt opus officiumq; mentis atq; etiam ſenſus: & inſuper etiam mouendi motu ad locum accommodato potentia: de ſenſu quidem & intellectu hæc ſint determinata ac pertractata. Deinceps autẽ de eo quod mouet, quidnã ſit ipſius animæ, conſideremus oportet, utrum una quædam ipſius ſit pars ſeparabilis magnitudine uel ratione, an ipſa anima tota: & ſi pars ſit aliqua, utrum ſit alia quædam propria præter eas, quæ dici ſolent, & eas quas diximus, an iſtarum aliqua una?*

Explanatio.

Duę ſunt poteſtates, quibus corpus inanime differt ab animato. Prima eſt poteſtas cognoſcendi, qualis eſt vis intelligendi & ſentiendi: altera eſt poteſtas mouendi. De priore hactenus dictum eſt. Sequitur vt diſputet de poſteriore, vtrum ſit pars animę.i.ſubiectiua, non integralis.i.in eodem ſubiecto, ſicut cęteræ partes: an tota anima. Si ſit pars, vtrum ſit ſeparata ab aliis, an vna de partibus hactenus enumeratis. δυνάμεις. Vires, ptãtes, facultates, partes, confundit Ariſt. διανοίας.i.intellectus patibilis, vt verba in epilogo proxima indicant.

Particula XLI.

ἔχει δὲ ἀπορίαν εὐθύς, πῶς τε δεῖ μόρια ψυχῆς λέγειν, καὶ πόσα. τρόπον γάρ τινα, ἄπειρα φαίνεται, καὶ οὐ μόνον ἅ τινές λέγουσι διορίζοντες, λογιστικὸν καὶ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν. οἱ δὲ τὸ λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον. κατὰ γὰρ τὰς διαφορὰς δι' ἃς ταῦτα χωρίζουσι καὶ ἄλλα φαίνεται μόρια μείζω διάστασιν ἔχοντα τούτων. περὶ ὧν καὶ νῦν εἴρηται. τό τε θρεπτικόν, ὃ καὶ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει καὶ πᾶσι τοῖς ζώοις, καὶ τὸ αἰσθητικόν, ὃ οὔτε ὡς ἄλογον, οὔτε ὡς λόγον ἔχον θείη ἄν τις ῥᾳδίως. ἔτι δὲ τὸ φανταστικόν, ὃ τῷ μὲν εἶναι πάντων ἕτερον, τίνι δὲ τούτων ταὐτὸν, ἢ ἕτερον.

*Atque hic exiſtit continuò dubitatio, dubitabitq; nõ iniuria quiſpiam, quomodo partes animæ, & quot oporteat dicere. nam infinitæ quodammodo & non ſolæ ea eſſe uidentur, quas diuidendo quidam dixerunt, rationis inquam particeps, & iraſcendi ac cupiendi principium. vel ut aliꝫ, rationis particeps, & rationis expers. Per differentias enim quibus haſce diuidunt & ſeparant partes, & aliæ partes eſſe uidentur. quæ maiorem inter ſeſe quàm dicta diſtantiam habent. Vegetatiua inquam, quæ quidem ex plantis et uniuerſis animalibus ineſt. Et ſenſitiua, quam nec ut rationis expertem, nec ut eiuſdem participem quis facile ponet. Præterea imaginatiua, quæ quidem ratione ab omnibus eſt diuerſa.*

Explanatio.

Quęrit an pars loco mouens ſit pars animæ. Dubium.n.eſt quę & quot ſint partes animę, apud antiquos Philoſophos. Ariſt. quatuor conſtituit, viuentem, mouentem loco, ſentientem, & intelligentem. Antiqui philoſophi diſſentiunt. alij.n. diuidunt in tres partes loco diſtincta.ſ.in intelligentem, iraſcentem, concupiſcentem, vt Plato. alij in rationalẽ aut irrationalem. τρόπον. Quia non ſunt infinitæ, ſed finitæ: dicuntur quodammodo infinitæ, quia videtur anima quodãmodo obire infinitas actiones. nam ex numero actionum colligitur numerus partium & poteſtatis animę. κατὰ γὰρ. Poſteriores philoſophi non rectò diuidunt animam in partem rationabilem & irrationabilem, quia irrationabilis eſt pars quæ priuatur ratione, habet tamẽ aptitudinem ad accipiendam rationem. ſed anima in plantis & brutis priuatur ratione, non tamen eſt irrationalis. pręterea quandocunq; habent phantaſiã, non continuo ſunt irrationabilia, ſicut quędam bruta. ergo hæc diuiſio eſt uitioſa, quia non complectitur omnes animæ ſemper diuiſę rei partes. τότε θρεπτικὸν. In diuiſione relinquit tres partes animæ altricem, ſentientem, imaginatricem.

Parti-

## Particula XLII.

ἔχει πολλὴν ἀπορίαν, εἴ τις θήσει κεχωρισμένα μόρια τῆς ψυχῆς. πρὸς δὲ τούτοις τὸ ὀρεκτικὸν, ὃ καὶ λόγῳ καὶ δυνάμει ἕτερον ἂν δόξειεν εἶναι πάντων, καὶ ἄτοπον δὴ τοῦτο διασπᾶν. ἔν τε τῷ λογιστικῷ γὰρ ἡ βούλησις γίνεται, καὶ ἐν τῷ ἀλόγῳ ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμός. εἰ δὲ τρία ἡ ψυχὴ, ἐν ἑκάστῳ ἔσται ὄρεξις.

*Cui uerò ſit iungenda, ut ſit idem quod illa, aut à qua ſeiungenda, ut ſint alia ab illa, magnam dubitationem habet profectò, ſi quis ſeiunctas animæ partes ſeparataſq; ponat. Inſuper appetitiua, quæ & ratione & ui alia diuerſaq; ſine dubio ab uniuerſis eſſe uidetur. Abſurdum autem eſt, hanc a cæteris diuellere partibus. ſit enim & in participe rationis, uoluntas: & in ratione uacante, cupiditas atq; ira. Quòd ſi tres in partes diuiditur anima, in unaquaq; profectò partium inerit appetitus.*

### Explanatio.

Quòd relinquat phantaſiam, argumento id eſt: non enim cadit ſub partem rationalem tantum, ſed etiam ſub irrationalem, quia bruta expertia rationis habent phantaſiam. Appellatione irrationalis continetur pars iraſcens & concupiſcens. Et ideo refellit diuiſionē Platonis & aliorum Philoſophorū. πρὸς δὲ τούτοις. Relinquitur etiam appetitus, quia non cadit ſub ſolam partem rationalem, ſed etiam irrationalem, quia bruta habent appetitum, & homines etiam appetunt. ſed appetitus in parte rationali dicitur βούλησις, in irrationali verò dicitur θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. τρία. Si in anima ſunt βούλησις, ἐπιθυμία et θυμὸς, in parte rationali, & irrationali erit ὄρεξις.

## Particula XLIII.

καὶ δὴ καὶ περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐνέστηκε. τί τὸ κινοῦν κατὰ τόπον, τὸ ζῷόν ἐστι. τὴν μὲν γὰρ κατ᾽ αὔξησιν καὶ φθίσιν κίνησιν ἅπασιν ὑπάρχουσαν, τὸ πᾶσιν ὑπάρχον δόξειεν ἂν κινεῖν τὸ γεννητικὸν καὶ θρεπτικόν. περὶ δὲ ἀναπνοῆς, καὶ ἐκπνοῆς καὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, ὕστερον ἐπισκεπτέον. ἔχει γὰρ καὶ ταῦτα πολλὴν ἀπορίαν.

*Sed ut redeamus unde digreſſi ſumus, quid eſt id quod mouet ipſum animal loco, de quo nunc diſputatio noſtra eſt inſtituta? Motu nanque eo, quo incrementa decrementaq; ſuſcipiuntur, qui quidem omnibus animantibus ineſt, id mouere ſanè uidetur, quod uniuerſis ineſt eiſdem, principium inquam generandi ac nutriendi. De reſpiratione autem expiratione ue, & ſomno atq; uigilia, poſterius conſiderare oportet. nam & hæc ipſa magnam dubitationem difficultatemq; habent.*

### Explanatio.

Præterea relinquūt in diuiſione multas alias partes animæ, tum cauſa qua loco mouetur animal, tū cauſa quæ creſcit & decreſcit, tum cauſa qua inſpirat & expirat, tum cauſa qua dormit & vigilat: quoniam dubium eſt, ſub quā partem diuiſionis cadant. æquè.n.ſub rationalem atq; ſub irrationalem cadere poſſunt. Homines.n. prædití ratione loco mouentur, creſcunt decreſcunt, vigilant, dormiunt. pariter & bruta ratione expertia. καὶ δὴ καὶ. præterea dubitabile quoque eſt illud, de quo inſtitutus eſt ſermo, ſub quam partem diuiſionis cedat. τὸ γεννητικὸν.i. pars animę generatrix & altrix, quę eſt principiū incrementi & decrementi in omnibus habentibus animam. ὕστερον.ſ.in opuſculis naturalibus.

## Particula XLIIII.

ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως, τί τὸ κινοῦν τὸ ζῷον τὴν πορευτικὴν κίνησιν, σκεπτέον. ὅτι μὲν οὖν οὐχ ἡ θρεπτικὴ δύναμις, δῆλον. ἀεὶ γὰρ ἕνεκά του ἡ κίνησις αὕτη, καὶ ἢ μετὰ φαντασίας, ἢ ὀρέξεώς. ἔστι οὐθὲν γὰρ μὴ ὀρεγόμενον ἢ φεῦγον, κινεῖται ἀλλ᾽ ἢ βίᾳ. ἔτι κἂν τὰ φυτὰ κινητικὰ ἦν, κἂν εἶχέ τι μόριον ὀργανικὸν πρὸς τὴν κίνησιν ταύτην.

*Nunc eſt de motu ad locum accommodato diſſerendum, quidnam id tandem ſit, quod ipſum animal motu mouet progrediendi. Patet itaq; non eſſe ipſam potentiam nutriendi: nam alicuius gratia ſemper hic motus efficitur, eſtq; cum imaginatione uel appetitu. nihil.n. non appetis aut fugiens hoc motu cietur, niſi forſitan ui. Præterea plantæ quoq; cieretur profectò motu, partemq; aliquam ad hunc motum & inſtrumentum haberent.*

### Explanatio.

Regreditur eò vnde digreſſus eſt. Quærit enim eam partem animę, qua mouetur loco.i. ingreditur animal. Non eſt, inquit, ea pars qua viuit, alioqui ſtirpes omnes mouerentur loco, & haberent inſtrumenta greſſus, ſed non mouentur. Pręterea mutatio loci non eſt ſine phantaſia aut appetitu. κατὰ τόπον. Omnis πορεία.i. greſſus eſt κίνησις κατὰ τόπον.i. mutatio loci, ſed non reciprocatur, quia elementa mouentur loco, non tamen gradiuntur. ἀεὶ. mutatio loci habet duas conditiones. Prima, vt ſit propter aliquem finem: altera, vt ſit cum phantaſia vel appetitu.i. cauſa motus eſt appetitus, qui dicitur voluntas in animalibus ratione vtentibus. Concupiſcentia verò & ira in animalibus rōne carentibus.

## Particula XLV.

ὁμοίως δὲ, οὐδὲ τὸ αἰσθητικόν. πολλὰ γάρ ἐστι τῶν ζῴων, ἃ αἴσθησιν μὲν ἔχει, μόνιμα δ᾽ ἐστὶ καὶ ἀκίνητα διὰ τέλους. εἰ οὖν μή τε μηδὲν ἡ φύσις ποιεῖ μάτην, μή τι ἀπολείπει τῶν ἀναγκαίων πλὴν ἐν τοῖς πηρώμασι καὶ τοῖς ἀτελέσι. τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ζῴων τέλεια, καὶ οὐ πηρώματά ἐστι. σημεῖον δὲ, ὅτι γεννητικὰ καὶ ἀκμὴν ἔχει καὶ φθίσιν. ὥστε εἶχεν ἂν καὶ τὰ ὀργανικὰ μέρη τῆς πορείας.

*Pari modo nec ipſam ſentiendi uim motus huiuſce principium eſſe conſtat: ſunt enim animalium multa, quæ ſenſum quidem habent, manent tamen, & ſemper immobilia ſunt. Quòd ſi natura nihil facit fruſtra, neq; neceſſarium quicquam omittit, niſi in animalibus membris*

*bris captis ac imperfectis, atque animalium hæc & perfecta ſunt & non membris capta. cuius id indicium eſt, quod generant, & ſtatum decrementaq; ſuſcipiunt. habent & eas ipſa profecto partes, quæ progrediendi ſunt inſtrumenta.*

Explanatio.

Neque eſt ea pars, qua ſentit animal, alioqui omnia animalia ingrederentur, id eſt mutarent locum: zoophyta verò non mutant locum, ſunt tamen animalia quia ſentiunt. διὰ τέλους. i. perpetuo & vſq; ad finem vitæ. εἰ οὖν. Contradicat quis, non mutãt locũ, quia carent inſtrumentis. Reſpond. Ariſt. hanc non eſſe cauſam: quia ſi mutare poſſent locum ſua natura, tunc fuiſſent data inſtrumenta motus, quia natura nihil fruſtra facit, & nihil neceſſarium omittit in ſuo opificio, niſi impediatur aut defectu, aut exceſſu, aut alio vitio naturæ: ſicut in animalibus imperfectis vti monſtris. ſed in perfectis nullam partẽ neceſſariam prætermittit. Zoophyta aũt ſunt perfecta, quia generant ſibi ſimile ſpecie, & creſcũt ac decreſcunt. ταῦτα, ſcilicet zoophyta, vt ſpongiæ, conchylia.

Particula XLVI.

ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ λογιστικὸν, καὶ ὁ καλούμενος νοῦς ἐστιν ὁ κινῶν. ὁ μὲν γὰρ θεωρητικὸς, οὐθὲν νοεῖ πρακτόν. οὐδὲ λέγει περὶ φευκτοῦ καὶ διωκτοῦ οὐθέν. ἀεὶ δὲ ἡ κίνησις, ἢ φεύγοντός τι ἢ διώκοντός ἐστιν. ἀλλ' οὐδ' ὅταν θεωρῇ τι τοιοῦτον, ἤδη κελεύει φεύγειν, ἢ διώκειν. οἷον πολλάκις διανοεῖ τι φοβερὸν ἢ ἡδὺ, οὐ κελεύει δὲ φοβεῖσθαι, ἡ καρδία δὲ κινεῖται. ἂν δὲ ἡδὺ, ἕτερόν τι μόριον.

*At verò neq; ratiocinandi uis, & id quod intellectus appellatur, principium eſt mouendi. Intellectus.n. contemplatiuus nihil eorum quæ ſub actionem cadunt contemplatur, neque dicit quicquam omnino ſi ſit fugiendum an perſequendum. At motus ſemper aut fugientis aut perſequentis quippiam eſt. Actiuus etiam cũ rem aliquam huiuſcemodi contemplatur, minimè iam fugere aut perſequi iubet: tamenſi res illa terribilis ſit, cor ipſum mouetur: ſiue afficiens voluptate, pars aliqua alia corporis agitatur.*

Explanatio.

Neque eſt pars rationalis. i. neq; pars theoretica, quæ contemplatur animal neque practica quæ contemplatur agenda: quoniam finis partis qua loco mouetur animal eſt vt ſequatur aut fugiat: finis theoretices eſt contemplatio ſiue ſcientia: finis practicæ eſt actio ſecũdum virtutem. Intellectus enim theoreticus contemplatur tantum vt ſciat, practicus vt agat. et quamuis contemplando vterque intelligat hoc eſſe formidoloſum, illud iucundum & delectabile, non tamen mouet neque ſuadet animali vt ſequatur aut fugiat, ſed alia pars in animali mouetur, ſicut cor, vt formidoloſa. τὸ λογιστικὸν. Intellectus eſt in parte rationali animę tum ſpeculatiuus tum practicus. ἕτερόν τι. In contemplatione rei venereę mouentur pudenda.

Particula XLVII.

ἔτι καὶ ἐπιτάττοντος τοῦ νοῦ καὶ λεγούσης τῆς διανοίας φεύγειν τι ἢ διώκειν, οὐ κινεῖται. ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν πράττουσιν οἱ ἀκρατεῖς. καὶ ὅλως δὲ ὁρῶμεν. ὅτι ὁ ἔχων τὴν ἰατρικὴν οὐκ ἰᾶται, ὡς ἑτέρου τινὸς κυρίου ὄντος τοῦ ποιεῖν κατὰ τὴν ἐπιστήμην, ἀλλ' οὐ τῆς ἐπιστήμης.

*Præterea intellectus nonnunquam iubet, ratioq; fugere aliquid aut perſequi dicit, at non obtemperat homo, neq; mouetur, ſed agit cupiditate, ut in ipſo fieri ſolet incõtinente. Omnino autem perſæpe fieri uidemus, ut non medeatur is, & qui medicinam habet, nec ille conficiat ſtatuam, qui ſtatuariam habet artem: propterea quòd non ars ipſa neq; ſcientia, ſed aliquid aliud hanc habet uim & potentiam, ut per ipſam artem aliquid ſcientiamq; agatur.*

Explanatio.

Confirmat altero argumento, quoniam intellectus & ratione ſuadente aliquid aut expetendum aut fugiendum eſſe, homo non mouetur, ſed appetitu. Argumento ſunt incontinentes, qui rationi non parẽt, ſed appetitu. Sunt enim ſimiles medicis, qui norunt rationem tuendi ualetudinem, ſed appetitu ducti, omnem rationis obedientiam abijciunt, & ideo non ſanant ægri. ergo pars animę qua mouetur loco animal, non eſt ea pars qua intelligit. i. intellectus ſiue ratio non eſt principium motus. λεγούσης. Intellectu practico, qñ eſt in opere & intelligit.

Particula XLVIII.

ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ ὄρεξις ταύτης κυρία τῆς κινήσεως. οἱ γὰρ ἐγκρατεῖς, ὀρεγόμενοι καὶ ἐπιθυμοῦντες, οὐ πράττουσιν ὧν ἔχουσι τὴν ὄρεξιν. ἀλλ' ἀκολουθοῦσι τῷ νῷ. φαίνεται δέ γε δύο ταῦτα κινοῦντα, ἢ ὄρεξις ἢ νοῦς, εἴ τις τὴν φαντασίαν τιθείη ὡς νόησίν τινα. πολλὰ γὰρ παρὰ τὴν ἐπιστήμην ἀκολουθοῦσι ταῖς φαντασίαις. καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις οὐ νόησις, οὐδὲ λογισμός ἐστιν, ἀλλὰ φαντασία. ἄμφω ἄρα ταῦτα, κινητικὰ κατὰ τόπον, νοῦς καὶ ὄρεξις.

*At uerò nec appetitus author atque princeps huius eſt motionis: continentes enim quanquam appetunt atq; cupiunt, non tamen agunt ea quæ cupiunt, ſed intellectu ipſum ſequuntur, rationiq; obtemperant. Videntur igitur duo hæc eſſe mouentia, uel appetitus, uel intellectus; ſi quis imaginationem ut quandam intellectionem eſſe ponat. Nam & homines magis imaginationem quàm ſcientiã plerunq; ſequuntur: et in cæteris animalibus nõ intellectio neque ratio, ſed imaginatio ineſt. Hæc igitur ambo, intellectus & appetitus, mouendi motu dicto, principia ſunt.*

Explanatio.

Neque ſolus appetitus eſt cauſa motus. i. ea pars qua mouetur loco non eſt illa pars animæ ſola qua appetit. Argumento ſunt nobis homines continentes, qui appetitui repugnantes, ſoli rationi obediũt. ergo principium motus eſt appetitus ſimul & intellectus. i. ea pars animæ qua homo intelligit pariter & appetit. ὁ νοῦς. i. διάνοια πρακτική.

Parti-

## Particula XLIX.

νοῦς δὲ, ὁ ἕνεκά του λογιζόμενος καὶ ὁ πρακτικός. διαφέρει τοῦ δὲ θεωρητικοῦ, τῷ τέλει καὶ ἡ ὄρεξις ἕνεκά του πᾶσα. οὐ γὰρ ἡ ὄρεξις αὕτη, ἀρχὴ τοῦ πρακτικοῦ νοῦ. τὸ δὲ ἔσχατον, ἀρχὴ τῆς πράξεως. ὥστε εὐλόγως δύο ταῦτα φαίνεται τὰ κινοῦντα ὄρεξις καὶ διάνοια πρακτική. τὸ ὀρεκτικὸν γὰρ κινεῖ. καὶ διὰ τοῦτο ἡ διάνοια κινεῖ, ὅτι ἀρχὴ αὐτῆς ἐστι τὸ ὀρεκτικόν.

*Intellectus is inquam, qui alicuius gratia ratiocinatur, quiq; principium eſt agendi, atque hic ſine ab intellectu contemplatiuo differt. Appetitus etiam omnis alicuius eſt gratia. Cuius enim eſt appetitio, id eſt principium intellectus actiui: at ipſum ultimum, principium eſt actionis. Quare non ſine ratione principia mouendi uidentur hæc eſſe duo, appetitus inquam & mens ea, quæ principium eſt agendi. ipſum enim appetibile mouet. & propterea mens mouet, quod appetibile ipſius principium eſt.*

### Explanatio.

Cùm dicimus intellectum cum appetitu eſſe cauſam motus, intelligi volumus intellectum practicũ, hoc eſt intellectum iunctum cum phantaſia & appetitu. Iunctus cum phantaſia dicitur διάνοια πρακτικὴ aut θεωρητικὴ. θεωρητικὴ quidem, quando cõtemplatur ſpecies in phantaſmatibus & eius finis eſt contemplatio. πρακτικὴ verò, quando contemplatur ſpecies in phantaſmatibus & eius finis eſt non contemplatio, ſed actio, quia poſt contemplationem exit in opus & actionem. Itaque cauſa & principium motus eſt quod in homine dicitur διάνοια πρακτικὴ, in bruto phantaſia, & appetitus ſiue ὄρεξις qui in homine dicitur βούλησις. i. voluntas, in bruto ἐπιθυμία. Et quia διάνοια πρακτικὴ in homine proportione reſpondet phantaſiæ ſoli in bruto animali & in vtroq; eſt principium motus, ideo Ariſtot. φαντασίαν nominauit νόησιν, quia διάνοια πρακτικὴ eſt intellectus practicus, quando iungitur cum phantaſia.i.contemplatur ſpecies in phantaſmatibus.i.intelligit quid ſit agendũ. ἀρχὴν, id eſt appetibile quod mouet appetitum, ſubinde appetitus διάνοιαν.

## Particula L.

καὶ ἡ φαντασία δὲ ὅταν κινῇ, οὐ κινεῖ ἄνευ ὀρέξεως. ἓν δή τι τὸ κινοῦν τὸ ὀρεκτικόν, εἰ γὰρ δύο νοῦς καὶ ὄρεξις ἐκίνουν, κατὰ κοινὸν ἄν τι εἶδος ἐκίνουν. νῦν δὲ ὁ μὲν νοῦς οὐ φαίνεται κινῶν ἄνευ ὀρέξεως. ἡ γὰρ βούλησις, ὄρεξις. ὅταν δὲ κατὰ τὸν λογισμὸν κινῆται καὶ κατὰ βούλησιν κινεῖται. ἡ δὲ ὄρεξις κινεῖ παρὰ τὸν λογισμόν. ἡ γὰρ ἐπιθυμία ὄρεξίς τίς ἐστι.

*Imaginatio quoque cum mouet, non abſque appetitione mouet. unum igitur eſt id quod mouet, ipſum inquam appetitum. nam ſi duo intellectus & appetitus mouerent, per aliquam communem utique formam mouerent: nunc autem intellectus quidem nõ uidetur abſque appetitu mouere; uoluntas enim appetitus eſt quidam. Atque cum ſit motus per rationem, & etiam per uoluntatem ſit. Appetitus autem abſque ratione mouet. cupiditas.n. & ipſa quidam eſt appetitus.*

### Explanatio.

Cùm igitur efficiens motus ſiue greſſus eſt tum διάνοια πρακτικὴ, tum appetitus, qui eſt uoluntas in homine: quia voluntas eſt appetitus, ſed non reciprocatur. in bruto dicitur cupiditas. Sed διάνοια πρακτικὴ non mouet ſine appetitu. appetitus tamen mouere poteſt ſine διανοίᾳ, vt clarum eſt cum in feris, quæ carent διανοίᾳ, tum in hominibus aut incontinentibus aut ebriis aut phreneticis, nulla.n. vtuntur ratione ſeu dianæa. Cauſa verò quæ eſt finis, eſt ipſum appetibile, quod nominat formam communem vtriuſq;. i. finem, quia forma & finis ſępe concurrunt in idem genus commune, inquit Ariſt. ij. libr. Phyſicorum. τὸ κινοῦν. Finis mouet, ſed non mouetur. βούλησις. Quia appetitus eſt genus, diuiditurque in voluntatem, iram, cupiditatem, tanquam ſpecies.

## Particula LI.

νοῦς μὲν οὖν πᾶς ὀρθός ἐστιν. ὄρεξις ἢ καὶ φαντασία, καὶ ὀρθὴ καὶ οὐκ ὀρθή. διὸ ἀεὶ μὲν κινεῖ τὸ ὀρεκτόν. ἀλλὰ τοῦτ' ἐστὶν ἢ τἀγαθὸν, ἢ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν. οὐ πᾶν ἢ, ἀλλὰ τὸ πρακτὸν ἀγαθόν. πρακτὸν δ' ἐστὶ ἀγαθὸν, τὸ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως ἔχειν.

*Intellectus igitur rectus eſt omnis; at appetitus atq; imaginatio & recta eſt & non recta. Quocirca ſemper quidem ipſum appetibile mouet; hoc autem eſt aut uerè bonum, aut apparens bonum; attamen non omne bonũ mouet, ſed id quod ſub actionem cadit. Sub actionem aũt cadit, quod aliter ſeſe habere etiam poteſt.*

### Explanatio.

Cùm duplex ſit cauſa efficiens, & vnus finis ipſius motus, nimirum appetibile; altera cauſa efficiẽs ſemper recte iudicat & nunquam errat, ſicut διάνοια πρακτικὴ, quia iudicat omne bonum eſſe expetendum, & malum fugiendum, in vniuerſum. Altera uerò cauſa efficiens interdum rectè iudicat, interdum non rectè, vt appetitus ſiue phantaſia iudicat ſpeciatim & particulare hoc appetibile eſſe bonum, quoniam præ ſe fert ſpeciem boni, tamen bonum non eſt. decipit ergo ſpecie recti. Nam appetibile appetitur aut quia bonum eſt, aut videtur eſſe bonum. Expetitur autem id duntaxat, quo poſſumus potiri & frui, quia nemo appetit aut captat impoſsibilia. nemo appetit eſſe Deus, quia eſt impoſsibile. πρακτὸν. Quod eſt ſitum in noſtra poteſtate, & quo potiri poſſumus. ὀρεκτὸν. omne quod expetitur, ideo expetitur aut quia iudicatur eſſe bonum, aut quia præ ſe fert ſpeciem boni.

## Particula LII.

ὅτι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη δύναμις κινεῖ τῆς ψυχῆς ἡ καλουμένη ὄρεξις, φανερόν. τοῖς δὲ διαιροῦσι τὰ μέρη τῆς ψυχῆς, ἐὰν κατὰ τὰς δυνάμεις διαιρῶσι καὶ χωρίζω-

ει, πάμπολλα γίνεται. θρεπτικόν. αἰσθητικόν. νοητικόν. βουλευτικόν. ἔτι δ' ὀρεκτικόν. ταῦτα γὰρ πλεῖον διαφέρει ἀλλήλων, ἢ τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμικόν.

*Patet igitur talem animæ uim atq; potentiam principium eſſe mouendi. qua quidem eſt, quam appetitum conſueuimus appellare. conſtat etiam eos oportere, qui partes animæ diuidunt, ſi modo potentias ipſas diuidãt atque ſeparent, complures ipſas eſſe concedere, nutriẽdi principium, ſentiendi, intelligendi, deliberandi, & appetendi. hæc enim plus inter ſeſe differunt, quàm potentia cupiendi ac iraſcendi.*

Explanatio.

Concludit primo cauſam motus eſſe appetitum. deinde in diuiſione partium animæ, quam veteres philoſophi tradiderunt, multas partes deſiderari, quia poteſt diuidi in partem viuentem, ſentientem, intelligentem, deliberantem, id eſt volentem, & appetentem. i. concupiſcentem & iraſcentem.

Particula LIII.

ἐπεὶ δ' αἱ ὀρέξεις γίνονται ἐναντίαι ἀλλήλαις. τοῦτο δὲ συμβαίνει, ὅταν ὁ λόγος καὶ ἡ ἐπιθυμία ἐναντίαι ὦσι. γίνεται δ' ἐν τοῖς χρόνου αἴσθησιν ἔχουσιν. ὁ μὲν γὰρ νοῦς διὰ τὸ μέλλον, ἀνθέλκειν κελεύει. ἡ δ' ἐπιθυμία, διὰ τὸ ἤδη, φαίνεται γὰρ τὸ ἤδη, ἡδύ. καὶ ἁπλῶς ἡδύ. καὶ ἀγαθὸν ἁπλῶς διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν τὸ μέλλον.

*Cùm autem appetitiones inter ſeſe contrariæ ſunt, quod quidem tum fit, cum ratio cupiditasque contrariæ ſunt, idque fieri ſolet in hiſce quæ ſentiunt atque percipiunt tempus (mens enim ob futurum retrahere iubet, cupiditas uerò præſens ipſum proſequitur. nam quod iam afficit uoluptate, id et ſimpliciter afficere uoluptate & abſolutè bonum eſſe uidetur, ex eo ſanè, quia futurum non perſpicitur.)*

Explanatio.

Appetitus quidem eſt cauſa motus. ſed appetitus eſt duplex, alter rationalis, qui ducem ſequitur rationem ſiue διάνοιαν πρακτικὴν, dicitur voluntas. alter ſenſitiuus qui ſenſum ſequitur, dicitur cupiditas. vterque cauſa eſt motus, ille quidem in hominibus, hic verò in brutis & hominibus aut incõtinẽtibus, aut phreneticis aut ebriis, qui in naturã quaſi ferinam tranſmutatur. ſed alter differt ab altero, tum fine. ſ. ipſo bono appetibili, tum obiecto ſiue modo appetendi. Fine quidem, quia rationalis appetitus finis eſt felicitas humana: ſenſum verò ſequentis finis eſt voluptas. Obiecto porrò, quia ille mouetur & præſenti & futuro, hic præſenti tantum. At contradicat quis, finis non eſt vnus qui mouet, quia appetitiones ſunt contrariæ. Reſpondet ſeq. textu. φαίνεται. ſ. præſens voluptas quæ iudicatur bonum quoddam.

Particula LIIII.

εἴδει μὲν ἂν εἴη ἓν τὸ κινοῦν τὸ ὀρεκτικόν, ᾗ ὀρεκτικόν. πρῶτον δὲ πάντων τὸ ὀρεκτόν. τοῦτο γὰρ κινεῖ καὶ οὐ κινούμενον, τῷ νοηθῆναι ἢ φαντασθῆναι. ἀριθμῷ δὲ, πλείω τὰ κινοῦντα. ἐπεὶ δ' ἐστὶ τρία, ἓν μὲν τὸ κινοῦν. δεύτερον δὲ, ᾧ κινεῖ. ἔτι τρίτον τὸ κινούμενον. τὸ δὲ κινοῦν, διττόν. τὸ μὲν ἀκίνητον. τὸ δὲ, κινοῦν, καὶ κινούμενον. ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀκίνητον, τὸ πρακτὸν ἀγαθόν. τὸ δὲ κινοῦν καὶ κινούμενον, τὸ ὀρεκτικόν. κινεῖται γὰρ τὸ ὀρεγόμενον, ᾗ ὀρέγεται, καὶ ἡ ὄρεξις κίνησις τίς ἐστιν, ἢ ἐνέργεια. τὸ δὲ κινούμενον, ἐστὶ τὸ ζῷον. ᾧ δὲ κινεῖ ὀργάνῳ ἡ ὄρεξις, ἤδη τοῦτο σωματικόν ἐστι. διὸ ἐν τοῖς κοινοῖς σώματος καὶ ψυχῆς ἔργοις, θεωρητέον περὶ αὐτοῦ.

*Specie quidem unum eſt id profectò quod mouet, appetitiuum inquam ut appetitiuum eſt, atque appetibile omnium eſt mouentium principium (hoc enim mouet, et non mouetur, mente aut imaginatione perceptum) numero uerò ſunt plura ea quæ mouent. At uerò cum tria ſint in animalium motu, unum id quod mouet, ſecundũ id quo mouet, & tertium id quod mouetur: atque id quod mouet ſit duplex, nam aliud eſt immobile, aliud mouet, atque mouetur: immobile quidem id bonum eſt, quod ſub actionem cadit: id uerò quod mouet atque mouetur eſt ipſum principium appetendi (mouetur enim id quod appetit, ea ratione qua appetit, & appetitio eſt motus quidam uel operatio.) Id autem quod mouetur eſt animal ipſum. at quo mouet appetitus ut inſtrumento id iam corpori tribuendum eſt. Quocirca de ipſo tũc eſt contemplandum, cum de communibus animæ corporis ue operibus atq; officijs contemplabimur.*

Explanatio.

Reſpondet. Tametſi fines ſunt multi numero, vt multa appetibilia numero, vnus tamen eſt finis genere. ſ. appetibile vnum, ſicut multi ſunt numero appetitus, vnus tamen eſt genere, qui dicitur ὄρεξις, diuiditurq; in βούλησιν, θυμὸν & ἐπιθυμίαν ἐπειδή. Appetibile ergo eſt finis vnus genere: nam ad mutationem in animali cõcurrunt & quod mouet, ſed non mouetur, ſicut appetibile: & quod mouetur, ſed non mouet, ut animal: & id quo fit motus, vt inſtrumentum, quod eſt pars corporea animalis, communis corpori & animæ. de quo inſtrumento loquitur in lib. de cauſa motus animalis. κινεῖται. Quatenus appetit, eatenus dicitur moueri, quia appetitus eſt quiddam motus vbi eſt in opere, quia eſt quędam paſsio aut ſenſus, ſicut cupiditas; aut διανοίας πρακτικῆς, ſicut voluntas.

Particula LV.

νῦν δὲ ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν τὸ κινοῦν ὀργανικῶς ὅπου ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τὸ αὐτό. οἷον ὁ γιγγλυμός. ἐνταῦθα γὰρ τὸ κυρτὸν καὶ κοῖλον. τὸ μὲν, τελευτὴ τὸ δ', ἀρχή. διὸ, τὸ μὲν, ἠρεμεῖ. τὸ δὲ κινεῖται. λόγῳ μὲν ἕτερα ὄντα. μεγέθει δὲ, ἀχώριστα. πάντα καὶ ὤσει καὶ ἕλξει κινεῖται. διὸ δεῖ ὥσπερ ἐν κύκλῳ μένειν τι, καὶ ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι τὴν κίνησιν.

*Nunc ut in ſumma dicamus, id quod mouet ut inſtrumentum, ibi eſt collocandum, ubi idem principij rationem finis ue ſubit, ut in cardine fit. hic enim connexũ & con-*

*& concauum eſt, quorum alterum finis, alterum principium eſt, Quapropter alterum quieſcit, alterum mouetur. Sunt ratione quidem diuerſa, magnitudine verò non ſeparantur, uniuerſa nanque pulſu tractuque mouentur. Idcirco oportet perinde atque in circulo aliquid manere, & tunc incipere motum.*

### Explanatio.

Inſtrumentum hoc in præſenti loco paucißimis notis deſignat. Eſt autem illud, quod ſubit rationẽ principij ſimul & finis in motu animalis, vt in connexu patet per ginglimum (quo connexu radius brachij humero committitur) in quo idem eſt principiũ & finis ſiue terminus motus. Nam à parte connexa videtur incipere motus, & quaſi pelli à ſe, & dilatari pars: in concauam videtur cieri & trahi. Nam motus omnis in animali componitur ex pulſu & tractu. Pellere enim eſt à ſe mouere & dilatare: trahere eſt in ſe motare & conſtringi, & ideo in motu idẽ quieſcit, vt principium motus & pellens à ſe, atque mouetur, vt finis & terminus ad ſe trahens. Nec id debet mirum videri, quia corpus quod mouetur in orbem, quieſcit & mouetur, totũ enim quieſcit, partes mouentur, quia variant. Itaque principale inſtrumẽtum motus in animali eſt cor, quia eſt principiũ motus omnium partiũ animalis, & terminus, quoniam in ipſum omnes motus terminãtur. Vt eſt principium, ideo quieſcit & pellit, vt terminus, mouetur & contrahitur, vt eſt ſicut totum, quieſcit. ὦσει. Pellere à ſe, eſt motum inchoare, & quaſi quieſcere. Trahere in ſe, eſt perficere motũ & terminare, & quaſi moueri, atque recipere in ſe motum.

### Particula LVI.

ὅλως μὲν οὖν ὥσπερ εἴρηται ᾗ ὀρεκτικὸν τὸ ζῷον, ταύτῃ αὐτοῦ κινητικόν. ὀρεκτικὸν δὲ, οὐκ ἄνευ φαντασίας. φαντασία δὲ πᾶσα ἢ λογιστικὴ ἢ αἰσθητική. ταύτης μὲν οὖν καὶ τὰ ἄλλα ζῷα μετέχει. σκεπτέον δὲ καὶ περὶ τῶν ἀτελῶν, τί τὸ κινοῦν ἐστιν. οἷς ἁφὴ μόνον ὑπάρχει αἴσθησις. πότερον ἐνδέχεται φαντασίαν ὑπάρχειν τούτοις, ἢ οὔ, καὶ ἐπιθυμίαν. φαίνεται γὰρ λύπη καὶ ἡδονὴ ἐνοῦσα. εἰ δὲ ταῦτα, καὶ ἐπιθυμίαν ἀνάγκη. φαντασία δὲ πῶς ἐνείη. ἢ ὥσπερ καὶ κινεῖται ἀόριστος. καὶ ταῦτα ἔνεστι μὲν. ἀόριστος δὲ ἔνεστι.

*Omnino igitur, uti diximus, hoc ſui ipſius motiuum eſt animal, quo appetitiuum. At appetitiuum ſine imaginatione nõ eſt: omnis aũt imaginatio aut rationis eſt particeps, aut ſenſitiua: atque huius etiam belluæ participes ſunt. Atenim conſiderandum eſt etiam quidnam ſit id, quod imperfecta animalia motu ciet, quibus ſenſus ineſt tantummodo tactus, Atque inueſtigandum eſt, ſi his etiam inſit imaginatio cupiditas ue, nec ne. etenim dolor atque uoluptas his ineſſe uidetur. quòd ſi hæc inſunt, & cupiditatem neceſſe eſt eiſdem ineſſe. At quonam pacto his imaginatio ineſt? An aſſerendum eſt, ut uidetur, hæc & in his ineſſe, imaginationem inquam atque cupiditatem: uerum ut indeterminatè mouentur, ſic & hæc ipſis ſunt indefinitè.*

### Explanatio.

Concludit illam partem animæ, qua loco mouetur animal, eſſe cauſa partem qua appetit. i. appetitũ eſſe principium motus. Sed appetitus non eſt ſine phantaſia, quia phantaſia eſt viſio, quæ nobis videntur expetibilia, illa appetimus. Sed appetibilia vidẽtur aut per rationẽ, aut per ſenſum. Nã τὸ ὀρεκτὸν, inquit Ariſt. tex. 54. κινεῖ τῷ νοηθῆναι ἢ φαντασθῆναι. ergo phantaſia aut eſt particeps rationis, & eſt λογιστική. i. rationalis: aut eſt expers rationis. i. αἰσθητική. quemadmodum eſt duplex appetitus, alter eſt voluntas quæ ſequitur ducem rationem, alter eſt cupiditas, quæ ſequitur ſenſum ducem. Phantaſia ergo particeps rationis eſt in hominibus ſicut voluntas: expers rationis eſt in brutis, perfecta quidem in perfectis animalibus vt in cane, boue, leone: imperfecta verò in imperfectis, ſicut in zoophytis, nam obiecto iucundo delectatur, quia dilatantur, triſti dolent. Sed voluptas & dolor ſequitur cupiditatẽ, cupiditas eſt appetitus, appetitus non eſt ſine phantaſia, ergo habent phantaſiam, ſed imperfectam, obſcuram & confuſam ſiue ἀόριστον, quoniam habent inſtrumenta ſentiendi confuſa, ſicut cerebrum, cor & alia viſcera. & ideo habent etiam ſenſus confuſos. ἀτελῶν. comparatione aliorum animalium, quę habent omnes ſenſus. Nam in ſuo genere ſunt perfecta, quia nihil deeſt, quod ad illam ſpeciẽ pertineat.

### Particula LVII.

ἡ μὲν οὖν αἰσθητικὴ φαντασία ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὑπάρχει. ἡ δὲ βουλευτική, ἐν τοῖς λογιστικοῖς. πότερον γὰρ πράξει τόδε, ἢ τόδε, λογισμοῦ ἤδη ἐστὶν ἔργον. καὶ ἀνάγκη ἀεὶ ἑνὶ μετρεῖν. τὸ μεῖζον γὰρ διώκει. ὥστε δύναται ἓν ἐκ πλειόνων φαντασμάτων ποιεῖν. καὶ αἴτιον τοῦτο, τοῦ δόξαν μὴ δοκεῖν ἔχειν. ὅτι τὴν ἐκ συλλογισμοῦ οὐκ ἔχει. αὕτη δὲ ἐκείνην. διὸ, τὸ βουλευτικὸν οὐκ ἔχει ἡ ὄρεξις. νικᾷ δὲ ἐνίοτε καὶ κινεῖ τὴν βούλησιν. ὁτὲ δὲ ἐκείνη ταύτην ὥσπερ σφαῖρα ἡ ὄρεξις τὴν ὄρεξιν, ὅταν ἀκρασία γένηται. φύσει δὲ ἀεὶ ἡ ἄνω ἀρχικωτέρα καὶ κινεῖ. ὥστε τρεῖς φορὰς ἤδη κινεῖσθαι.

*Imaginatio igitur ſenſitiua, ratione etiam ex partibus uti diximus, animalibus, ineſt. At deliberatiua his ineſt tantum, in quibus ratio ineſt: nam utrum hoc agat, an hoc, rationis iam opus atque officiũ eſt. atque neceſſe eſt uno quodam metiri, maius enim perſequitur. Quare poteſt unum ex pluribus phãtaſmatibus facere. Et hæc eſt cauſa ſanè. cur non omnis imaginatio uidetur opinionem habere, quia eam, quæ ex ratiocinatione, nõ habet. at hæc illam nimirum habet. Quapropter deliberatiuũ appetitus non habet. Vincit autem interdum appetitus, mouetque uoluntatem: interdum hæc illum, appetitus inquam appetitum, ut ſphæra, cum incontinentia ſit. atq; ſemper ſuperior magis eſt princeps, mouetque natura. Quo fit, ut tres iam motus efficiantur.*

### Explicatio.

Quòd phantaſma particeps rationis non ſit in belluis, id eſt argumento, quòd eſt ea pars animæ

qua

qua deliberamus. Deliberatio non cadit in belluas, quia non eſt ſine ratiocinio. Ratione enim perpendentes phantaſmata repreſentantia nobis varia expetibilia, deliberamus, eligimus atque appetimus, hoc eſt volumus, & ideo non omnia animalia habẽt opinionem, quia opinio non eſt ſine ratiocinio. αὕτη ἢ. cùm hæc quæ eſt ex ratiocinio illam gignat. νικᾷ δὲ. Quia appetitus non eſt ſine phantaſia, ideo duplex eſt, quoniam & phantaſia duplex eſt. Alter appetitus eſt rationalis, ſiue voluntas, qui ducem rationem ſequitur, non enim ſine phantaſia eſt, quæ eſt particeps rationis. Alter eſt cupiditas, quæ dicitur appetitus ſequens ſenſum, quia non eſt ſine phantaſia, quæ eſt expers rationis. i. ſenſitiua. Interdum voluntas & cupiditas concordant, quia obediunt rationi: interdum diſcordant, quia cupiditas abijcit obedientiam rationis, & paret ſoli ſenſui. ſignum ergo eſt, duplicem eſſe appetitum. Sunt itaque tres motus. Primus eſt rationis, quæ imperat voluntati: alter eſt voluntatis: tertius eſt cupiditatis. Sed cupiditas conſentit voluntati, quando obedit rationi, & ideo motus eſt naturalis, quando ſuperior opifex imperat inferiori, ſicut clarum eſt in cœleſtibus orbibus inferiores enim reguntur à ſuperioribus. ἐκνικᾷ. i. voluntas cupiditatem vincit. ἀκρασία. Quando ratio & ſenſus pugnant, & neutri cedit victoria, ἀκρασία eſt. Ἀκράτεια, quando alteri cedit victoria.

## Particula LVIII.

τὸ δὲ ἐπιστημονικὸν οὐ κινεῖ, ἀλλὰ μένει. ἐπεὶ δ' ἡ μὲν τοῦ καθόλου ὑπόληψις καὶ λόγος. ἡ δὲ, τοῦ καθ' ἕκαστα. ἡ μὲν γὰρ λέγει, ὅτι δεῖ τὸν τοιοῦτον, τὸ τοιόνδε πράττειν. ἡ δὲ, ὅτι τόδε τοιόνδε. κἀγὼ δὲ, τοιόσδε. ἤδη αὕτη κινεῖ ἡ δόξα, οὐχ ἡ καθόλου ἢ ἄμφω. ἀλλ' ἡ μὲν, ἠρεμοῦσα μᾶλλον. ἡ δὲ, οὔ.

*Ea uerò ratio, cui ſcientiæ tribuuntur, non mouet, ſed manet. Cùm autem exiſtimationũ ac rationum alia ſit uniuerſalis alia ſingularis (illa nanque dicit, omne bonum honoribus eſſe afficiendum: hæc uerò dicit, me bonum eſſe) hæc iam opinio mouet, non illa uniuerſalis, quin potius ambæ mouent: at illa quieſcens magis, hæc autem non quieſcens.*

## Explanatio.

Quia diximus voluntatem ſiue appetitum rationalem ſequi ducem rationem, ideo interpretatur quamnam vim animæ intelligat. Sequitur ergo rationem, non intellectum neque ſpeculatiuum neque practicum, in quo vtroque eſt habitus qui dicitur ἐπιστημονικός. i. ſcientia, & facultas acquirendi ſcientiam: ſed διάνοιαν πρακτικήν, quia intellectus ſpeculatiuus iudicat & intelligit omne bonum eſſe expetendum omne malum fugiendum. Sed hoc iudicio non mouetur loco animal, non ſequitur, neque declinat, quia eſt iudicium vniuerſale & generale. Sed διάνοια πρακτικὴ iudicat non bonum aut malũ generatim, ſed hoc bonum, & temperantiam, eſſe expetendum: malum, vt intemperantiã, eſſe fugiendũ. Hoc iudicio proprio & peculiari mouetur animal.

## Particula LIX.

τὴν μὲν οὖν θρεπτικὴν ψυχὴν, ἀνάγκη πᾶν ἔχειν ὅ, τι περ ἂν ζῇ, καὶ ψυχὴν ἔχει ἀπὸ γενέσεως μέχρι φθορᾶς. ἀνάγκη γὰρ τὸ γενόμενον αὔξησιν ἔχειν, καὶ ἀκμὴν, καὶ φθίσιν. ταῦτα δὲ ἄνευ τροφῆς ἔχειν ἀδύνατον. ἀνάγκη ἄρα ἐνεῖναι τὴν θρεπτικὴν δύναμιν ἐν πᾶσι τοῖς φυομένοις καὶ φθίνουσιν.

*Neceſſe eſt igitur omne quod uiuit, animãque habet, nutriendi uim habere ab ortu generatione ue, uſque ad interitum correptionem ue ſuam: neceſſe eſt enim omne quod eſt ortum, accretionem, & ſtatum, & decretionem habere. quæ quidem, ut patet, ſine nutritione fieri nequeunt. Neceſſe eſt igitur uniuerſis his quæ accreſcunt atque decreſcunt, ineſſe potentiam nutriendi.*

## Explanatio.

Hactenus de quatuor partibus animæ diſputatũ eſt, qua viuit, qua ſentit, qua intelligit, & qua loco mouetur animal aut tota ſua mole, aut parte molis. Sequens erat, vt oſtenderet omnes has partes eſſe diſtinctas & differentes, nec plures, nec pauciores. Oſtendit autem, quia ſingulæ ſeorſum conſtituunt corpora animata, ergo reperiũtur ĩ corporibus differẽtibus & corpora quæ cõſtituũtur ſunt quatuor ſunt quoque quatuor partes animæ, nec plures nec pauciores. Primus itaque ordo corporum animatorum eſt corporum viuentium, quæ habent partẽ nutricem, quia tandiu viuunt, quandiu nutriuntur, ſiquidem à primordijs vitæ creſcunt, deinde conſiſtunt, poſtremò decreſcunt & ſeneſcunt. Tales motus non poſſunt cieri ſine altero & facultate altrice. αὔξησιν. Vnde ætas eſt triplex, ex ſententia philoſophorum. φυομένοις. vt excipiantur corpora cœleſtia, quæ viuunt. Sed hic fit mentio de corporibus viuis quæ generantur & intereunt.

## Particula LX.

αἴσθησιν δὲ οὐκ ἀναγκαῖον ἐν ἅπασι τοῖς ζῶσιν. οὔτε γὰρ ἂν ὅσων τὸ σῶμα ἁπλοῦν, ἁφὴν ἐνδέχεται ἔχειν. οὔτε ἄνευ ταύτης οἷόν τε οὐθὲν εἶναι ζῷον. οὔτε δὲ ὅσα μὴ δεκτικὰ τῶν εἰδῶν, ἄνευ τῆς ὕλης. τὸ δὲ ζῷον, ἀναγκαῖον αἴσθησιν ἔχειν, εἰ μηθὲν μάτην ποιεῖ ἡ φύσις. ἕνεκά του γὰρ ἅπαντα ὑπάρχει τὰ φύσει, ἢ συμπτώματα ἔσται τῶν ἕνεκά του. εἰ οὖν πᾶν σῶμα πορευτικὸν μὴ ἔχον αἴσθησιν, φθείροιτο ἂν, καὶ εἰς τέλος οὐκ ἂν ἔλθοι. ὅ ἐστι φύσεως ἔργον. πῶς γὰρ θρέψεται, τοῖς μὲν γὰρ μονίμοις ὑπάρχει τοῦτο, ὅθεν πεφύκασιν.

*At non in omnibus uiuentibus neceſſe eſt ſenſum eſſe: etenim neque ea poſſunt tactum habere quorum corpus eſt ſimplex quanquam non ſine materia formarum ſunt ſuſceptiua: neque fieri poteſt, ut ſine hoc ſenſu animaliũ quicquam in rerum ſit ratione. Animal autem neceſſe eſt ſenſum habere, ſi nihil facit fruſtra natura: nam uniuerſa*

*uerſa quæ natura conſiciuntur gratia ſunt alicuius, aut ſunt caſus eorum, quæ alicuius cauſa fiunt. Si igitur corpus quod habet uim gradiendi non haberet ſenſum, corrumpetur ſanè, & non ad ſuum proficiſceretur perueniretque finem, quem quidem opus eſſe naturæ conſtat. quo nanque pacto nutrietur? immobilibus enim adeſt nutrimentum eo in loco, ubi ſunt orta, quo nutriri poſſunt ſuapte natura.*

Explanatio.

Secundus ordo eſt ſentientium, quia non omnia quæ uiuunt eadem quoque ſentiunt. Nam ſtirpes & corpora cœleſtia viuunt, non tamen ſentiunt. quoniam animal eſt animal per ſenſum, qui eſt tactus, quo corpora cœleſtia carent. habent quidem contactum, quia ſe contingunt. Tactus etenim conſurgit ex permixtione primarum qualitatũ. Talis permiſtio non eſt in cœlo. ergo cœlum non ſentit, ideoque non eſt animal. Deinde tactus conſiſtit in quadam ſymmetria, & commoderatione elementorum, ideo plantæ non ſentiunt, quia ſupra modum ſunt terrenę. Poſtremò omnes ſenſus accipiunt ſpecies ſenſiles ſine materia, ſtirpes non accipiunt, quia patiuntur à materia, & ideo non ſentiunt. ἐπεὶ δ' ὤν. Quòd animal ſit animal per ſenſum, probat ſumpto argumento à fine, ſimul & conſtituit tertium ordinem animatorum corporum. Nam nihil facit temere, ſed propter aliquem finem & vſum: Formauit quidem animal vt viueret & conſeruaretur. Viuere & conſeruari non poteſt, niſi cognoſcat quid ſibi ſit ſalutare & noxium, vt illud ſequatur, & hoc declinet. Cognoſcit autem alimẽtum ſibi ſalutare, & iniurias cœli ſibi noxias ſenſu ſiue tactu, ergo neceſsitas fuit ſenſus. Impulſa tactu & ſenſu, ingrediuntur, atque loco mouentur, vt alterum quærant abſens. Nam quę alterum habent præſens, locum nõ mutant, vt zoophyta & ſtirpes. At roget quis, cur antea Ariſt. poſtremo loco locutus eſt de parte animæ qua mouetur animal, hic verò tertio loco mentionem facit? An quia ſuperiori loco inuenit ordinem facilioris doctrinæ gratia, propter affinitatẽ & ſimilitudinẽ inter ſenſum & intellectum, nam mens eſt quæ conſtituit perfectiſsimum ordinem corporum animatorum. & ideò hic poſtremo loco & ordine loquitur de parte animæ qua intelligit animal. συμπτώματα. ſicut capilli & ſupercilia & cilia non temerè formantur à natura.

Particula LXI.

οὐχ οἷόν τε δὲ σῶμα ἔχειν μὲν ψυχὴν καὶ νοῦν κριτικόν. αἴσθησιν δὲ μὴ ἔχειν μὴ μόνιμον ὄν, γεννητὸν δέ. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀγέννητον. διατί γὰρ οὐχ ἕξει. ἢ γὰρ τῇ ψυχῇ βέλτιον, ἢ τῷ σώματι. νῦν δ' οὐδέτερον. ἡ μὲν γὰρ οὐ μᾶλλον νοήσει. τὸ δ', οὐδὲν ἔσται μᾶλλον δι' ἐκεῖνο.

***Fieri autem nequit ut corporum quicquam mobile atque ortum, animam quidem habeat, diſcernentemq́; mentem, ſenſu autem uacet. cur enim non habebit? Aut enim animæ aut corpori idipſum melius erit. At neutri uidetur melius eſſe. illa nanque ob hoc non intelliget magis, illud autem non ob ipſum magis perſiſtet.***

Explanatio.

Exponit quartum ordinem corporum animatorum. Sunt in quarto ordine corpora genita, quæ habent animam & mentem ſiue animæ partem quæ intelligunt, ſed non ſine ſenſu: quia ſi carerent ſenſu, carere iudicantur aut merito animę aut corporis. Non animæ, quia anima non intelligit ſine ſenſu, nam cum phantaſmatibus & in phantaſmatibus intelligit. Non corporis, quia beneficio ſenſus corpus conſeruatur, ſentit enim quæ ſibi ſunt ſalutaria, quę noxia. Dixi, Genita intelligere ope ſenſus, quia ingenita, vt corpora ſimplicia & cœleſtia intelligunt ſine ſenſu, nulla enim habent inſtrumenta ſentiendi. μὴ μόνιμον.i. mobile, greſsile quod loco mouetur.

Particula LXII.

οὐδὲν ἄρα ἔχει ψυχὴν σῶμα μὴ μόνιμον ἄνευ αἰσθήσεως. ἀλλὰ μὴν εἴγ' αἴσθησιν ἔχει, ἀνάγκη τὸ σῶμα εἶναι ἢ ἁπλοῦν ἢ μικτόν. οὐχ οἷόν τε δὲ ἁπλοῦν. ἁφὴν γὰρ οὐχ ἕξει. ἔστι δὲ ἀνάγκη ταύτην ἔχειν.

***Nullum igitur, uti diximus, non immobile corpus habet animam abſque ſenſu. Atqui ſi ſenſum habet neceſſe eſt ipſum uel ſimplex corpus uel mixtum eſſe. Sed fieri non poteſt, ut ſit ſimplex: non enim habebit tactũ. At hunc ſenſum ineſſe neceſſe eſt.***

Explanatio.

Concluſio ſententiæ ſuperioris, ergo corpora genita greſsilia, vt homines, non intelligunt ſine ſenſu. ἀλλὰ μήν. At verò ſimplicia.i. cœleſtia intelligunt ſine ſenſu, quia ſi haberent ſenſum, haberent quoq; tactum, quia tactus eſt fundamentum aliorum ſenſuum, quo ſublato, cæteri auferuntur. Sed tactum nõ habent, quia tactus conſurgit ex permixtione primarum qualitatum, in corpore cœleſti nulla eſt cõmiſcella qualitatum primarum. ἁφήν. ergo neque illum alium ſenſum habebit.

Particula LXIII.

τοῦτο δὲ ἐκ τῶνδε δῆλον. ἐπεὶ γὰρ τὸ ζῷον, σῶμα ἔμψυχόν ἐστι, σῶμα δὲ ἅπαν ἁπτόν. ἁπτὸν δὲ τὸ αἰσθητὸν ἁφῇ, ἀνάγκη καὶ τοῦ ζῴου σῶμα ἁπτικὸν εἶναι, εἰ μέλλει σώζεσθαι τὸ ζῷον. αἱ γὰρ ἄλλαι αἰσθήσεις, δι' ἑτέρων αἰσθάνονται, οἷον, ὄσφρησις, ὄψις, ἀκοή. ἁπτόμενον δέ, εἰ μὴ ἕξει αἴσθησιν, οὐ δυνήσεται τὰ μὲν φεύγειν, τὰ δὲ λαβεῖν. εἰ δὲ τοῦτο, ἀδύνατόν ἐστι σώζεσθαι τὸ ζῷον. διὸ καὶ ἡ γεῦσίς ἐστιν ὥσπερ ἁφή τις. τροφῆς γάρ ἐστιν. ἡ δὲ τροφή, τὸ σῶμα τὸ ἁπτόν.

***Quod quidem ex hiſce perſpicuum euadere poteſt. Nam cum animal omne corpus ſit animatum, corpusq́; omne tangibile ſit, tangibile autem ſit id, quod eſt ſenſibile tactu, neceſſe eſt & animalis corpus uim habeat***

*ſentiendi tãgendo, ſi debeat ipſum animal conſeruari. Cæteri nanque ſenſus per alia quædam externa ſentiũt, odoratus inquam, uiſus ac auditus: tangens autem, niſi ſenſum habeat, non poterit alia quidem fugere, alia aut em capere. Quòd ſi ita ſit, fieri non poteſt, ut ipſum animal conſeruetur. Quapropter & in ſe guſtus, quaſi tactus eſt quidam: eſt enim alteri ſenſus, at alterum corpus eſt quod tactu percipitur.*

### Explanatio.

Quòd ſola corpora concreta & miſta, non ſimplicia, quæ intelligunt, habeant opus ſenſu, hinc planum fit, quòd tactu indigent vt ſint & conſeruentur. Sint quidem, quia ſunt animalia per tactum: conſeruantur verò, quia tactu percipientia quòd ſalutare eſt expetunt, quod noxium declinant. Indigēt quoque guſtatu, vt nutriantur, quia guſtatus eſt quidam tactus. Siquidem alterum ſentit tangendo. Nam tactus & guſtatus percipiunt ſuum ſenſibile per medium internum, quod eſt intra corpus animalis; reliqui ſenſus per externum, quod longius diſiungitur ab animali. Et ideo tactus & guſtatus ſunt neceſſarij conſeruationis gratia, reliqui ſunt boni gratia, quia ſine cæteris ſenſibus poteſt vita conſiſtere, ſine tactu & guſtatu non poteſt, quia opera tactus declinat incommoda & iniurias, ope guſtatus nutritur, quia eſt iudex alimenti. τοῦτο. ſ. corpus animatum miſtum habere ſenſum quidem tactus. ἀφῆς. Quatenus ſentit tactu alterum, eſt tactus: quatenus iudicat ſapores in altero dulcem vel amarum, & alios ſapores, eſt ſenſus diſtinctus à tactu.

### Particula LXIIII.

ψόφος δὲ καὶ χρῶμα καὶ ὀσμὴ οὐ τρέφει, οὐδὲ ποιεῖ οὔτ᾽ αὔξησιν, οὔτε φθίσιν. ὥστε καὶ τὴν γεῦσιν ἀνάγκη ἁφήν εἶναί τινα, διὰ τὸ τοῦ ἁπτοῦ καὶ θρεπτικοῦ αἴσθησιν εἶναι. αὗται μὲν οὖν ἀναγκαῖαι τῷ ζῴῳ. καὶ φανερὸν, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἄνευ ἁφῆς εἶναι ζῷον. αἱ δὲ ἄλλαι, τοῦ τε εὖ ἕνεκα, καὶ γένει ζῴων ἤδη, οὐ τῷ τυχόντι, ἀλλὰ τισίν. οἷον τῷ πορευτικῷ ἀνάγκη ὑπάρχειν. εἰ γὰρ μέλλει σώζεσθαι, οὐ μόνον δεῖ ἁπτόμενον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἄποθεν.

*Sonus autem & color & odor non nutriunt, nec accretionem decretionemue faciunt. Quare neceſſe eſt ipſum guſtum tactum quendam eſſe: quia rei tangibilis ac nutritiuæ eſt ſenſus. Hi igitur ſenſus neceſſarij ſunt animali. atque perſpicuum eſt, fieri non poſſe, ut ſit animal abſque tactu. At cæteri ſenſus, boni ſunt gratia, & definito tam generi non cuiuis animalium ſine illo diſcrimine, ſed cuidam. ut gradienti, neceſſe eſt inſint. Nam ſi conſeruari debeat, non ſolum tangendo, ſed eminus etiã ſentire ipſum oportet.*

### Explanatio.

ὀσμή. Hip. tamen, & Gal. opinantur nutrire, τοῦ τε εὖ ἕνεκα. Nam ſi reliqui tres ſenſus eſſent neceſſarij vitæ animalis, omne animal haberet. non autem habet, ſed ſolus homo.

### Particula L X V.

τοῦτο δ᾽ ἂν εἴη, εἰ διὰ τοῦ μεταξὺ αἰσθητικὸν εἴη, τῷ ἐκεῖνο μὲν ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ πάσχειν καὶ κινεῖσθαι. αὐτὸ δ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνου. ὥσπερ γὰρ τὸ κινοῦν κατὰ τόπον, μέχρι του μεταβάλλειν ποιεῖ, καὶ τὸ ὦσαν ἕτερον ποιεῖ ὠθεῖν. καὶ ἔστι διὰ μέσου ἡ κίνησις, καὶ μὲν δὴ τὸ πρῶτον κινοῦν ὠθεῖ οὐκ ὠθούμενον. τὸ δὲ ἔσχατον μόνον ὠθεῖται οὐκ ὦσαν. τὸ δὲ μέσον, ἄμφω. πολλὰ δὲ μέσα. οὕτως ἐπ᾽ ἀλλοιώσεως, πλὴν ὅτι μένοντα ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἀλλοιοῖ. οἷον εἰ εἰς κηρὸν βάψειέ τις, μέχρι τούτου ἐκινήθη, ἕως ἔβαψε. λίθος δὲ, οὐδέν. ἀλλ᾽ ὕδωρ μέχρι πόρρω. ὁ δ᾽ ἀὴρ ἐπὶ πλεῖστον κινεῖται, καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει, ἐὰν μένῃ καὶ εἷς ᾖ. διὸ καὶ περὶ ἀνακλάσεως βέλτιον ἢ τὴν ὄψιν ἐξιοῦσαν ἀνακλᾶσθαι, τὸν ἀέρα πάσχειν ὑπὸ τοῦ χρώματος καὶ τοῦ σχήματος, μέχριπερ οὗ ἂν ᾖ εἷς. ἐπὶ δὲ τοῦ λείου ἐστὶν εἷς. διὸ πάλιν καὶ οὗτος τὴν ὄψιν κινεῖ, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ἐν τῷ κηρῷ σημεῖον διεδίδοτο μέχρι τοῦ πέρατος.

*Quod quidem erit, ſi per externum ſentire medium poſſit, hoc pacto, ut à ſenſibili quidem medium, ab hoc autem ipſum patiatur ac moueatur. Nam ut in motu ad locum accommodato fieri ſolet, cùm per multa efficitur (primum nanque mouens pellit ſenſum, pellendeq; facit ut illud pellat id, quod deinceps poſt illud eſt collocatum: ſitque hoc pacto motus per medium: atque primum quidem pellit & non pellitur, ultimum autem pellitur & non pellit; medium uerò pellit & pellitur, & interdum plura ſunt media, interdum pauciora) ſic & in alteratione fieri ſolet, hoc excepto duntaxat, id inquam quod alterat, eodem in loco manere: ueluti ſi quiſpiam in cerã tinxerit, uſque ad id mota eſt, uſquequo tinxit: lapis autem non mouetur. At aqua ad diſtantiam longam, aer autem ad diſtantiã longiorem mouetur, atq; agit & patitur ſi maneat, ſitque unus, & non diuiſus. Quapropter & de reflexione melius eſt aerem à figura coloreque pati, quouſque ſit unus (eſt aũt unus, in ipſo leui) quam egredientem uiſionem frangi atque reflecti cenſere. Quocirca rurſus hic mouet uiſum, perinde atq; ſi ſignum quod in ceram imprimitur, tranſmitteretur uſque ad finem.*

### Explanatio.

Non ſolum tactu vt conſeruetur, & guſtatu vt nutriatur, indiget homo, ſed etiam viſu, auditu & odoratu. Ho. n. natus eſt ad capeſſendam doctrinam, ad quam confert aſpectus atque auditus: reſpirat & ciuile eſt animal, ideo delectatur odoribus. Sed tactilia & guſtatilia obiecta ſentit medio interno, reliqua ſenſilia, externo. Quo autem modo, docet Ariſt. duplici ſimilitudine, & vnico exemplo. Prima ſumitur à motu violento, altera à configuratione ceræ. Sagitta excuſſa per neruum ab arcu fertur motu violento, in quo motu eſt quod pellit, ſed non pellitur, ſicut arcus: & quod pellitur, ſed non pellit, ſicut ſagitta: & quod pellit viciſſimque pellitur, ſicut neruus. Pellens eſt ſimile ſenſili, pulſum eſt ſimile ſpeciei quæ pellitur ad ſenſorium, pellens & pulſum eſt ſimile

ſimile medio per quod pellitur ſpecies & quod pellit ſpeciem. Sed id planius fit in alteratione & immutatione ceræ. Figura inciſa in meo ſigillo imprimitur ceræ quodãtenus. i. ad definitum terminum, & quanta eſt impreſsio, ad tantam diſtantiam trãſmittitur figura in corpus cereum. Simili ratione ſpecies rei ſenſilis tranſmittitur in medium quodãtenus.i.vſque ad terminum. terminus ipſe eſt ſenſus ſiue ſenſorium, in quo terminatur hæc transmiſsio. & ideo ſpecies non multiplicatur in medio vſque ad ſenſorium, ſed tranſmittitur & quaſi pellitur à ſenſili. Eſt enim διάδοσις.i. tranſmiſsio & iaculatio ſpeciei, & διαδίδοσθαι, inquit Ariſt. exemplo confirmatur, quia ſpecies coloris à corpore colorato per medium vnum & continuatum tranſmittitur ad aſpectum, & ideo generatur aſpectus, & nõ vt inquit Plato, quia radij viſorij emiſsi ab oculo ad rem viſam recurrant, & in ipſo recurſu generetur aſpectus, quaſi ſpeciem à re viſa delibent, & in reditu ad ſenſum referant. ἄμφω. vtrunque patitur, quia pellit & pellitur. λίθος. tranſmittitur motus ad maiorem & minorem diſtantiam, pro natura medij corporis, per quod fit tranſmiſsio. Vt lapis non admittit tranſmiſsionem. aqua quidem admittit magnam, aer verò maximam, quia eſt ſubtilior aqua. ἐὰν μένῃ. ſi ſit continuatum & non diremptum, ne interpellat & impediat ſpeciem.

## Particula LXVI.

ὅτι δ' οὐχ οἷόν τε ἁπλοῦν τὸ τοῦ ζῴου σῶμα εἶναι, φανερόν. λέγω δ' οἷον πύρινον, ἢ ἀέρινον. ἄνευ μὲν γὰρ ἁφῆς, οὐδεμίαν ἄλλην αἴσθησιν ἐνδέχεται ἔχειν. τὸ γὰρ σῶμα ἁπτικὸν, τὸ ἔμψυχον πᾶν ὥσπερ εἴρηται. τὰ δ' ἄλλα ἔξω γῆς, αἰσθητήρια μὲν ἂν γένοιτο. πάντα δὲ τῷ δι' ἑτέρου αἰσθάνεσθαι, ποιεῖ τὴν αἴσθησιν καὶ διὰ τῶν μεταξύ. ἡ δ' ἁφὴ τῷ αὐτῶν ἅπτεσθαι ἐστι. διὸ καὶ τοὔνομα τοῦτο ἔχει. καίτοι καὶ τὰ ἄλλα αἰσθητήρια ἁφῇ αἰσθάνεται, ἀλλὰ δι' ἑτέρου. αὕτη δὲ δοκεῖ μόνη δι' αὑτῆς. ὥστε τῶν μὲν τοιούτων στοιχείων, οὐθὲν ἂν εἴη σῶμα τοῦ ζῴου. οὐδὲ δὴ γήινον. πάντων γὰρ ἡ ἁφὴ τῶν ἁπτῶν ἐστιν. ὥσπερ μεσότης. καὶ δεκτικὸν τὸ αἰσθητήριον οὐ μόνον ὅσαι διαφοραὶ γῆς εἰσιν. ἀλλὰ καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ τῶν ἄλλων ἁπτῶν ἁπάντων. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὀστοῖς καὶ ταῖς θριξὶ καὶ τοῖς τοιούτοις μορίοις οὐκ αἰσθανόμεθα, ὅτι γῆς ἐστι. καὶ τὰ φυτὰ διὰ τοῦτο οὐδεμίαν ἔχει αἴσθησιν, ὅτι γῆς ἐστιν. ἄνευ δὲ ἁφῆς, οὐδεμίαν οἷόν τε ἄλλην ὑπάρχειν. τοῦτο δὲ τὸ αἰσθητήριον, οὐκ ἔστιν οὔτε γῆς ἄλλου τῶν στοιχείων οὐθενός.

*Atqui perſpicuum eſt, fieri non poſſe, ut corpus animalis ſit ſimplex: igneum inquam, aut aqueum, aut aereum. Nam nullus alius ſenſus abſque tactu haberi poteſt. Corpus enim animalis omnis, ut dictum eſt, uim habet ſentiendi tangendo: cætera autem elementa, præter terram, inſtrumenta ſenſus fieri poſſunt. Atque omne tale per aliud ſentiendo ſenſum nimirum efficit, & per media: at tactus in tangendo ſenſibilia ſua conſiſtit. Quapropter & hoc nomine nuncupatur. Atque tametſi cætera quoque ſenſuum inſtrumenta tactu ſentiunt, tamen per aliud medium ſentiunt: at ipſe tactus per ſeipſum ſolus ſentire uidetur. Quibus efficitur, ut nullum talium elementorum corpus ſit animalis. At uerò neque terreum eſſe poteſt, tactus enim ueluti mediocritas eſt omnium tangibilium, & inſtrumentum ipſius non modò terræ differentiarum eſt ſuſceptiuum, ſed etiã calidi frigidique, cæterorumque omnium tangibilium. Et ideo neque oſſibus neque pilis, neque talibus partibus illis omnino ſentimus, quia terreæ ſunt. Hinc & plantæ omnium ſenſuum ſunt, ut patet, expertes, quia & ipſæ terreæ ſunt. At abſque tactu fieri non poteſt, ut alius quiſquam ſit ſenſus, huius autem inſtrumentum ſenſus neque terra eſt, neque cæterorum ullus elementorum.*

### Explanatio.

Hactenus demonſtrauit, corpus quod intelligit præditum ſenſu nõ eſſe ſimplex: ſed corpus ſimplex aut eſt cœleſte, aut eſt elementum. Demonſtrauit non eſſe cœleſte. Ordo poſtulabat, vt demonſtraret non eſſe elemẽtum, ſed compoſitum ex quatuor elementis. Sed antequam demonſtret, ponit duas hypotheſes. Prima eſt, ponamus nullum animal eſſe ſine ſenſu.i.tactu ſecunda, omnia elementa poſſunt fieri inſtrumẽta ſenſus, præter terram, hoc eſt, poſſunt excellere in ſenſorijs, præter terrã. ὥστε. nullum elementum ſentit, quia caret tactu, qui baſis eſt alterum ſenſuum. ergo nullum corpus intelligens præditum ſenſu eſt elementum ſimplex, ſed compoſitũ ex quatuor elementis, quia habet tactum, ſed tactus conſiſtit in quadam mediocritate & commoderatione quatuor elementorum, ac qualitatum primarum, quia ſi excelleret terra, aboleretur ſenſus, argumento ſunt nobis oſſa, pili & ſtirpes. non enim ſentiunt, quia excellit terra, neque enim cum duritie, denſitate, ſiccitate & frigiditate terrena conſiſtere poteſt ſenſus. καίτοι καὶ τὰ ἄλλα. Tametſi tactus eſt fuſus per omnia ſenſoria aliorum ſenſuum, quia eſt quaſi fundamentum ſubiectum cæteris ſentibus, nihilominus cæteri ſenſus percipiunt ſuum ſenſile obiectum per medium externum, ſolus tactus & guſtatus per internum.i. carnem, quoniam guſtatus eſt quidam tactus. μεσότης. Intelligit æqualitatem iuſtitiæ naturalis, quia natura in tactu vniuſcuiuſque animalis talem ſeruat commoderationem & æqualitatem elementorum & qualitatum, qualem poſtulat eius propria actio. Licet enim in piſcibus excellat qualitas frigida & humida aquę, ſeruatur tamen æqualitas, quia talem poſtulat ſua actio. In homine excellit qualitas calida & humida, ſeruatur tamen æqualitas iuſtitiæ, quia talẽ requirit humano actio. In ſtirpibus excellit qualitas frigida & ſicca terrę, eſt tamen æqualitas conueniens actionibus & operibus ſtirpium. Quod dicto de toto animali & animante, idem poteſt accommodari ad partes. Vt calida & humida qualitas eſt æqualitas iure data hepati, quia eius opus eſt concoquere. concoctio eſt quædã elixatio. elixatio fit à calido & humido. Et ideo ſenſus non patitur excellentiam terræ, ſed aliorum elementorum, quæ excellentia relata ad actiones obeundas, vocatur æqualitas iuſtitiæ naturalis.

### Particula LXVII.

φανερὸν τοίνυν, ὅτι ἀνάγκη μόνης ταύτης στερισκόμενα τῆς αἰσθήσεως τὰ ζῷα, ἀποθνήσκειν. οὔτε γὰρ ταύτην ἔχειν οἷόν τε μὴ ζῷον, οὔτε ζῷον ὂν, ἄλλην ἔχειν ἀνάγκη πλὴν ταύτης. καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἄλλα αἰσθητὰ ταῖς ὑπερβολαῖς οὐ διαφθείρει τὸ ζῷον. οἷον χρῶμα καὶ ψόφος, καὶ ὀσμή. ἀλλὰ μόνον τὰ αἰσθητήρια. ἂν μὴ ᾖ κατὰ συμβεβηκός. οἷον ἂν ἅμα τῷ ψόφῳ ὦσις γίνηται καὶ πληγή. καὶ ὑπὸ ὁραμάτων καὶ ὀσμῆς ἕτερα κινεῖται, ἃ τῇ ἁφῇ φθείρει. καὶ ὁ χυμὸς δὲ, ᾗ ἅμα συμβαίνει ἁπτικὸν εἶναι, ταύτῃ φθείρει. ἡ δὲ τῶν ἁπτῶν ὑπερβολὴ, οἷον θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ σκληρῶν ἀναιρεῖ τὸ ζῷον.

*Hæc cum ita ſint. patet animalia neceſſariò mori, cum hoc ſolo ſenſu tactus priuantur; neque enim fieri poteſt, ut hunc ſenſum non animal habeat, neque ſi animal eſt, alium ſenſum præter hunc habere neceſſe eſt. Et propterea fit, ut cætera quidem ſenſibilia non corrumpant ſuis exuperationibus animal, color inquam, ſonus & odor, ſed ipſa tantum ſenſuum inſtrumenta, niſi per accidens, ut ſi ſimul cum ſono pulſio ictusque fiat, & ſi à rebus, quæ uidentur, atque ab olentibus alia moueantur, quæ tactu corrumpunt. ſapor etiam hoc ſanè corrumpit, quo ſimul accidit ipſum tangibile eſſe. Exuperationes autem tangibilium, ut calidorum frigidorum, & huiuſmodi, ipſum interficiunt atque interimunt animal.*

### Explanatio.

πόρισμα eſt, quia colligit & concludit ex his, quæ hactenus dicta ſunt, animal eſſe & viuere opera ſenſus, qui dicitur tactus: quia tactu intereunte, animal continuò interit: ſed alijs ſenſibus intereuntibus animal etiam ſupereſt & viuit. Præterea excellens tactile ſi corrumpat ſenſorium tactus, corrumpit quoq; totum animal & reliquos ſenſus, quia tactus fuſus eſt per ſenſoria omnium aliorum ſenſuum. Sed ſenſile excellens reliquorum ſenſuum corrumpit ſuum ſenſorium, non autem animal, niſi forte accidat, ut cum excellenti ſenſili quippiam exitiale animali ſit adiunctum: ut baſiliſcus eſt aſpectabilis, quia eſt coloratus. habet tamen ſecum adiunctam vim necandi animal. & odor poteſt habere coniunctum fœtorē, & ſapor virulētiam, & ſonus ictum, vt animal interficiat ſenſile proprium cuiuſque ſenſus non per ſe, ſed per aliud.

### Particula LXVIII.

παντὸς μὲν γὰρ αἰσθητοῦ ὑπερβολὴ, ἀναιρεῖ τὸ αἰσθητήριον. ὥστε καὶ τὸ ἁπτὸν τὴν ἁφήν. ταύτῃ δὲ ὥρισται τὸ ζῆν. ἄνευ γὰρ ἁφῆς δέδεικται, ὅτι ἀδύνατον εἶναι τὸ ζῷον. διὸ ἡ τῶν ἁπτῶν ὑπερβολὴ, οὐ μόνον τὸ αἰσθητήριον φθείρει, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῷον. ὅτι ἀνάγκη μόνον ἔχειν ταύτην τὰ ζῷα. τὰς δ᾽ ἄλλας αἰσθήσεις, ἔχει τὸ ζῷον ὥσπερ εἴρηται, οὐ τοῦ εἶναι ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ εὖ. οἷον, ὄψιν. ἐπεὶ ἐν ἀέρι καὶ ὕδατι, ὅπως ὁρᾷ. ὅλως δ᾽ ἐπεὶ ἐν διαφανεῖ. γεῦσιν δὲ, διὰ τὸ ἡδὺ καὶ λυπηρὸν ἵνα αἰσθάνηται τὸ ἐν τροφῇ, καὶ ἐπιθυμῇ καὶ κινῆται. ἀκοὴν δὲ, ὅπως σημαίνῃ τι αὐτῷ. γλῶτταν δὲ, ὅπως σημαίνῃ τι ἑτέρῳ.

*Exuperatio enim ſenſilis cuiuſuis ſenſus deſtruit inſtrumentum atque deuaſtat, quare & tangibile exuperans ipſum deſtruit tactum. At hoc ſenſu definitum eſt animal, ſine nanque tactu fieri non poſſe, ut ſit anima, demonſtrauimus. Quamobrem exuperationes eorum quæ tactu percipiuntur, non ſolum inſtrumentum ipſius ſenſus, uerum etiam animal ipſum interimunt atque corrūpunt, quia neceſſe eſt animal hunc ſolum habere. Cæteros autem ſenſus animal habet, non ut ſit, ſed ut bene ſit, ut antea diximus. Viſum enim habet ut uideat, quoniā & in aere & in aqua & omnino in perſpicuo degit. Guſtum autem ob id quod uoluptate afficit aut dolore, ut in altero ea ſentiat & cupiat ac moueatur. Et auditum, ut aliquid ſignificetur. Linguam præterea, ut ipſum aliquid alij per ipſam ſignificet.*

### Explanatio.

Itaque tactus eſt neceſſarius, & cæterum ſenſus ſunt vtiles animali. Neceſſarius quidem tactus, vt animal ſit & viuat, quia ſine tactu non eſt animal. Vtiles verò ſunt alij ſenſus, non vt animal ſit & viuat, ſed vt bene & cōmodè viuat. καὶ ὁ χυμὸς. quatenus guſtatus eſt quidam tactus, eatenus guſtatu abolito animal aboletur & perit. οἷον ὄψιν. Sic exponit finem & uſum omnium ſenſuum.

FINIS.

θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.